

pultura, quem tyrannica persecutio fecisset extorret Christi Vicarium, Petri Apostoli successorem, vindicem Ecclesiasticæ libertatis, restitutoremq; diu exulis disciplinæ. Ita namq; occurrisse meminimus, sed per visum, Basilicum martyrem sancto Iohanni Chrysoftomo, quem paria certamina proscriptisissent, parque victoria coronasset. Sic & immenso fatigato labore ex persecutione Arriana S. Ambrosio Mediolani sese Martyres prodiderunt in auxilium, quo Fideles non dubitarent, certantibus pro Ecclesia cœlites præstare esse, ac subsidia ministrare.

LIX.

Sed iam quæ sunt reliqua anni huius rerum gestarum Gregorij Papæ, in medium afferamus. Hic in ærumna ex Henriciana persecutione positus cum esset, ex diuersis orbis partibus diuersas legationes accepit: nempe ab Anglorum Rege Guillelmo, ad quem rescribens, cum amorem suum erga ipsum, quo eum semper fuerit prosequutus, insinuet, de seipso angustijs circumuallato ista commemorat: *a*: *Nunc tanquam dilectissimo filio, & fideli sancti Petri, & nostro (sicut in familiari colloquio facerem) consilium nostrum, & quid te postmodum facere deceat paucis aperio. Quando enim complacuit ei, qui exaltat humiles, ut sancta mater nostra Ecclesia ad regimen Apostolicæ Sedis inuitum satis ac renitentem, Deo te esse, meraperet; contumidum nefanda mala, quæ à pessimis filijs suis patitur, officij mei, quo mihi clamare, & nunquam cessare iniunctum est, necessitate compulsus, amore quoq; ac timore conuictus, dissimulare non potui. Amore quidem, quia sanctus Petrus à puero me in domo sua dulciter nutrierat, & quia charitas Domini Dei nostri me quasi aliquem estimans, tanti pastoris Vicarium, ad regendam sanctam matrem nostram elegerat. Timore autem, quia terribiliter diuina lex intonat, dicens: *b* Maledictus homo qui parcat gladio suo à sanguine, id est, qui doctrinam subtrahit ab occasione carnalis vite. Nunc igitur, charissime, & in Christo semper amplectende filij, cum & matrem tuam nimium tribulari conspicias, & inequitabilis nos succurrendi necessitas urgeat, talem te volo, & multum pro honore tuo & salute in vera, & non ficta charitate moneo, ut omnem obedientiam præbeas, & sicut, cooperante Deo, gema Principum esse meruisti, ita regula iustitiae & obedientiae forma cunctis terræ Principibus esse merearis: tot proculdubio, in futura gloria Principum Princeps futurus, quot vsque ad finem sæculi exemplo tua obedientiae Principes saluabuntur: & si quidam illorum saluari noluerint, tibi tamen retributio nullatenus minuetur. Non solū autem, sed & in hoc mundo tibi, & hæredibus tuis, victoria, honor, potentia, sublimitas amplius cælestis tribuetur. Exemplum tibi te ipsum propone, &c.*

Greg. lib. 7. epist. 23. GREGOR. CVM ANGLOR. REGE GUILLELMO.

b Ier. 4. 8.

LX.

Addidit alias litteras, quas scripsit ad eius coniugem Mathildem, necnon & ad Robertum eorundem filium, in regnum futurum successorem, iisdem omnibus monita salutis impartiens, dignas omnes, quæ Annalibus intexerentur, nisi prolixitas prohiberet. Insuper dedit alias d. Cnuto Daniæ Regi, de quo dictum anno superiori, cuius laudat erga Ecclesiam Romanam studium & obseruantiam, hortatusq; est ad contemptum sæculi, monuitque prauos mores corrigere, quos scisset in Daniæ coaluisse. De cuius nece, ob quam inter Martyres meruit cooptari, dicturi sumus suo loco anno sequenti. Porro idem Gregorius Papa hoc eodem anno alias litteras scripsit ad Regem Sueonū ea occasione, quod Euangelij prædicatores ex Gallia suscepisset. Sic se habent:

Greg. lib. 7. epist. 25. 26. 27. Id. ibid. epist. 21.

Id. ibid. li. 8. ep. 11.

LXI.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei I. . . glorioso Sueonum Regi salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam regni tui terræ quosdam sacri verbi ministros fuisse ingressos audiuimus: nouerit excellentia tua, nos in Domino multum letari, deinceps quoque de salutis vestre reparatione plurimum spei indubitanter habere. Gallicana siquidem Ecclesia non vos alienis documentis instruxit, sed quod de thesauris matris sue sanctæ Romanæ Ecclesiæ accepit, salubri vobis eruditione contradiidit. Quapropter ut Christiana religionis, & doctrina gratiam obtineatis vberiorē; volumus celsitudinem tuam aliquem Episcopū, vel idoneum clericum ad Apostolicam Sedem dirigere, qui & terrea vestra habitudines, gentisq; mores nobis suggerere, & Apostolica mandata, de cunctis pleniter instructus, ad vos certius quæcunq; referre. Interim verò monemus, ut prudentia tua commissum sibi regnum in concordia, iustitiaq; custodia dirigat, atque disponat; ac ita circa subiectos pacis iura & æquitatis distinctionem seruare

DE GAL. LORVM PRÆDICATIONE AD SVEONES.

inter catera virtutum studia satagat, quatenus per temporalis regiminis sollicitudinem mereatur æterni percipere securitatem, & cum iustus vocem, rotius iucunditatis plenam in extremo examine dignè possit audire: *f* Venite benedicti Patris mei, percipite regnū, quod vobis paratum est ab origine mundi. Dat. quarto Nonas Octobris. Sed prosequamur cætera.

f. Mat. 25

LXII.

Cum Rege quoque Hispaniarum Alphonso eidem Gregorio fuit agendum hoc anno, atq; ad Regem ipsum scribendæ litteræ. Perardua namq; negotia intercesserunt, quorum causa comminatio ab eodem Pōtifice haud leuis prodijt aduersus eundem Regem, Ordinē Romanū persuasione cuiusdam Roberti Cluniacensis monachi recipere detrectantē, necnon vxoris suæ defunctæ consanguineam in coniugem accipere cupientem. Cuius Regis conatibus Richardus Abbas Massiliensis, idemque sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Legatus (de quo superius dictum est) constanti animo, ne id faceret, restitisset. Quam ob causam indigna Apostolicæ Sedis Legatio pati ab eodē Rege coactus esset. Quæ omnia cum idem Gregorius Papa litteris eiusdem Legati comperita habuisset, magnopere commotus est; atque his malis quam citius mederi studēs, ad Richardum rescribens, ipsum indigna passum consolatus est litteris, quæ adhuc extant, estq; earum exordium: *h* Quia missis litteris significasti, &c. Sed & aduersus Regem accerrimus vindex canonum infurrexit, atque has ad eum litteras communicatorias scripsit: *i*

h. Id. ibid. ep. 3.

h. Id. ibid. epist. 4. Id. ibid. epist. 3. LXI II.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectissimo in Christo filio Regi Adelphonso salutem & Apostolicam benedictionem si obediērit.

Dici non potest fili carissime, quantum nos, referente filio nostro Apostolica Sedis Legato Richardo nobis, cognita præclara tua obedientia lætificauerat. Tu enim coram Deo semper in visceribus nostris eras: tu apud homines maximum nobis exemplum egregia virtutis eras: de te apud alios Reges gloriabamur, te verè Christianum Regem, & idē verè Regem nos habere in parte Domini Iesu contra membra diaboli gaudebamus. Vnde & bona tua flagrantia multas iam regiones asperserat, & velut sol quidam in Occiduis natus Orientem versus cœlestis luminis radios emittebat. At nunc comperto, quod diabolus tua salutem & omnium, qui per te saluandi erant, more suo inuidens, per membrum suum quendam Robertum pseudomonachum, & per antiquam aditricem suam perditam feminam viriles animos tuos à recto itinere deturbauit: quantum de te primo fueramus gauisus, tantum nunc confundimur, erubescimus, contristamur. Quapropter ut cognoscas quantum circa te piè solliciti sumus, per bonitatem & gloriam Christi te paternam voce monemus & contestamur; remoue à te quanto citius Consiliarios falsitatis: *k* Corruptum quippe mores bonos colloquia praua. Ac quiesce autem per omnia Legato nostro Fratri Richardo, quē nisi prudentem & religiosum cognouissē, nostras ei vices nullatenus commisissē. Non te à salutaribus monitis atque institutis nostris incestua mulieris amor abripiat: quia mulieres apostatate faciunt sapientes. Ipsum quippe Regem sapientissimum Salomonem incestus mulierum turpiter amor deiecit, & florentissimum regnū Israel Dei iudicio penē totum de manu posteritatis eius abrupit.

ALFONSOVM CASTELLÆ REGEM GREG. PA PER LITTE RAS COR RIPIT.

k. 1. Cor. 15.

l. 3. Reg. 7.

Proinde per Dominum nostrum Iesum Christum, & per potētiā aduentus eius, necnon & ex auctoritate beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli iterum monemus, atq; precipimus, ne te ipsum despicias, ne in gloria tua maculam ponas, nec posteritatem carnis tue inutilem & reprobam facias; vires resume, illicitum cōnubium, quod cum vxoris tue consanguinea iniisti, penitus respuē. De tua emendatione, nos, & totam Ecclesiam Dei citò lætificā; ne si inobediens (quod auertat Deus) esse malueris, iram Dei omnipotentis incurras & nos (quod valde inuiti dolentesq; dicimus) beati Petri gladium super te euergere cogamur. Prædictum sanē nefandissimum Robertum monachum seductorem tui, & perturbatorem regni ab introitu Ecclesiæ separatim, intra claustra monasterij Cluniacensis in penitentiam retrudi decernimus. Sed Abbas Cluniacensis nos imitando id faciet; eadem enim via, eodem sensu, eodem spiritu ambulamus. Deus autem omnipotens nos de tua correctione citò exhilarare dignetur, fili carissime. Hæc ad Regem Gregorium Papam: qui eodem argumento ad Hugonē Abbatē Cluniacensem litteras dedit, quibus, quid in Robertum pseudomonachū agere debeat, ita significauit: *m* Robertus Simonis magi imitator factus, quantū potuit malignitatis

LXIV. COMMONITIONE VRGET REGEM.

m. Greg. li. 8. ep. 2.

astuta, aduersus B. Petri auctoritate non timuit insurgere, & centum milia hominum, qui laboris nostri diligentia ad viam veritatis redire ceperant, per suggestionem suam in pristinum errorem reducere. De Rege vero licet: Regem quoque illius fraude deceptum diligenter litteris tuis intelligere facias, B. Petri iram & indignationem, atque (si non resipuerit) grauissimam aduersum se, & regnum suum ultionem prouocasse, quod Legatum Romanæ Ecclesiæ indecenter tractauit, & falsitatem potius, quam veritati credidit. De quibus dignè Deo, & B. Petro satisfactorius, sicut Legatum nostrum dehonefauit, ita se sibi per debitam humilitatem, & condignam reuerentiam commendabilem faciat ac deuotum.

LXV. GREG. PA P. ASPE RTORES IN AL PHON. S. M. RE- GEM MI. N. M.

Significare etiam te sibi dignum ducimus, nos eum, si culpam suam non correxerit, esse excommunicatos, & quotquot in partibus Hispaniæ fideles S. Petri, ad confusionem suam sollicitatos. Qui si minus præceptioni nostræ obedirent, non grauem existimarem laborem, nos ad Hispaniam proficisci, & aduersum eum, quem admodum Christianæ religionis inimicum, dura & aspera moliri, &c. Hæc Gregorius hoc anno, quinto Kalend. Iulij Ciperani, oppidi in Campania dedit. Ut magna sit admiratione dignus, qui ad eodè vltò & inuisito animo perflerit inter moles angustiarum: vt cum magis premeretur à Principibus, in alios Principes, quos sibi allicere debuisset, & blâditis reddere obsequentes, nihil remiserit vigoris Ecclesiasticæ feueritatis & constantiæ sacerdotalis, quin in eos toto animo, cunctisque viribus vindex legum insurgeret, nihil faciens, si eos etiâ ob iustitiam consuandam sibi inuenos redderet aduersarios: satis ducens à partibus suis veritatis & iustitiæ defensorem altare Deum, in cuius manibus sint corda Regum, eaq; in quam velit partem inclinet, quem omnes experiantur adiutorem atque defensorem assistere, qui cuncta, quæ agant, non priuato animi affectu, sed amore tantum iustitiæ, zeloq; rectitudinis prosequantur. At quàm magna hæc, exæstiuante in Rege libidinem coercere? quamque perardua, ob inolita antiquitus consuetudine Regem cum populo reuocare, cum præsertim non deessent qui illi fauerent viri docti, atque instituto vitæ sanctissimi? quam insuper insolitum, flectere posse Regem ab ea, quam totis nisibus defendendam sententiam suscepisset? nam vt plurimum, in quam partem se inclinat animus Regis, eidem propensior hæret, & immobilis persistat; quod indignum putet regia maiestate, istiusmodi mobilitate posse redargui leuitatis. Attamen Gregorius Papa in Catholico Regi, Dei ope fultus, isthæc omnia superauit, quod proprio sit Catholici Principis, à capite non desciscere, sed Catholicæ Ecclesiæ Antistiti monenti annuere, atque præcipienti obtemperare, sicut ille fecisse cognoscitur.

LXVI. ALPHON- SI REGIS EMEN- DATIO.

Constat enim à Rege Catholico Alphonso in omnibus cumulatis satisfactum Gregorio Papæ, nempe vna cum suis suscepisse seruandum in diuinis Officiis Romanum Ordinem, vxorè diuersam à consanguinea defunctæ coniugis accepisse: insuper vt sancto Pontifici se arctius insinuaret, munera misisse, regia digna munificentia, ad sanctum Petrum. Constant hæc de recepto Romano Ordine, atque muneribus, ex aliis eiusdem Gregorij Papæ litteris, anno sequenti ad eundem Regem Alphonsum datis: de coniuge verò ex his, quæ scribit Tudensis, qui quatuor numerans Regis eiusdem vxores, nullas earum inter se consanguinitate coniunctas ostendit: itemque Pelagius, qui recenset quinque, alij verò sex eiusdem vxores. Sed scimus, à reum Hispanicarum compluribus Scriptoribus negari, ab eodem Rege susceptum vnquam Romanum Ordinem, atque dimissum Officium Gothicum. Quam obrem hic reddenda sunt citatæ nuper litteræ Gregorij Papæ, ad eundem Alphonsum Regem, datæ, cum de his omnibus idem Princeps ad eundem Pontificem litteras conscripisset: in quibus etiam illud idem Rex ab eo doceri rogauit, quid esset, quod in ipsum tot mala per Regem Henricum, & alios Principes, vel Episcopos inferri iugiter sparsum esset. Ad quæ idem Pontifex ista rescripsit: a

\*Greg. lib. 9. epist. 2. LXVII.

Gregorius Episcopus seruis seruorum Dei Alphonsi glorioso Regi Hispania salutem & Apostolicam benedictionem. Planè dispar ista salutatio ab illa, superioribus indita litteris, qua dice-

batur, Apostolicam benedictionem, si obederit. Sed audi ipsam epistolam.

Non ignorat prudentia tua, mentiri peccatum esse (si & de otioso verbo in districto examine exigenda est ratio) sed ne mendacium quidem ipsum, quod sit pia intentione pro pace, ac culpa penitus immune esse, probari potest. Hac idcirco prelabauimus, vt cum in cæteris illud peccatum esse non dubitaueris, in sacerdotibus quasi sacrilegium conijcias; & quod tibi dirigimus, ita in te esse, teste veritate, cognoscas. Nò nos lætet, multa de nostris factis, ac dictis tuis auribus sinistra interpretacione deferri: vnde & pro nobis in notitiam dilectionis tuæ obtrectantibus respondere, non alienum putauimus. Peccatorem me esse (sicut verum est) confiteri minimè piget: verum, si causa odij, vel detractionis eorum, qui in nos fremunt, subtiliter inuestigetur, profecto non tam alicuius iniquitatis meæ intuitu, quam ex veritatis assertione iustitiæ, contradictione illos in nos exarsisse patebit. Quorum quidè seruitus, & largissima munera nos satis abundantius multis antecessoribus nostris habere potuimus, si ad periculum illorum & nostrum veritatem silere, malitiamq; ipsorum dissimulare maluissimus. At nos certè ex huius vitæ termino, & temporalium commodorum qualitate perpèdentes, nunquam melius ququam posse Episcopum nominari quam cum persecutionem patitur propter iustitiam: decreuimus potius diuinis mandatis obtemperare, præuorum inimicitias incurere, quam illis malè placendo, iram Dei prouocare.

Nunc ad industriam tuam sermonem vertimus, charissime fili. Nonerit excellentia tua, dilectissime, illud vnum admodum nobis, immò diuina clementia placere, quod in ecclesiis regni tui matris omnium sanctæ Romanæ Ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari feceris. Denique in illo, quem hæcenus tenuisse videmini (sicut suggerentibus religiosi viris didicimus) quadam contra Catholicam Fidem inserta esse patulo conuincuntur. Quæ cum relinquere, & ad præscam consuetudinem scilicet huius Ecclesiæ reuertendi deliberasi, non dubite te beatum Petrum patronum optare, & subditorum tuorum salutem, cælesti gratia inspirante (sicut Regè decet) curare monstras: quod tamen gaudium de sapientia tua multò cumulatiùs referimus, cum tuæ humilitatis illustrem famam memoriæ interdum reducimus, & eam virtutè, quæ cum regia potentia vix, aut rarissime capi sub vno domicilio consuevit, in corde tuo morari consideramus.

Cæterum quod de vxore tua, & de Abbacia sancti Facundi postulasti, competentius responderi per filium nostrum Richardum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem & Legatum, & fratrem Simonem Episcopum arbitrati sumus. De illa autem persona quæ in Archiepiscopum fuerat eligenda; dicimus, licet satis prudens & liberalis videatur, tamen (quem admodum nobis notum est, & littera tua non negant) discipline fundamentum, videlicet litteralis scientia pueritia indiget. Quæ virtus quam sit non modo Episcopis, verum etiam sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis, cum nullus sine ea aut alios docere, aut sese possit defendere. Quapropter serenitatem tuam studere oportet, vt cum consilio præfati Legati nostri Richardi Massiliensis Abbatis, aliorumque religiosorum virorum eligatur inde, si inueniri potest: sin autem, aliunde expectari talis persona, cuius religio, & doctrina ecclesiæ vestra, & regno decorem conferat & salutem. Neque verò te pigeat, aut pudeat extraneum forte, vel humilis sanguinis virum (dummodo idoneus sit) ad ecclesiæ tuæ regimen, quod propriè bonos exoptat, adscire: cum Romana Respublica, vt Paganorum tempore, sic & sub Christianitate titulis inde maxime, Deo fauente, excreuerit, quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi, & corporis virtutes perpendendas adiudicauit.

Quoniam autem, sicut de bonis gloria tua merito congratulari, ita & de his, quæ non conueniunt à te fieri, dolere, ac ex merito inibiere compellimur; dilectionem tuam monemus, vt in terra tua Iudeos Christianos dominari, vel supra eos potestatem exercere vltèrius nullatenus sinas. Quid est enim Iudeis Christianos supponere, ac hos illorum iudicio subijcere, nisi Ecclesiam Dei opprimere, & satana synagogam exaltare & dum inimicis Christi velis placere, ipsum Christum contemere? Cauas itaque, fili, hoc facere Domino & Creatori tuo, quod non impunè fieri tibi sustineris à seruo tuo. Memento honoris & gloriæ, quam tibi super omnes Hispania Reges misericordia Christi concessit, atque illius voluntatem tuis actibus, quasi formam adhibendo, mutuum vicem in cunctis ei rependere stude: immò vt hic, & in futuro exaltari merearis, te in omnibus illi submittere semper memineris. Valde quippe indignum est, ei v-

GREG. PA P. EPI- STOL. AD ALPHON- SVM RE- GEM.

LXVIII RECEP- TIO IN RE- GNO HIS- PAN. OR- DO ROM. EXPLOSO GOTHICO.

LXIX. DE ELI- GENDO ARCHIE- PISC. TO- LETANO.

LXX. NE IV- DÆI DO- MINEN- TVR CHRIS- TIANIS.

LXXI. DE DONIS A REGE MISSIS AD S. PETERVM.

LXXII.

DE BERNARDO ELECTO ARCHIEPIS. TOL. TANO.

LXXIII. LEGATIO AB ARME NORVM ARCHIEPISC.

LXXIV. ARMENORVM ERRORES.

LXXV. CONCILII VM LGVDVNENSE.

Id. ibid. ep. 17. 18. 19.

Id. ep. 20

LXXVI

AD PHILIPPVM REG. DE DAMNATIONI RHEMENSIS ARCHIEPISC.

LXXVII.

LXXVIII.

PATERNA DOMINI GREGOR. AD REG.

CONCILIUM AVENIONENSE, IN QVO S.

num hominem, videlicet tempus perfectè non subijcere, qui tibi vltra mille hominum millia subiecit, & iudicio tuo commisit.

De cetero regia munificentie tua gratulamur, cuius animi deuotionem in eo planè satis agnosimus, atque agnoscentes amplectimur, quod quanti beatum Petrum fecerit, ex dono patenter ostendere voluit. Et certè cum tui cordis amorem munus illud persatis sufficienter ostendat, tum etiam tua fidei meritum illud ipsum mutua vice longè verò magis commendat, multiq; gentibus è cunctis mundi partibus ad gremium matris sanctæ Romanæ Ecclesiæ uenientibus ad honorem tuum clarè manifestat. Et quidem licet illud munus tam amplum & magnificum fuerit, ut & te Regem dare, & beatum Petrum recipere conuenienter decuerit; tamen in illo animi tui deuotionem multò magis amplectimur, quæ quanti B. Petrum fecerit, ex dono patenter ostendit. Eo igitur, ut dignum est, decenter suscepto, donum, quod Domino largiente, Sedes habet Apostolica, sincera tua deuotioni remittit. Omnipotès omnium rerum creator & rector, omniumque dignitatù ineffabilis dispensator, qui dat salutem Regibus, meritis altissima Domine genitricis Dei Mariæ, omniumq; sanctorum, auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, nobis licet indignis per eos qualicumq; commissa, te, tuosq; fideles in Christo ab omnibus peccatis absoluat, detq; tibi victoriam de inimicis visibilibus & invisibilibus; mentem tuam semper illumines, ut eius bonitatem, & humanam fragilitatem diligenter perspicendo, mundi gloriam despicias, & ad eternam, beato Petro duce, peruenias. Hactenus ad Alphonsum Regè Gregorius Papa anno sequenti, mensè Maij.

Parui Rex Catholicus, ut ex eiusdem Pontificis consilio Archiepiscopus eligeretur Toletanus. Itaque recedit penitus à sententia eligendi eum, quæ conceperat animo, de quo ad eundem Gregorium Papam scripserat; sed extremum hominem, natione Gallum Aquitanix prouinciæ, professione monachum Cluniacensem, ab Hugone Abbate missum in Hispaniam Abbatem monasterij S. Facundi, ad reuocandum monachos in pristinum S. Benedicti ordinis cultum, nomine Bernardum, sanctitate celebrem, atque scientia tanto muneri minimè imparè postea eligendum curauit. Porrò ex istiusmodi Gregorij Epistola primum corrigas opus est, quæ de nunquam ablegato, sed miraculo comprobato Officio Gothico plures rerum Hispaniarum Scriptores affirmant: emendes insuper eosdem, qui Toletum captum ab Alphonso tradunt anno Christi millesimo octogesimo quinto, cum illa hoc ià tempore facta fuisse, litteræ ipsius Papæ Gregorij manifesto sint argumento. Nisi quis dicere velit, de alio aliquo Archiepiscopo potius, quàm de Toletano Gregorium locutum esse. Verù sub Gregorio Septimo ista facta de recuperatione Toletanæ ciuitatis, & de electione Bernardi Archiepiscopi, ex antiquis monumentis Ecclesiæ Toletanæ testatur in sua collectione Conciliorum Hispaniarum Garfias Loaisa Archiepiscopus Toletanus, & alij.

Dum ista geruntur in Occidente, & negant proximi: confitentur & colunt eum Romanum Pontificem remotissimi; dum inquam Henricus Herodis instar insequitur Christum Domini; legatio Romam ab Oriente venit ab Armenorum Patriarcha ad Gregorium Romanum Pontificem. Functus est ea Ioannes presbyter, infecutus hæreticum quendam Armenia pulsum, ab ipso Papa Romæ dånatum iam conuictum hæreseos. Extant de his litteræ ipsius Gregorij ad Beneuentanum a Episcopum. Cuius occasione idem Gregorius scribens ad eundem b Armenorù Antistitem, errores damnandos enumerat, à quibus eos præcipit abstinere, licet negaret Legatus, illis esse eos implicitos.

Enumerantur à Gregorio isti: Quod non miscerent in sacrificio aquam vino: Quod sacramentum Chrifti non balsamo, sed butyro conficerent: Quod Dioforum hæreticum diu antea condemnatum colerent; atq; demù, quod sacro Trishagio more hæreticorum Crucem adderent. Laudat autem quod ex antiquo Ecclesiæ titulo Eucharistiam in azy mo conficerent, ob idq; Græcos ipsis infestis experirentur. Commendans demù Romanæ Ecclesiæ integritatem, utpote Petri Sedè, in ea nullum vnquam hæreticum Pontificè sedisse gloriatur, nec in futurum fore scissuram ex præscripto diuinæ promissionis offerit. Imò

idem Gregorius quod certo sciret, hallucinatos omninò, qui Liberium Papam Arriana hæresi labefactatum asserent, eundè ut Confessorem sanctissimum sine optimo in Domino quiescentiù populo Christiano venerandù proposuit. Quod aduersarij eius Cardinales schismatici, præcipuè verò Benno ille nefandus, eidem vitio vertit, & inter alias mendacissimas accusationes annumerauit.

Ad finem autem vergente anno, celebratù est in Gallia Concilium Lugdunenfe, cui præfuit Apostolicæ Sedis Legatus Hugo Diensis Episcopus, in quo causâ Manafis Rhemènsis Archiepiscopi, per plura annorù spatia agitata, finem accepit, damnato iterù atq; throno deposito eodem Antistite, qui vocatus sæpè Romam ad dicendam causam, nullatenus obtemperare voluisset, atq; vetitus nihilominus eandem Rhemensem Ecclesiam inuadere præsumpsisset: Scripsit de his litteras Gregorius ad Rhemensem Ecclesiã, monens omnes, ut eidè inuasori constanter resisterent. Incipit epistola: Non dubitamus, &c. Data autem habetur hoc anno, sexto Kal. Ian. addidit aliam ad Comitè eius loci, necnò aliam ad Episcopos Suffraganeos. Sed eodem argumento ad Philippum Francorum Regè litteras dedit, quæ dignè planè sunt ut perpetuæ memoriæ causa Annalibus in exantur. Sic se habent: d

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei Philippo glorioso Regi Francorum salutem & Apostolicam benedictionem.

Sæpe per Nuntios tua celsitudinis audiuimus, te gratiam beati Petri, nostramq; amicitiam cupere: quod & tunc nos libetè accepisse, & adhuc, si eum animum geris, noueris admodum nobis placere. In hoc enim te tua salutis amicu, sollicitumq; esse demonstras, si Apostolicam beneuolentiam (sicut Christianum Regem decet) assequi, & obtinere desideras. Quam quidem hoc pacto adipisci multò facilis ac dignus poteris, si te in Ecclesiasticis negotijs diligenter deuotumq; reuerenter exhibueris. Quia in re procul dubio minus uigilanter, multoq; negligenter, quam sanum fueris, olim habuisses, cernebis. Sed nos adolescentia tua præserit a delicta spe correctionis tue portantes: ut deinceps castigatis moribus, ad ea, quæ oportet, inuigiles, ex debito officij nostri monemus. Igitur inter cetera uirtutum studia regia excellentia conuenientia, quæ tibi inesse optamus, cum te iustitia amatorem, misericordiamq; custodem existere, Ecclesias defendere, pupillos, uiduasq; protegere sit necessariu, non minus ad interna salutis custodiam tibi esse prauorum consilia spernenda, maximeq; excommunicatorum familiaritates detestandas, arbitramur, atq; asserimus.

Vnde sublimitati tua ex parte B. Petri præcipimus, ac ex nostra rogamus, ut Manasse Rhemènsi Archiepiscopo dicto, sed propter suas iniquitates, quæ non præter eunt scientiã tuam, irrècuperabiliter deposito, nullum alicuius tui fauoris solatium præbeas, sed eum ita ab amicitia tua rescindas, atque à conspectu præsentia tua contemptum repellas, ut pateat inimicos sanctæ Ecclesiæ, videlicet excommunicatione induratos respuendo, Deum diligere, Apostolicisque mandatis morem gerendo, gratiam beati Petri ueraciter desiderare.

Prætere à uolumus, & ex parte Apostolica iubemus, ut electionem, quam præfata Rhemènsis Ecclesiæ Clerus & populus, Deo annuente, facturus est, nullo ingenio, aut studio, quo minus canonicè fiat impediatis. sed si quis impedire aliquid studio seculari tentauerit, illi omnimodo contrarietas, atq; illi, quem pars fidelior & religiosior elegerit, adiutorium tuum impendatis.

Age igitur, & iam atate uir factus, in hac re procura, ut non frustra tua iuuentutis culpis peperisse, nec in vanum te ad emendationem expectasse uideamur, ac maxime emere, ut beatum Petrum, in cuius potestate est tuum regnum, & anima tua, qui te potest in celo & in terra ligare, & absoluerè, tibi facias debitorem, & non pro negligentia, aut ueritatis dissimulatione iudicium, sed pro diligentia, iustitiæq; executione, ipsius gratia, æternum dignè merearis auxilium. Dat. sexto Kal. Ian. Hęc ad Philippum Regem Francorum.

Porrò eundem Hugonem Diensem Episcopum translatum fuisse in cathedram Lugdunensem, & creatum eius ciuitatis Archiepiscopum, testatur Acta S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani. In quibus pariter habetur, hoc anno ab eodè Hugone esse celebratum Concilium Auenionense, in quo inter alia reperitur, creatum ibi fuisse S. Hugonem Episcopum Gratianopolitanum, què ponit fediti-

HVGO EPISCOPUS CREATIVS

LXXIX M ELDEN SIS SYNO DVS, IN QVA CRE ATVS E PISC. S. ARNVL PHVS. Lixif. in vit. Arnul. c. 26. apud sur. to. 4. die 15. Aug. 37. 28. PELLITVR NICEPH. IMP. ET ALEXIVS COMNE NVS IMPERAT.

LXXX.

Leo Off. Chr. Cass. 1. 5. c. 54. OSMAS HEROSOLYMITAVS, PATRIARCHA, CONSTANT.

le annos quinquaginta duos, diemq; obijt anno Domini millesimo centesimo trigesimo secundo. Hic autem quomodo sexto año ab ordinatione sua cum sancto Brunone Carthusiam solitudinem incolere cepit, ex quo loco nomen accepit Carthusianorum institutio suo loco dicitur.

Quo etiam anno meminit Sigebertus de electione S. Arnulphi in Episcopum Sueffionensem, cum per eundem Apostolicæ Sedis Legatum habita fuit Meldensis Synodus, in qua depositus est Vrsio Sueffionensis Episcopus, & in eius locum vir sanctissimus ex monasterio sancti Medardi vocatus, coactus licet, suffectus est tamen. Cuius diuinitus factam electionem, & alias eiusdem Sancti præclaras res gestas prosecutus est omni fide eius successor a Liffardus, qui & ea quæ tunc acciderunt de ortu Ludouici, filij Philippi Regis, ab eodẽ Arnulpho prænuntiato, & alij ab eo in Episcopatu rebus gestis, idem pluribus narrat.

Quod spectat ad res Orientalis Ecclesiæ, hoc etiã anno Nicephorus Imperator, post concertationes aduersus diuersos insurgentes tyrannos eosdemque superatos, tandem quæ fecit & ipse passus: nam ab Alexio Comnenopulso in monasterium detruditur. Hæc pluribus Ioannes Curopalata, qui & hic finem suæ imponit historiæ, quam cum Cedrenus, tum Zonaras in suos retulere commentarios. Porro tũ Michaelis Rangabe, à quo Ioannes Curopalata inchoatur, tum sequentiũ quinq; Imperatorum totidẽ penè verbis descriptã habemus historiã à Leone Grammatico, Leonis Sapientis Imperatoris mandato, in Vaticana bibliotheca custoditam, quam & in Medicea Regiñæ Frãcorum Parisijs accepimus asseruari.

Cũ verò ista agerentur in Nicephorum Imperatorem, Malpitanus quidam nobilis partem haud exiguam ligni salutiferã & viuificã Crucis, auro & lapidibus pretiosis ornatam, & in aurea icona locatam de palatio Constantinopolitano sustulit, atq; in Italiam rediens, in Cassinensi monasterio collocauit: b Leo hæc narrat in Chronico Cassinensi.

Quo pariter anno Ioannes Xyphilinus Patriarcha Constantinopolitanus, cũ sedisset annos tredecim, & mensis sex, moritur, & in locum eius suffectus est Cosmas Hierosolymitanus, prout apparet ex serie Constantinopolitanorum Patriarcharum, quæ extat in codice Iuris Orientalis, tomo primo.

IESV CHRISTI Annus 1081.

GREGORII VII. PAP. VACAT IMP. OCCID. 25. Annus 9. ALEXII COMN. IMP. I.

I. CONCILIVM ROMANVM.

MILLESIMVS OCTOGESIMVS PRIMVS ANVS voluitur, Indictione quarta, quo Gregorius Papa ex more, initio Quadragesimæ Synodum habuit in Lateranensi basilica. Quæ autem ibi sint gesta, in codice Epistolarum ipsius Gregorij hæc habentur per pauca notata: Anno ab Incarnatione Domini millesimo octuagesimo primo, Pontificatus vero Gregorij Septimi anno octavo nondum exacto, presidente eodem Apostolico, celebrata est Synodus Roma in basilica eiusdem Saluatoris & Redemptoris nostri Iesu Christi, in qua inter cetera sententiam depositionis Archiepiscoporum Arelatenfis, & Narbonensis atq; excommunicationis per Legatos Apostolicæ Sedis promulgatã dominus Papa, his qui aderant collaudantibus, firmavit.

Henricum quoque dictum Regem, & omnes fautores eius, qui in præterita excommunicatione animum indurauerat, iterum excommunicauit.

Anathematizauit item Ildimundum & Landum Campanos tyranno, omnesq; adiutores eorum.

II.

Præterea suspendit officio quosdam Episcopos, qui ad Conciliũ inuitati, neg. ipsi, neg. Nuntij eorum pro ipsis venerunt. Hæc ibi. Cecinit illa de iterato in Regem, & Guibertũ anathemate, necnon de persecutione, per eosdem renouata Domino in vita Mathildis, quam tunc scribebat, his versibus:

Actibus, & verbis exprobrat schisma Guiberti, Perpetuo damnans anathemate schismata tanta. Nasctur hinc cunctis ingens tribulatio iustis: Mucronem Regis pia pars quam maxima sentit. Sedibus expulsi sunt pontifices quoq; multi, Flagris afflicti, \* vinculis in carcere stricti. Rex & Guibertus faciunt iuuenescere tempus Neronis prisce, &c.

\* al. vinculis

Schismatici verò addunt ad schisma priuatam hæresim, dum quod aliud non haberent, quo Regis causam defendere possent, vanum illum excogitarunt ad defensionem prætextum, dicentes non posse Pontificem excommunicare Regem, cui esse obediendum præcepissent Apostoli. Quorum aded insanam sententiã idem Gregorius suis litteris plenius confutauit, cum iisdem propè diebus quibus Synodus agebatur, nempe Idibus Martijs, idem scripserit epistolam ad consultationem Herimanni Metensis Episcopi, qui præ cæteris ultra montes positus Episcopis semper aduersus schismaticos pro Apostolica Sede steterat defensor acerrimus, atque adhuc persisteret imperterritus, multa ob id passus ab ijs, qui Regi inhærentes sese schismaticis coniunxissent, qui & ipsi cum in suam defensionem, vt scelus honesto aliquo prætextu velarēt, iactare solerēt, non potuisse Romanum Pontificem Regem excommunicare, atq; regno priuare: quid aduersus hos debeat respondere, ab eodem Pontifice doceri cuperet. Ad quem Gregorius prolixam de his scripsit epistolam, cuius est exordium: Quod ad perferendos labores, &c. & paulò post:

Quod autem postulasti, te quasi nostris scriptis iuuari ac præmuniri contra illorum insaniam, qui nefando ore garrunt, auctoritatem sanctæ & Apostolicæ Sedis non potuisse Regem Henricum, hominem Christiana legis contemptorem, ecclesiarum videlicet, & Imperij destructorem, atq; hereticorum auctorem & consentaneum excommunicare, nec quæquam à sacramento fidelitatis eius absolueri: non aded necessarium nobis videtur, cum huius rei tam multa ac certissima documenta in Sacrarum Scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus, eos qui ad cumulum suæ damnationis veritati impudenter detrabunt & contradicunt, hæc ad suam defensionis audaciam tam ignorantia, quam misera desperationis vecordia coaptasse. Nec mirum. Mos est enim reproborum, ob suam nequitia protectionem niti consimiles sibi defendere, quia pro nihilo habent mendacij perditionem incurrere. Nam vt de multis pauca dicamus, quis ignorat vocem Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi, dicentis in Euangelio: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni celorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cælis.

III.

CONSULTATIO HERIMANNI EPISCOPI DE REGVM DEPOSITIONE.

Greg. lib. 8. epist. 21.

IV. HÆRESIS NOVA CONFUTATAVR.

Mat. 16

Nunquid sunt hic Reges excepti? aut non sunt de omnibus, quas Filius Dei beato Petro commisit? Quis, rogo, in hac vniuersali confessione ligandi atque soluendi à potestate Petri se exclusum esse existimat, nisi forte infelix ille, qui iugũ Domini portare nolens, diaboli se subijci oneri vult, & in numero ouium Christi esse recusat? cui tamen hoc ad miseram libertatem minimè proficit, quod potestatem Petri diuinitus sibi concessam, à superba ceruice excutit. Quoniam, quando eam quisque per elationem ferre abnegat, tanto durius ad damnationem suam in Iudicio portat, &c. Subijcitur insuper, hæc doctrinam à Patribus cognitã & confirmatã, quorũ sententias ex parte recitat, quas breuitatis causa recensere omittimus, cum præsertim causa epistola sit pfa, atque omnibus patens. Iam verò alias res gestas anni huius prosequamur.

Quæ autem hæc fecuta sint, quæque progressus fuerint tum Henrici persecutionem inferentis, tum Gregorij eã patientis, vt prosequamur, primò discemus ista ex ipsius litteris, eodem quoq; tempore, nempe paulò post Synodum datis e ad Episcopum Patuicensem, & Abbatem Hirsingensem, qui in his turbis ab Henrico permotis inhærebant magna cum laude ipsi Romano Pontifici: quorum alter, nempe Patuicensis Episcopus, legationis munere fungebatur in partibus illis.

Cũ enim iisdem qui supra, studiosissimi Apostolicæ Sedis significassent, quinam esset rerum status in regionibus illis, Gregorius ad eos rescribens, quænam Italicarum rerum

VI.

Greg. lib. 8. epist. 3.

rerum esset conditio, aperit, quoque ipse esset compositus animo ad pacem inuendam, vel bello resistendum, his litteris reddit certiores.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto in Christo fratri & Coepiscopo Patuensi A. & venerabili Hirsaugiensi Abbati Vu. salutem & Apostolicam benedictionem.

Prudentia vestra ex hoc satis gratulamur, quia sicut oportebat, nuntiare nobis veram summopere iudicium praesertim cum multa & varia ex partibus vestris apud nos referantur.

Notificamus autem dilectioni vestrae penes omnes nostros fideles, audita voce Rudolphi beatae memoriae Regis, niti ad hoc nos crebris adhortationibus flectere, ut Henricum, iam pridem, sicut scitis, pluram facere nobis paratum, cui ferme omnes Italici fauent, in gratiam nostram recipiamus: ad iudicium, si ille in Italia non addeat graue videtur. Si vero filia nostra Matildi, cuius militum animos ipsi perpenditis, a vobis suffragatum non fuerit; quid aliud restat, nisi cum sui resistere recusauerit, qua vii, hac in re pro insana habent, ipsa vel coacta illius paci acquiescat, aut quidquid possidere videtur, amittat? Quamobrem summopere niti vos oportet eam certam reddere, an ex vobis praesidium expectare firmiter debeat.

Si Henricus forte Longobardorum intrauerit, admonere te etiam, charissime frater, volumus Ducem Vuelphonem, ut fidelitatem beato Petro faciat sicut coram Imperatrice Agnete, & Episcopo Comano mecum disposuit, concessio sibi post mortem patris eius beneficio. Illum enim totum in gremium beati Petri desideramus collocare, & ad eius seruitium specialiter prouocare. Quam voluntatem si in eo, vel etiam in alijs potentibus viris, amore beati Petri pro suorum peccatorum absolutione ductis cognoueris, ut persicantur labora; nos que certos reddere diligenter procura. Hac enim fiducia, ut Italici, remoti ab Henrico, nobis, immodico beato Petro fideliter adhereant, Deo adiuuante, efficere credimus. Sed antequam ulterius progrediamur, in memoriam reuocandum de Vuelphone isto, quod dictum est superius ex Lamberto, nimirum fuisse filium Azonis Marchionis Ferrariensis; inhaesisse autem Henrico Regi contra Saxones, inde contra Henricum ipsum Rudolpho nouo Regi, cum priuatus esset Ducatu Bauariae, quo ab eodem Rege, pulso Ottone, donatus fuerat, tradito illo Conrado filio suo: cuius causa ab eo deficiens, Rudolphi partibus inhaesisset. Pergit vero Gregorius:

Præterea admonendi sunt omnes, in partibus vestris Dominum timentes, ac sponse Christi libertatem diligentes, ut non aliqua gratia suadente, aut vilo metu cogente, properent eam temere personam eligere, cuius mores & cetera, qui Regi oportet melle, a suscipienda Christiana religionis defensione & cura discordet. Melius quippe fore arbitramur, ut aliqua mora secundum Dominum, ad honorem sanctae Ecclesiae prouideatur idoneus, quam nimum festinando in Regem aliquis ordinetur indignus. Scimus quidem, quod fratres nostri longo certamine, diuersisq; perturbationibus fatigantur: nobilitas tamen esse dignoscitur, multo tempore pro libertate sanctae Ecclesiae decertare, quam miser & ac diabolica seruituti subiacerent. Certant namq; miseri, scilicet membra diaboli, ut eiusdem miseram seruitute opprimantur: certant et contra membra Christi, ut eosdem miseros ad Christianam libertatem reducant. Quapropter fundenda sunt frequentissima orationes, & largissima danda elemosina; omnibusq; modis Redemptor noster exorandus, ut inimici nostri, quos suo procepto diligimus, respiciant, & ad gremium sanctae Ecclesiae redeant. suaq; sponse, pro qua mori dignatus est, defensorem & rectorem sicut eam decet, clementer tribuat.

Nisi enim ita obediens, & sanctae Ecclesiae humiliter deuotus ac vtilis, quemadmodum Christianum Regem oportet, & sicut de Rudolpho sperauimus, fuerit: proculdubio ei non modo sanctae Ecclesiae non fauebit, sed etiam contradicet. De praedicto enim Rudolpho Rege quid sanctae Ecclesiae sperauerit, & quid ille promittebat: tu ipse frater charissime, satis cognoscis. Prouidendum est ergo, ut non minus ab eo, qui est eligendus in Regem, inter tot pericula & labores sperare debeamus. Qua de re quid promissionis iuramento sanctae Romanae Ecclesiae ab illo requiratur, in sequenti significamus. Videlicet formam iuramenti, quod praestare deberet, qui electus eligendus in Regem, istis verbis conceptam:

Ab hac hora & deinceps fidelis ero per rectam fidem, beato Petro Apostolo, eiusq; Vicario beato Gregorio, qui nunc in carne vivit: & quodcumq; ipse mihi praeeperit, sub his videlicet verbis: PER VERAM OBEDIENTIAM, fideliter, sicut oportet Christianum, obseruabo. De ordinatione vero ecclesiarum, & de terris, vel censibus, quae Constantinus Imperator, vel Carolus S. Petro dederunt, & de omnibus ecclesijs, vel praedijs, quae Apostolica Sedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata, vel concessa, & in mea sunt, vel fuerint potestate, ita conueniam cum Papa, ut periculum sacrilegij, & perditionem animae meae non incurram, & Deo, sanctoq; Petro, adiuuante Christo, dignum honorem, & vtilitatem impendam. Et eo die quando illum primitus videro, fideliter per manus meas miles S. Petri & illius efficiar. Hucusque iuramentum ab eligendo Rege praestandum. Pergit vero ipse Gregorius.

Verum quoniam religionem tuam, Apostolica Sedi fidem & promissis tenemus & experimentis non dubitamus: de his si quid minuendum, vel augendum censueris, non tamen praetermissio meo fidei modo, & obedientiae promissione, potestati tuae & fidei, quam B. Petro debes, committimus.

Quod vero de sacerdotibus interrogasti, placet nobis, ut in praesentiarum, tum propter populorum turbationes, tum etiam propter bonorum inopiam, scilicet quia paucissimi sunt, qui fidelibus Christianis officia religionis persoluant; pro tempore vigorem canonicum temperando, debeatis sufferre. De his namq; pacis & tranquillitatis tempore (quod Domino miserante cito futurum credimus) conuenientius tractari, plenusq; poterit canonicus ordo seruari. Ceterum de Buggone, cuius malitiam significasti, necdum tantam potestatem, videlicet absoluendi, sibi tam temere commisisse, nec etiam recordamur nos aliquando eum vel sermone, vel visu notum habuisse. In sancta quidem Synodo, quam nuper Deo auctore celebrauimus, omnes excommunicatos vsq; ad condignam satisfactionem rursus excommunicauimus, & fratrum multitudinem, qui aderant, rogauimus, ut misericordiam Dei quotidie exorent, quatenus illos per veram penitentiam ad gremium sanctae matris Ecclesiae reducat, eiusq; in bono perseverantiam tribuat: nullius enim hominis perditionem querimus, sed omnium salutem in Christo desideramus. Hucusque Gregorius, qui ad eundem Episcopum Legatum scribit epistolam de recipiendo Onaburgenli Episcopo, qui a schismaticis recedere, & sanctae Romanae Ecclesiae inhaerere se velle significasset.

Eodem quoque tempore litteras dedit ad Desiderium Abbatem Cassinensem, ut exploraret voluntate Roberti Guiscardi Ducis, an perlatet in fide, quam iuramento anno superiori pollicitus fuerat sanctae Romanae Ecclesiae. Incipit epistola: b Satis nobis dilectio tua, &c. Verum idem Dux Robertus hoc anno traiecit copias in Orientem aduersus Alexium Comnenum Imperatorem, quae & initio certamine, collocatis signis egregie superauit. De qua victoria habet ista Leo Ostienlis eius aequalis.

Hoc anno Robertus Dux cum quindecim millibus armatorum transiit mare, cum quindecim millibus pugnatorum Thraciam debellaturus ingreditur. Aduersus hunc Alexius Imperator cum centum septuaginta millibus pugnatorum ad praelium exiens superatus est. Sunt de his litterae eiusdem Gregorij Papae, quibus eidem Roberto Duci de adepta victoria gratulatur, cum antea ipse eundem Pontificem, populumq; Romanum de his omnibus certiore fecisset. Sunt huiusmodi: d

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei Roberto glorioso Duci salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod gesti belli prouentum, & adepta victoriae palmam nobis, & Romanis notificasti, id quod decuit prudenti consilio vsus egisti, ut res, quam ex voto amicorum gloriosè obtinueris, ipsorum congratulationibus gloriosior tibi redderetur atq; iucundior. Oportet interea te illum alta memoria asserere, cuius fauore & auxilio non ambigis res tuas iam dudum procedere. Nam sicut ingratitude prouocat indignationem; ita deuotio incunctanter accumulata gratiam. Quapropter beatum Petrum, cuius tibi ad se patrociniū grandia facta testantur, praeculis habere semper memineris, eiusque beneficijs, cum neceesse est, gratiam vicem rependes, ipsum de cetero velut debitorem efficere tibi procurato. De quo nimirum eo magis praesumere poteris, quo amplius obsequijs illum tibi quasi obnoxium astrinxeris. Memento itaque matris tuae sanctae Romanae Ecclesiae, quae de te inter ceteros Principes specialiter confidit, & peculiariter diligit. Memento quod promissisti, & quod pollicitus

XI. VRA MENTVM A REGE PRAS TANDVM

XII.

Greg. lib. 9 epist. 10

XIII. EXPLO- RATVR FI DES RO BERTI. b id. ibid. epist. 4.

Leo Ost. lib. 3. c. 48.

ROBERTVS GVIS CARDVS ALEXIVM IMP. SVPERAT. d Greg. lib. 9. epist. 17.

XIV. CONGRATVLTAVR GREG. PA PA ROBERTO DVCI DE VICTORIA.

DE STANTVM GERMANICA RVM ET ITALICA RVM.

VII. \*al. nece

VIII. DE VVELPHONE DVCE.

IX. DE COHORTAN DIS GERMANIS IN FIDELITATE SEDIS APOST.

X.

es (cui etiam non promittens ex iure Christianitatis debes) adimplere, cum promiseris, non ulterius differas. Non igitur ignoras, quanta perturbatio contra eam per Henricum dictum Regem sit orta, quantumque tuo, qui suus es filius, auxilio indigeat. Ago ergo, ut quantum sudeat filius iniquitatis aduersari, non minus debeat de tua deuotionis opulatione mater Ecclesia gratulari. Hucusque epistola Gregorij ad Robertum Ducem: qui additamentum istud apposuit: Dubitamus hic sigillum plumbeum ponere, ne si illud inimici caperent; de eo falsitatem aliquam facerent. Robertus autem, ubi nuntiatum est, ipsum Gregorium obsideri ab Henrico in munitione sancti Angeli; relicto cum exercitu filio Boamundo in Oriente, ad propulsandum scismaticum Regem est reuersus in Italiam, atque eundem fugauit Henricum, ut idem Leo testatur. Sed de his suo loco dicendum: ad Henricum ipsum iam redeamus.

Vbi enim nece Rudolphi Regis res Germaniae in tutiorem statum cerneret collocatas, in Italiam parat aduentum, quo Gregorium Papam, quem sibi putaret inensissimum hostem, e Sede Petri deponeret, atque aduersarium eius in ea federe faceret Antipapam. Quod autem sciret eundem pontificem magnopere niti viribus Northmannorum, Robertum Guiscardum Ducem ab eo auertere, & vinculo cognationis sibi iungere cogitauit. Sunt de his omnibus litterae eiusdem Gregorij ad Desiderium Cassinensem Abbatem, eundemque sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, his verbis conscriptae: b

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei Desiderio venerabili Cardinali sancti Petri & Abbati Cassinensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Fraternitatem tuam, dilectissime, cognoscere volumus, (quod sicut pro certo didicimus) Henricus dictus Rex in suburbanis Rauennae moratur, disponens, si poterit, Romam circa Pentecostem venire. Quem certissime scimus ex Ultramontanis, & Longobardis parua manu habere. Audiuius autem, quod ex his, qui Rauennam, vel in Marchia morantur, putet exercitum, cum quo veniat, colligere: quod fieri minime credimus, quoniam nec etiam focum ab his, per quos transitum habet, habere potest. Tu vero ipse, amande frater, cognosce, quia si nos amor iustitiae, & honoris sanctae Ecclesiae non teneret, tamque praua voluntati ac nequitiae Regis, & suorum vellemus fauere, nulli aliquando praecessorum nostrorum ab antecessoribus Regibus, seu etiam Archiepiscopis tam amplum & deuotum seruitium, sicut nos ab hoc Rege, & Archiepiscopo, habere potuerunt. Verum, quoniam illorum minas & sauitiam pro nihilo ducimus, magis si nec esse fuerit, mortem suscipere parati erimus, quam impietatibus eorum assensum praeberere, aut iustitiam relinquere. Quapropter rogamus, & monemus, ut (quemadmodum te decet) ita nobis adhaereas, quatenus sanctae matris tuae Romanae Ecclesiae honor, quae te multum confidit, nunc & semper robur obtineat.

Hoc etiam te scire volumus, quod Comitissa Mathildis litteras ad nos direxit, quibus continetur hoc, quod quemadmodum a familiaribus ipsius pro certo cognouit, praefatus Rex Placitum cum Roberto Duce habeat, videlicet hoc, ut filius Regis filiam ipsius Ducis accipiat, & Rex Duci Marchiam tribuat. Quod Romani facile credant, si viderint Ducem adiutorium, sicut in iuramento fidelitatis nobis promisit, subtrahere. Sed praudentia tua sollicitudine inuigilet, & quia super hac re actum sit, diligenti examinatione cognoscat. Tu ipse etiam quanto magis ad nos propera. Scias praeterea, quod Romani, & qui circa nos sunt, fide, & prompto animo Dei, & nostro seruitio parati per omnia existunt. Hucusque epistola Gregorij ad Desiderium, qui, quomodo se gesserit pro Gregorio, dicitur anno sequenti.

Hoc vero anno (Albertus Stadenis inquit) Henricus Romam profectus est, habens in comitatu suo Liemarum Bremensem Archiepiscopum, penes quem tunc summa consilij erat. Et resistente sibi Papa Hildebrando cum Romanis, ante Castellum sancti Petri castra posuit, ibi etiam crebris per biennium incursum Romanorum in se est: aius, parua manu multi a viriliter egit. Haeciple. Porro expugnasse loca vicina Romae, obsiditque Leoninam ciuitatem, quae ambit basilicam sancti Petri, non tamen cepisse (testatur Sigebertus) nisi post annum sequentem. Quo tempore Gregorius ad omnes Christi fideles, Romanae Ecclesiae communicantes datis circularibus litteris, eos est hortatus, ad persecutiones constantissimo animo per-

ferendas, quae sic se habent: c

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei omnibus Episcopis, Abbatibus, clericis & laicis, Apostolicae Sedi fidelibus salutem & Apostolicam benedictionem.

Scimus fratres charissimi, quia tribulationibus, & angustijs nostris compatimini, & in vestris orationibus ante Dominum memoriam nostri habetis; quod idem nos erga vos agere non dubitetis, & merito: nam Apostolus dicit: d Si patitur vnum membrum, compatiuntur & cetera membra. In hoc etiam credimus charitatem Dei diffusam in cordibus nostris, quia omnes vnum volumus, vnum desideramus, & ad vnum tendimus. Vnum volumus, videlicet, ut omnes impij respiciant, & ad Creatorem suum reuertantur. Vnum desideramus, scilicet, ut sancta Ecclesia per totum orbem conculcata & confusa, & per diuersas partes discissa, ad pristinum decorem, & soliditatem redeat. Ad vnum tendimus, quia, ut Deus glorificetur in nobis, & nos cum fratribus nostris, etiam cum his, qui nos persequuntur, ad vitam aeternam peruenire mereamur, exoptamus. Nolite mirari, fratres charissimi, si odit vos mundus, quia nos ipsi eum contra nos irritamus, qui illius desiderio valde contradicetes, opera illius condemnamus.

Quid autem mirum, si Principes mundi, & potentes seculi nos pauperes Christi, prauitibus illorum obuiantes odiunt, & quadam indignatione contra nos desaciunt, cum alij subiecti, vel etiam serui iusti suas iniquitates relinquere, conatur praepositorum suorum vitam auferre? & tamen adhuc vsque, ad sanguinem rari ex nostris impij restituerunt: & quod omnino erat optandum, paucissimi nostrum pro Christo mortem subierunt.

Pensate, charissimi, pensate quod quotidie milites seculares pro dominis suis vili mercede inducuntur morti se tradunt. Et nos quid pro summo Rege, & sempiterna gloria patimur, aut agimus? Quale dedecus, & quale improprium, qualisq; derisio oculis nostris obijctur, quod illi velut pro vili alga mortem subire non metuunt, & nos pro caelesti thesauro, & aeterna beatitudine etiam persecutionem pati deuitamus? Ergo ita ergo animos in vres, spem viuam concipite, illud vexillum praeculis habentes ducis nostri, scilicet Regis aeterni. Vnde ipse dicit: e In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et si volumus, diuina suffragante gratia, hostem antiquum cito & fortiter confringere, omnesque versutias eius parui pendere, studeamus persecutiones ab eo immittas, & mortem pro iustitia non solum non deuitare, sed etiam pro amore Dei, & Christiana religionis defensione appetere. In hoc enim omnes elationes maris, & superbiam seculi conculcabitur, & pro nihilo ducemus, & ei, qui est caput nostrum, sedens in dextra Dei patris, ipso largiente, iungemur, & conregnabimus. Clamat enim magister noster: f Si copiamur, & conregnabimus. Interea vobis, fratres mei, qui mecum minus valentes estis, fortiora bella certaminis annuntiamus, quia pius Redemptor noster cito faciet cum tentationibus nostris etiam prouentum, ne nimia fragilitate deucti non possimus sustinere, sed inter qualescunque suorum Fidelium positi addiscamus, vel in prosperitate sibi seruire.

Ita Gregorius, quasi classico excitans suos ad spirituale certamen, & quidem opportunè: persecutio enim adeo horrenda consecuta est, ut fortasse omnes, quaecumque a schismaticis, vel haereticis illatae in ipsam Ecclesiam Romanam, vel morte fuerint, superarit. In qua Catholicae communionis Fideles eiusdem Gregorij litteris roborati durissima quaeque pati potius delegerunt, quam communicando cum schismaticis desciscere ab Ecclesiae Catholicae unitate. Haec autem ut quam verissima esse percipias; testificatione accipe auctoris eius temporis, qui sub Urbano Secundo, Successore Victoris, qui successit Gregorio Septimo, ista scribebat, quae praefens intuebatur Deusedius S. R. E. presbyter Cardinalis, de quo superius mentio facta est. hic inquam, vniuersam persecutionem istam breui compendio perstringens, ab hoc anno, quo idem Henricus in Italiam descendit, vsque ad finem haec habet:

Tandem praefatus tyrannus, Henricus scilicet, induratus vt Pharaon, relicto ad resistendum in Germania copijs, assumpto partim suo, partim conducticio sine gregario exercitu Romanam, & suburbana eius depraedationibus, ac incendijs, & cadibus quibus valuit, quadriennio deuastauit, & tandem suo Simone magis pretio, quam vi inthronizato, ab eodem Imperialem coronam accepit. Et paulo post cum eodem, militari Northmannorum manu Ducis Roberti, qui in auxilium domini Papae Gregorij in Adriano degentis concitatus fuit,

Leo Off. 3. c. 52. XV. HENRICI REGIS MACHINAMENTA IN GREGOR. PAPAM.

Greg. lib. 9. epist. 11.

XVI.

XVII.

XVIII. HENRICI ROMAM ADVENTVS HOSTILIS.

Greg. lib. 9. epist. 21. XIX.

GREG. PP. ENCYCLICA, QVA FIDELES HORTATUR AD TOLERANTIAM. d. Co. 12

XX.

Luc. 21.

2. Tim. 2

XXI. PERSECUTIO DIRISSIMA ILLATA PER SCHISMATICOS IN ROMAN. ECCLE.

XXII. QVANTA MALA PER SCHISMATICOS ILLATA.

te a fuit,

te affuit, turpissimè fugatus abscesit. Et tam non fauentibus, quam non communicantibus sibi ac suis complicitibus, & Rome, & omni regno suo fauissimam & diuturnam intulit persecutionem.

XXIII.

Huius rei causa & ecclesia penè totius regni desolata, & Christiana religio propemodum dissipata, & nonaginta milia hominū, & eo amplius in diuersis regionibus, beato Papa Guiberto cooperante, caesa sunt. Qui etiam pulsus Catholicis Episcopis, & Abbatibus, sceleratos & idiotas singulis ciuitatibus, & xenodochijs, vel Ecclesis singulos, interdum autem binos, vel annuos prelatos damnabili prioris & magistris sui Guiberti Simonis mercimonio substituentis, depradationibus sanctorum locorum, Christianorum sibi non fauentium, immo etiam fauentium, dum non esset, qui armato resisteret, longè lateq; voluntate quidem non minus suo Nerone, sed minus possibilitate grassatus est. Sed gratias Deo, qui vt ait Apostolus semper triumphat nos in Christo Iesu, quoniam idem Imperator, eius Nero, ab vxore, quam multis Deo teste prostituit, & filijs propter suam crudelitatem relictus, iam tandem non cuiuslibet Regis, & Ducis, siue Marchionis, sed vnius famina, scilicet gloriosa & Deo dilecta Comitissa Mathildis congressione aded debilitatus est, vt vix quinquagenarius magnus Romanorum Imperator incedat, iusto districto que Dei iudicio, Dei frequentissimus venditor, & abiurator femineo superaretur triumpho, qui Dei suaue iugum à se proyiciens, sicut pater eius Belial, & immemor illius sancti Regis Iob, qui ait: Si contempsi iudicium subire cum seruo meo; ad satisfaciendum his, quorum infestissimus extitit persecutor, beati Apostoli Petri subijci dignatus est iudicio.

QVA PANTI COACTVS HENRICVS PERSECUTOR

XXIV.

eadem Leo ost. li. 3. c. 69. GUILBERTI PSEVDI OPAPAE EXTREMA.

Idem verò Guibertus, qui multo rectius a Papa demens, quam Clemens dici debuit, in oppidulo suo, quod argentum dicitur, quasi ad sui munitionem celsa turri fabricata praestolatur simoniacos angelos cum quibus volado, in puditissimas stygas paludes corruat fractus curibus, scilicet rebus suis, Deo nobis propitio, iam propemodum constictis, & ad nihilum redactis. Cui nemo Apostolicam reuerentiam, siue obedientiam exhibuit prater suum Neronem, & sceleratos complices eius, vel qui se illi propter auaritiam, que est idolatri seruitus, vel perpetuo, vel ad tempus, pacto iure iurando vendidere: quorum plurimi, quibus perfidia claruerat, dum execranda sacrificia celebrat, ne interessent; aufugiebant, scientes eundem nulli Romanorum successisse Pontificum, sed praescripto modo per iurum & inuasorem ac simoniacum, Henricum videlicet Regem, domino Gregorio Papa fuisse superindictum, &c. Hæc de his Deusdedit, t vt que ad tempus, quo ista scribebat, sub Papa Urbano, adhuc superstitite eodem pseudopontifice Guiberto, summam collegit, quæ nos per annos singulos sumus vberius tractaturi, & quando expugnata Leoniana vrbe, in Cathedram Petri se intruserit, ostenturi.

XXV.

MATHILDIS LAVDANDA PIETAS ET FORTITUDO.

Quod autem ad pia studia erga Gregorium Papam, cunctosq; Catholicos pertinet Mathildis Comitissæ, quæ breuiter attingit Deusdedit; accipe ex auctore eiusdem æquali Domnizone, qui ista tunc cecinit versibus istis, rudibus quantumlibet, veracibus tamen, sic ab aduentu Henrici in Italiam anni huius incipiens:

Italiam rursus spatium post temporis vnum  
Ingreditur. Terram totam maculabat aberrans,  
Sola resistit ei Mathildis filia Petri.  
Rex ex ardescens contra quam concitat enses,  
Prælia, terrores, & castris obsidione.  
Ad nihilum pugnat. Non hæc vnquam superatur,  
Insuperabilia loca sunt tibi plurima fixa.  
Diligitur valde. Villus defendit & arces.

Et inferius de his, quæ Mathildis egerit aduersus Henricum atque Guibertum, hæc habet:

Cor de pio flagrans Mathildis lucida lampas,  
Aduersus binos Domini Crucis hos inimicos  
Arma, voluntatem famulos, gazam propriamq;  
Excitat, expendit, instigat, prælia gessit.

XXVI.

Sed præter illa, quæ bellicis armis aduersus schismaticos egit, memoria planè æterna sunt digna, quæ exhibuit adumenta Catholicis, siue Presulibus, siue alijs, ab ipsè suis pulsus fedibus, & innumera mala pati coactis. De quibus idem Domnizo sic ista:

Catholicis profus fuit hæc tutus quasi portus.  
Nam quos damnabat Rex, pellebat, & spoliabat  
Pontifices monachos, clericos, Italos quoq; Gallos,

Ad viuum fontem currebant funditus omnes,  
Scilicet ad dilectam dominam iam mente benignam:  
Qui requirebant apud ipsam reperiebant,  
Desuit haud vlli, quin p' osuit optima cunctis.  
Non ab ea maestus si quis vir venit honestus  
Vnquam præterit, sed consolat' obuius.  
Vestibus è sacris multos hæc nota Ducatrix  
Patres Catholicos vestisse quidem reminiscor;  
Inter quos fuit & venerandus Episcopus vrbis  
Lucensis. Et inferius:  
Nam quos ipsa valet prauos conuertere mater,  
Quantiscunq; modis quit, agit in omnibus horis:  
Multos cum feudo, multos munus tribuendo;  
Rogando plures; castellaq; sapiens vrens  
Regis ab obsequio iugiter disiungit iniquo.  
Vltimontanis ac Principibus sibi charis  
Errores Regis scribit vitare rebellis.  
Sicq; Deo multum generabat credula fructum,  
Gregorio Papa proceres seruire suadens,  
Mutere cui gratis crebro solet in Lateranis  
Xenia multa nimis, quam Papa pie benedicit.  
Bis centum libras domus argenti Canusina  
Tunc misit Papa, quam debet Papa beare.

Haecenus de Mathilde. Prosequamur reliqua Gregorij.

XXVII.

Idem per Legatos in Gallias missos exigendam curauit pecuniam, quam sancti Petri denarium nominabant, à Carolo Magno primitus in tribus Galliarum locis indictam. Fuisse autem summam totius exactiois mille & ducentas libras, ipse testatur in epistola ad eos data, præter quantitatem illam, quam spontè vnusquisque amore S. Petri offerre soleret. Quo tempore, datis ad eum e litteris, redarguit Rothomagensem Episcopum, quod distulisset inuisere sacra limina Apostolorum; in quibus hæc inter alia obferuatione digna leguntur: Quis verò labor, at que difficultas præ alijs disuasit vobis per tantum spacij B. Petrum negligere; cum etiam ab ipsius mundi finibus etiam gentes nouiter ad Fidem conuersa studeat annuè tam mulieres, quam viri ad eum venire? Redarguit eundem, quod tres menses distulisset petere pallium, ac prohibet ne pontificalia vsque ad susceptum pallium exercere præsumat.

Greg. lib. 3. epist. 25. Id. lib. 9. epist. 1.

ANNA FIDELIVM PEREGRINA AD LIMINA APOSTOLORVM. XXVIII

Hoc eodem anno idem Gregorius Papa nihil penitus prætermittens officij seduli pastoris excubiarum, vallatus ipse pelago ærumnarum, exigit à longè posito, quod deberet implere, aduentum in Urbem, Lanfranco Cantuariorum Archiepiscopo, acrioribus eum d litteris istis corripens, quamuis fama celebrem sciret Antistitè, quod nõ vilitaret sacra Limina Apostolorum:

Greg. lib. 9. epist. 20.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei Lanfranco Cantuariorum Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Sapè fraternitatem tuam Apostolica legatione inuit animus Romam venire etiam pro Fidei & religionis Christiana comprobatione: quod hucusque (sicut apparet) aut superbe, aut negligenter, nostræ ab utens patientia, dissulisti, cum nec etiam canonicam excusationem prætenderis. Non enim labor aut difficultas itineris te sufficienter excusat, cum satis notum sit, multos longè remotos licet corpore inualidos & infirmos, & à lectulis vix valentes surgere, tamen beati Petri amore flagrantes, ad eius Limina reuiculis properare. Quare Apostolica tibi auctoritate præcipimus, vt postposita occasione, & inani formidine, datis inducis quatuor mensium, postquam hæc nostra mandata ad notitiam tuam peruenierint, in presentis anni festo Omnium Sanctorum Romæ adesse procures & satagas, & inobedientia tue reatum per tantum temporis supportatum emendare non ulterius negligas. Quod si nec adhuc te mandata Apostolica mouerint, sed ea dissimulas in contemptu durare maluero, & periculo inobedientie incurrere non erubueris (quod est quasi scelus idololatriæ, testante beato Samuele) à beati Petri gratia foras te proculdubio remouendum, & eius auctoritate omnino feriendum, ita videlicet, vt si infra prædictum spacium ad nos veneris; ab omni sis officio Episcopali suspensus. Hæc Gregorius, iuri sancti Petri tempore etiam bellico studiosius exactor.

Reg. 15

Insuper legatum Apostolicæ Sedis in Gallijs Hugonè Diensem Episcopum nemini parcentem plurimos exco-

Greg. lib. 9. epist. 12. Id. ibid. ep. 8. 9.

municantem, mitius agendum <sup>a</sup> admonuit. Venerorum Ducem, ne amicitias cum excommunicatis inire præsumere, datis ad eum litteris <sup>b</sup> monuit: scripsitq; de his ipsis ad Theobaldum Comitem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ studiosum.

Id. ibid. ep. 22. 23. Id. ep. 25. 26.

Excommunicavit etiam Comitem Andegavensem ob iniurias illatas <sup>c</sup> Archiepiscopo Turonensi; necnon <sup>d</sup> Iordanem Principem Capuanum periurum, quod quæ iurasset Apostolicæ Sedi, præstare noluisse. Carnotensem Episcopum reum iuramento se purgare permisit, cum Romam venisset. Hæc & alia id genus negotia pontificia inter bellicos tumultus, ac si summa pace frueretur, persolvere non neglexit.

VVISIGOTHI RVSVM AD FIDEM CONVERSI.

Accidit autem inter tot lugubria illud planè letum atque iucundum, quod dum Henricus Rex ab Ecclesia tumeliosus abscedit. Reges longè positi ad Fidem conuersi, eandem Ecclesiam missa legatione requirunt, & eius primarium Antistitè Gregorium venerantur: dum contendit ille, colunt isti; cum persequitur ille, consequuntur isti. Ut planè in Ecclesia Dei sit illud intueri, quod natura agi videmus in arbore, quæ cum in procerâ altitudinem exaltata siccatur, è trunco virenti germine læta virgulta promantur. Sed quoniam isti Reges, quibusve prædicantibus ad Fidem conuersi fuerint, Scriptorum inopia remansit obscurum: innotuere illa duntaxat, quæ eiusdem Gregorij Papæ epistola docet, quæ sic se habet: <sup>e</sup>

Id. ep. 14. XXX. GREG. PA PA CONGRATV-LATVR VVISIGOTHIS AD FIDEM CONVERSIS.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei Vvisigothorum gloriosus Regibus L. & A. & populis salutem & Apostolicam benedictionem.

Frater noster Episcopus vester ad Apostolorum Limina veniens suggestit nobis de noua gentis vestrae conversione, scilicet qualiter relicto Gèrilitatis errore ad Christianam Fidei veritatem peruenierit. Vnde plurimum in Domino letati, miseratori omnium intimo corde de gratias agimus, qui mentes vestras lumine suo visitare, & de tenebris ad lucem de morte ad vitam dignatus est vos eterna sua benignitate reducere. Simul etiam ineffabilem misericordiam deprecati sumus, assidueque postulare optamus ut vos tam Fidei gratia, quam & bonorum operum fructibus & in hac vita vigere, & in futura Sanctorum cœtib; faciat annuerrari.

XXXI.

Proinde charissimi filij, auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vice beatorum Apostolorum Petri & Pauli nobis licet indignis concessa vos admonemus, ut huius fugitiuæ vitæ incertitudinem, ac temporarium rerum & gaudiorum instabilitatem perpentes contemneret, & ad illa, quæ sine fine mansura sunt, quæq; humani sensus, ac desiderij angustias amplitudine sua excedunt, memineritis aciem mentis semper extendere, concordiam & dilectionè studeatis ad iniuicem indeficienter habere, ecclesiis honorem, pauperibus vel afflictis compassionem, sacerdotibus, præcipueq; Episcopis reuerentiam & obedientiam quasi patribus procuratis impendere; necnon & decimas, quæ ad vsu tam ipsorum, quam ecclesiarum, & pauperum proficiant, dare, totiq; regno indicere. Quod quidem nulli debet graue videri, pro meliori parte videlicet semper victuræ animam quemq; Decimam Deo offerre, cum pro morituro corpore plurimæ gentes coniugibus suis tertiam rerum legibus compellantur exsoluere.

XXXII.

Præterea ad hoc summis animi viribus enitimini, ut qui velut in sine orbis, ita & secularum ad laborandum in vineam Domini-cam introistis, inter primum remunerandi eundem denarium vndecimæ operatores percipere debeatis. Agite etiam, ut quemadmodum de prædecessoris vestri laudabili fama valdè sumus gauisi; ita quoque studiorum, probitatumque vestrarum opinio nos de se, sicut optamus, letificet. Quia verò nouiter ad Christum conuersos nondum Christianæ Fidei & religionis doctrinam sufficienter vos sumpsisse putamus, volumus ut frequenter ad hanc Sedem clericos vestros mittatis, talesque personas provideatis ad nos destinare, qui & S. Romanæ Ecclesiæ moribus plenius instrui, & instructi valeant ad vos doctè salubriterq; quæ agenda sunt, referre. Hactenus Gregorius, nouæ prolis multiplicatione ex insperato fecundus: præ admiratione propheticum illud usurpans, ac dicens in corde suo: <sup>f</sup> Quis mihi genuit istos? ad quem Dominus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos in vlnis suis, & filias tuas super humeros portabunt. Ad Ecclesiam venientes.

f Isa. 49.

Quo anno & Bertrannus Comes Prouinciæ fidelitatis iuramentum ipsi Gregorio sic primo iurauit: Ego Bertrannus Dei gratia Comes prouincia, ab hac hora & deinceps tibi domino meo Papa Gregorio, & cunctis successoribus tuis, qui per meliores Cardinales S. R. E. electi fuerint, fidelis ero, & quicquid mihi crederitis, in damnum vestrum non manifestabo. Sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Postea addidit subsequens iuramentum.

Ego Bertrannus Dei gratia Comes Prouinciæ, pro remissione peccatorum meorum, & parentum meorum, offero, concedo, dono, omnem honorem meum, quantum ad me iure parentum pertinet, omnipotenti Deo, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, & domino meo Gregorio Papa Septimo, & omnibus successoribus suis: ita ut quidquid placuerit deinceps domino Papa Gregorio de me, & de toto honore meo, sine vilo contradiçto faciat. Ecclesias autè omnes, quæ in mea potestate sunt, præfato domino meo Gregorio Papa omnino dimitto, & omnibus successoribus suis, & ad ordinandâ eas iustè & secundum Deum pro posse meo fideliter adiuuabo.

Comitem verò Andegauensem, munera mittentem ad Apostolicam Sedem, nequaquam recipiendum putauit, eò quod excommunicatus à suo Episcopo, eidem minime satisfecisset. Ad quem scribens & paternè corripiens, hæc habet in fine: <sup>g</sup> Licet munera tua propter illud peccatum non receperimus; tamen Dei misericordiam pro te orare non desistimus. De cetero nobilitatem tuam monemus, atq; præcipimus, ut præfato Episcopo tuo res, quas sibi abstulisti, restituis, dignè satisfaciendo eum placare procures, ac deinceps nullatenus inquietare præsumas. Voluit idem Gregorius ea de causa per Legatum Apostolicum Synodum in Gallia cõgrogari, atq; eam causam cognosci, deq; his litteras ad Episcopos dedit. <sup>h</sup>

Insuper ad Theobaldum laudatissimū Comitem Pictauiensem Aquitanix, Sedem Apostolicam confluentem de Principibus excommunicatis, an cum illis consuetudinem aliquam habere posset, & ut habere liceret, licentiam ab eodem Gregorio impertiri cū rogasset, ad ipsum respondens hæc habet inter alia notata digna, vbi primum eius erga Romanam Ecclesiam amorem & obseruantiam commendasset: <sup>i</sup> De causa excommunicatorum, super qua consulisti, nihil tibi præterquam sacri canones præcipiunt, respondere possumus, scilicet ut abstineatis vos à communione ipsorum, prout Deus concesserit: & vestra prudentia poterit. Nec enim parum, te à talibus abstinendo, existimes agere; imò credas certissimè, quoniam in futura beatitudine geminam à Domino coronam, obedientiam scilicet, & sanctæ prædicationis accipies. Bona namq; est vox prædicationis cum opere; sed non parua est bona actio sine voce. Neq; enim nos alicui licentiam peccandi dare possumus, aut debemus; cum nos ipsi hanc licentiam non habeamus, sed peccantibus Apostolica auctoritate subuenire non denegamus, & c.

Hoc eodem anno, eius exordio martyrium contigit S. Kanuti Regis Daniæ: de quo primum, quod ad tempus spectat, assentiri non possumus ijs, qui id contigisse ponunt anno superiori. Nam cum illud acciderit septima Ianuar. die, reperiturq; ad eum dedisse litteras Gregorij Papæ eo anno decimona mensis Aprilis: planè adhuc eo tempore fuisse superstitem, & ad hunc annū peruenisse, significatur. Quod autem iste Rex perduellium coniuratione necatus in sanctorum Martyrum numerum relatus inueniatur; ut de rebus ab eo gestis accuratius agamus, admonemur, atq; in primis <sup>k</sup> litteris Gregorij Papæ eius pietatè, & erga Apostolicam Sedem studium & obseruantiam collaudatam superius vidimus. Saxo Grammaticus luculento stylo profecutus res <sup>l</sup> Daniæ, vbi de eodem Kanuto post Haraldus obitum subrogato agit, planè eum ab ipso in regnum ingressu nihil antiquius habuisse, quàm Christianam religionè amplificare significat; his addidisse cultum iustitiæ inuiolabilem, legum peruique custodiam, prauorum morum propulsationem assiduam, bonorum verò introductionem, & consecrationem stabilem atque perennem, armis ac legibus roboratam. Sacerdotium verò quomodo illustrandum curauerit, his tu audias verbis eiusdem auctoris:

Sacerdotia, inquit, gerentes gratia nutrimentis prosequeretur: cumq; ab inerti & rudi populo parum iustam pontificibus venerationem haberi conspiceret, ne tati nominis potiores inter pri-

XXXIII BERTRANNUS COMES Prouinciæ FIDELITATEM IURAT ROMANO PONT. LIBERA DONATIONE HVSDEM.

XXXIV

g Greg. lib. 9. epist. 22.

h Id. ep. 23. XXXV.

i Id. ibid. epist. 9.

XXXVI S. KANVTVS REX DANIAE MARTYR INSIGNIS HABETVR

k Greg. lib. 7. epist. 5. c. 21. l Sax. Græ. hist. Dan. lib. 11.



uatos relinqueret, decretis circumsp̄ctionis industria, Principū eis confortionem indulsit, eisq; primum inter proceres locum perinde ac Ducibus assignauit, auctoritatem honore concilians. Prouidit enim ne tanti officij pondus a quo minor ueneratio caperet inq; summa religio sine arce positi infima cultus vilesceret.

Nec solum pontificibus dignitatis incrementa donauit, sed etiā priuatorum Clericorum ordinem benignissimū decretis adornare studebat. Nam quo cumulatorum eis honorem redderet, \* litteratorum controuersias, vulgaris fori conditione exemptas ad eisdem professionis iudicium relegabat. Isdem religionis reos, obiecta repellere nequeuntē pecuniaria multa puniendos permisit. Quibus etiā in omnia, quæ aduersum diuina committerentur, animaduersionis arbitrium tradidit, cunctasq; huius generis actiones, sacerdot ali iudicio destinatas à publico foro se reuocauit, ne honore impares conditio aquaret. Quamobrem dignitati pondus adiecit, deusque priuato fastigio excelsus eorum respectu inesse uoluit, quo effectū est, ut Danorum nemini, nisi Regi, aut pontificibus, eiq; qui potissimus regni successor aduertitur, domesticis quæquam liceat actionibus postulare. Hæc quidem Rex maximè pius, quem de his Gregorius Papa anno superiori id potissimum admonuisset litteris suis, quibus hæc cum alijs: Inter ceteras ergo uirtutes, quas animo tuo inuitandas censueris, ecclesiarum defensionē in mente tua uoluntas eminere; sacerdotalis ordinis reuerentiam proximum locum tenere, ac deinde iustitiam & misericordiam in cunctis te iudicij discretē seruare. Redarguit autem, & Apostolica censura perterrituit, quod sacerdotes apud eos adeo iniquæ æstimationis essent, ut omnium quæ cælitus immitterentur cladum, populū ad eisdē culpam transferret, ac proinde non solum contemptum essent, sed ut malorum omnium rei, odio haberentur.

Subiicit autem ista Saxo Grammaticus: Idem populares adhuc sacrorum rudes decimarum religioni assuescere conabatur, sed propositi irrita uasio fuit, quippe maturitatem rerum capere nouelli cultus rudimenta nequebant. Verum non desistit Rex in opus insistere, ut populū decimarū penitentionem ecclesijs pro religione sulciperet occasioneq; nacta indictæ à Rege multæ populo ob impium deserionis crimē, ea liberandum proposuit, si decimarum solutioni se uellet lege perpetua obligare. Reueniente populo, decimarum exhibitione se uelle teneri, cum Rex penæ impositæ exactioni per ministros insisteret, instigante proditore Blacco, fidei agente sequestre cōcordiæ, idem in eum totius populi furorē & arma cōuertit, quibus & in ecclesia peremptus est.

Sed quāta animi constantia, quantaq; religione mortē exceperit, Saxo sic narrat post alia ad id spectantia recē sita: Sed ne extrema quide eius hori a sanctū atis studio uacua fuit. Nam cum parietem vindique à popularibus perfringi, quippe ligneus erat) adeoq; propinquam sibi necem instare animaduertēret, accessit sacerdotū factorum arcana confessus, per summam morosis acerbis praterita uitæ culpas absoluit, præmissisq; sibi penitentia salubritate conuicit. Tantum in innocentia sua fiducia reposuerat, ut mortem non periculo oppressus refugere, sed metu uacuis appetere uideretur. Quin etiam propanis vtrinq; brachijs ante aram fati securus occubuit. Vbi dū uictima more prostratus percussorem expectat, immissa per fenestram lancea mortifero iactu cōfossus pium mortis sacrificium edidit, fuscūq; militū sanguine suam ad vltimum erogauit. Enim uerò crebris vndiq; telis impetitus corpus immobile tenuit, nec ante loco, quo excubabat, excessit, quam feretro mandaretur extinctus. Ex cuius sanctissimis uulneribus plus gloria, quàm cruoris effluxit, &c. Pergit auctor narrare uerem miraculorum editionem, quibus Deus ei manifestam fieri sanctitudinem uoluit etiam intersectoribus refractariis. Factum igitur, ut ecclesiastico iudicio, summo prudentiæ liberamēto martyrij titulo idem Rex, die qua passus est, septima Ianuarij sacris tabulis adscriberetur, vbi annua die Ecclesiæ præconio celebratur. Porrò publicū sacrilegium publica est vltus Deus vindicta, immissa dein fame in rebellem populū, qua coacti sunt suum facerē crimen, cuius supplicium paterentur. Post eum Olauus germanus ipsius regnum accepit, tenuitque annos decem, ut idem Saxo Grammaticus docet.

IESV CHRISTI Annus 1082.

GREGORII VII. PAP. VACAT IMP. OCCID. 26. Annus 10. ALEXII COMNENI IMP. 2.

**R**EDEMPTORIS annus sequitur millesimus octogessimus secundus, Indictione quinta, idemq; secundus numeratur expeditionis Henricianæ in Gregorium Romanum Pontificem, de quo Bibliothecarius ista: Anno quoque secundo per Spoletanum Ducatum ad Vrbem iterum rediit, & per totum Quadragesimæ tempus p̄senti Romam cum multa hostilitate obseidit; adueniente uero tempore Paschali, ut estiuū calorem deuitaret, per \* comitis ciuitates exercitum distribuit & ipse in Longobardiam cum paucis reuertitur; Guiberti uero apud Tiburtinos dimisit, & exercitum suo præfecit, qui postposito sacerdotio per incumbentem æstatem agros, & segetes Romanorū deuastauit, & alia mala tanquam vir sanguineus eisdem Romanis intulit. Hæc ipse.

Sed Bertholdus rerum præsentium inspector, hæc de his hoc anno: Henricus autem in Italiam assumpto apostata a suo Guiberto iterum Romam inuisurus proficiscitur, adunat a multitudine schismaticorum; ibiq; ea æstate moratus penè incassum laborauit, nisi quod milites suos quibusdam castellis, ut faceret guerram Romanis, imposuit, quia eum nec hac vice Romam intrare permiserunt. Ignem quoque in domum sancti Petri per quemdam traditorem immittere uoluit, sed Dei misericordia protegente non potuit. Cogitauit enim, ut die improviso portas irrumperet, si Romani derelicti propugnaculis ad incendium restringendum concurrerent, unde ignem domibus quibusdam s. Petro contiguus immitti fecerunt. Sed dominus Apostolicus huic uersuta obuiauit. Nam primum uiso incendio, omnes milites Romanos ad propugnacula defendenda transmisiit, ipseq; solus fiducia sancti Petri fretus, factō signo Crucis contra incendium, ignem progredi ulterius non permisit. Igitur Henricus capto venerabili Episcopo de Sutria, alijq; nonnullis, suoque Apostata Guiberto in Tiburtina vrbe ad infestandos Romanos derelicto, ipse Longobardiam reuertitur. Hæc Bertholdus.

Gregorius autem, qui celebradam ex more hoc anno tempore Quadragesimæ Synodum indixerat, impeditus substitit; quod etiam duobus sequentibus annis accidit, quibus per Hæricum ipse Gregorius testatur se fuisse impeditum, tres Quadragesimales Synodos agitare, quantumlibet idem Pontifex hoc anno Synodum datis litteris indixisset. Quod autem idem persecutor Henricus ad conflagrandam inuidiam in ipsum Gregorium Romanum Pontificem, se autem liberandū, in vulgus spargeret, seq; coactum talia agere, & inuitum prouocatum ab ipso Gregorio ad ista diluenda, ueritatemq; ininuandā litteras apologeticas scripsit, quibus se purgaret ab omnibus obiectis, & ob id Synodum generalem indicere exoptaret. Ipsa autem litteræ sic se habent: b

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei clericis & laicis qui non tenentur excommunicatione, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum facimus uobis, charissimi fratres & filij, nos admodū desiderare & Apostolica auctoritate uelle sancire, ut generalis Synodus congregetur in loco tuto & securo, sicq; opportuno, ut ad eū possint vndiq; terrarum clericalis ordinis & laicalis amici vel inimici sine timore conuenire. Disponimus enim tractare, & diligenti excussione detectum in faciem orbis ex occultis tergierfationum suarum antris extrahere, quicumque ille est, qui datorum malorum, quæ iam pridem in Christianam religionem grassantur & seuiunt, causa & auctor existit. Cuius etiam impietas, & inaudita temeritas hæcenus obstitit & proturbauit, ne inter Pontificatū & regnum diuina pax, & recta concordia fieret, quam pacem optulante Domino (sicut Christiana deuotio cupit, & postulat) in eodem Concilio instaurare & confirmare optamus. In qua Synodo præterea, Deo auctore, ad honorem beati Petri, secundum sanctorum Patrum decretum parati erimus, quod iustum est, facere, & iniquorum nequitiam reuelantes, de his quæ Apostolica Sedi obij-

I. HENRIC. REX RVR SVSINBE STATVRBEM.

II. INCENDIVM AB ANTIPIPA IM MISVM EXTINGVITVR.

III. SYNODVS IMPEDITVR AB HENRIC.

b Greg. lib. 9. epi. 28. IV. GREGOR. SE PVR GAT EN CYCLICA APOLOGETICA

XXVII. QVA RE CANVTO REGE SINT RELIGIOSE STATVTA \*al. litigatorum

Greg. lib. 7. epi. 21.

XXVIII. PRO DECIMIS REX LABORAT.

XXXIX

POPVLVS IN REG. REBELLANSEVM DITRE NECAT.

ciuntur. & vnde quidam fratrum submurmurant, ipsius innocentiam euidenter ostenderit: ita tamen, ut ante omnia res sancta Romana Ecclesia, quibus spoliata cognoscitur, si dignum est, restituatur.

Verum illud admodum vestra dilectioni notificare non dedignatur, Deo teste, Rudolphum, qui Rex ab Vraramontanis ordinatus est, non nostro precepto siue consilio regnum tunc suscepisse. Insuper etiam nos in Synodo decernentes firmavisse, nisi Archiepiscopi & Episcopi, qui illum ordinauerant, hoc factum suum recte defendere potuissent, tam ipsos à dignitatibus suis, quam presatum Rudolphum à regno deponere. Enimvero interini quis hanc nostram dispositionem interturbauerit & multi vestrum sciunt, & nostram scientiam nequaquam fugere potest. Si enim Henricus Rex dictus & pars eius obedientiam quam promiserat, nobis, immò beato Petro seruasset (consideret dico Deo iuuante) non tot mala, videlicet, homicidia, periuria, sacrilegia, simoniace hereses pestilentia ac perditionis euenissent. Vos itaque quos aut tanta calamitates mouent, aut diuini timoris respectus ad Deo dignam pacem, & concordiam animant: nitimini & summo opere laborate, ut Synodus, qualem supra memorauimus, fieri possit, quatenus sancta Ecclesia caput, totumq; corpus, quod impiorum procellis fraudibus & machinationibus fluctuat nimirum & titubet, communi omnium bonorum consensu & robore quiescat de cetero & stabiliter consolidetur. Hucusque Encyclica Gregorij, cum tamen ne indicta Synodus optatum consequeretur effectum, Henricus Rex impeditur.

Hoc eodem anno ad Sedem Apostolicam, ad quam ex more casus atrociores deferri solent, Teruannensis Ecclesie duplex est perlata tragœdia? tam de his que egerit intrusus Episcopus, quam quæ idem postea passus fuerit. Lambertus hic fuit, qui primum conuictus, atque damnatus hæreticus, inde simoniacè ordinatus Episcopus, ad Synodum Romam vocatus, venire contempsisset. Insuper qui in Concilio Meldensi auctoritate Apostolica cõgregato fuerit excommunicatus ab eiusdem Apostolicæ Sedis Legatis, tum ob nefaria crimina, tum etiam, quod quinque clericos Romam ire paratos destruxit in carcerem: idè ita excommunicatus se fecerit à suspensis ministerio Episcopis consecrari. Deinde etiam hostiliter & armata manu, Comite Flandriæ Roberto cum exercitu secum eunte, ad ipsam ciuitatem pergens portas ecclesie, quas ei Clerus & populus concluderat, in securi & ascia & aliis violentijs, incidit atque cõfregit. Crucem quoq; & imaginem Saluatoris libellum contradictorium ante ipsius portas clausas manu dextera sibi quasi porrigentis, & velut ore proprio ingressum ecclesie ipsi cõtradicens, ita diabolicè à portis abstraxerit, ut dexteram manum (quod nunquam antea legimus, aut audiuius factum) illi euulserit; hęcq; cum lanceis & gladijs euaginatjs fur & latro irrùpens, alios clericorum vulnerauit, alios femiuinus fugauerit, omniumq; sibi cõmunicare nolentium domos diripuerit, atque destruxerit: ipsumq; Comitem in tantum seduxerit, ut omnes clericos sibi obedire nolentes omnibus bonis priuatos de tota terra sua eiecerit, & duas epistolas à Papa missas adeo despexerit, ut portitoribus earum contumeliosa verba, & tanto Principe multum indigna protulerit. Hęc ex Gregorij Papæ litteris de pseudoepiscopi intrusi atque sacrilegij nefandis operibus scribetis ad omnes Episcopos Flãdrię, tanta mala deplorantis.

Quæ verò idem pseudoepiscopus Lambertus à Teruannensibus passus sit, ex eiusdem Pontificis litteris accipere, quæ scriptæ habentur ad milites Teruannenses, his verbis absq; Apostolica benedictione datis, cum ipse apud Apostolicam Sedem conquestus esset.

Intolerabilis audacia, horribilisque facinoris super vos ad nos relatio venit, quod quanto nostris seculis iniustitatum, nec à tempore Paganorum persecutorum presumpsum esse vel legitur, vel auditur, tanto ad iniustitiam de se exequentiam Apostolicæ mansuetudinis zelum mouet & incitat. Denique conquestus est nobis Lambertus dictus Teruannensis Episcopus, quod post tot, tantaq; sacrilegia, quibus eandem ecclesiam depredati fuistis, ianuam eius infringentes, ferica, argentea, aureaque diuersi generis, & innumera ornamenta diripientes, ac sacris crucibus comminutis, tam ipsas quam & duas capellas & reliquias auferentes, abstrahentes eundem Episcopum ab altari, ubi prostratus orabat, linguam ei, dexte-

raq; articulos ad aceruum tantorum scelerum detruunt. Quare in re nullam excusationem tentetis obtendere, quasi de ipsius vita reproba, vel ordinatione iniusta, seu depositione irrogata. Sicut enim supra notauimus, nemo adhuc tale aliquid presumpsisse dignoscitur, nisi fortè qui Deum non timens, & Christianam reuerentiam abiciens pro nihilo duxit, manum in sacros ordines mittere.

Quapropter monemus, & ex parte beati Petri precipimus, ut tantam nequitiam vestram recognoscetes, aut ante Legatos nostros Lugdunensem Archiepiscopum, & Abbatem Cluniacensem satisfacturi veniatis, &c. Vidistis, Lector, cõtumacem pseudoepiscopum Apostolicæ Sedis iudicium auerfantem & cõtemnentem, atq; omninò refugientem, denique terribili Dei iudicio (de quo d. Psalmographus, Humiliafisti sicut vulneratũ superbum) coactum, elinguem, truncatum digitis Sedem Apostolicam adire, & de acceptis iniurijs etiam vindicem implorare? cogitur, inuitus licet malus, impellente iustitia iudicem adire legitimum, & quam negauerat, veritatem profiteri. Nam cum iuxta Urbem sciret residere pseudo-papam, cum tamen auerfatus pseudoepiscopus legitimum Pontificem, quantumlibet eum sibi aduersantem semper antea passus esset.

Eodem anno in Saxonia substituitur Rudolpho defuncto Regi Hermannus Lotharingus præstans nobilitate & peritia militari, sed non æque viribus iam Rudolphi obitu labefactatis, quas cum restituere conaretur, dum castrum expugnatum peruadit, molari lapide desuper iniectus per scœminam, perijt. Sed hæc postea contigerunt. Interea noua ista terrore Henrico nonnihil incussere, quãobrem ipse timens, ne ad nouum parandum bellũ aduersus nouũ Regem reuocaretur in Germaniam, dolosis artibus res componere velle cum Gregorio Papa simulauit, ut quem armis hæctenus expugnare non potuit, insidijs su peraret, sicq; liber ab Italicis periculis imminetibus, aduersus nouum Regem toto robore iunctis exercitibus, in Germaniam se transferret. Sed quod ista sequenti anno contigerint, de his suo loco dicendum.

Quod autem ad res pertinet Orientales, hoc anno Alexius Imperator strage suorum ab exercitu (vt audisti) Northmannorum accepta, prudentior redditus: peccatis suis eam adscribens, quod ex donarijs ecclesiarum exhaustũ ærarium replere studuisset: ne id vnquam à quouis taretur Imperatore, edita Constitutione aureo sigillo munita sanciuit, quam dignam Annalibus, ad Principum admonitionem hic putauimus describendam, quæ sic se habet:

Domini Alexij Comneni Græcorum Imp. de donarijs & rebus sacris Rescriptum, siue oratio, quam auream bullam inscripsit.

Qui corpore male affecti sunt, medicaque curatione egent, si modo se morbo laborare senserint, multò facilius à medicis curantur. Qui verò morbi quo laborant grauitatem minimè persentiscunt; imò nec se agrotare sciunt; ij procul dubio non parum negotij, & sibi & medicis facessere solent. Hoc ipsum quidem certè in animi quoque morbis perspicuum est. Atq; ex nodis, cum peccant alij, quamlibet in profundum malorum gurgitem prolapsi, in vr amuis securi dormimus aurem; scelerumq; grauitati succumbentes, vix ac ne vix quidem nos peccare sentimus, quia nimirum malus ille habitus iam in naturam transit. Quibus autem salutariferi sui luminis scintillam aliquam Deus indidit, quorumque intellectus non omninò mundi huius sublunaris ceno obfordit, nec lateritio operi mens prosus inseruire cogitur: ij demum à lapsu resurgere, Deiq; confortio, præter animi sententiam exturbati sapius, ad eundem non sine sedula spontanea que rerum meliorum disquisitione recurrere possunt.

Quares haud dubiè nobis imperantibus vsu venit. Variæ enim multiplicesque negotiorum circumstantiæ, dum vbiq; publica exhauriuntur araria, passimque hostium incursionibus patet editus, tranquillum Imperij nostri statum represserunt. Cum primumque adeo Imperatoris fastidium maiestatis conscendimus, nos à tergo illa malorum myrmecia inscuta est. Ex quo euenit, vt in summam rerum angustiam adducti, ijsq; omnibus exuti, qua lapsi alioqui adiumentum aliquod asferre poterant: tandem vel sacra diuinaque Dimodia contingere, ijsque nostram solari inopiam stauerimus. Quod certè facinus, in plerisque Sacris diuinique

V. GREGOR. QUAM ALIENVS EVERIT AB ELB CTIONE RVDOL. PHIL.

VI. ad. lib. 7. epist. 10. ad. lib. 9. epist. 34. TERVAN. NENSIS ECCLES. CAUSA TRAGICA

VII. Greg. lib. 9. epi. 30. QUANTA PASSVS SPEVDOE PISC. TER VANNENSIS.

VIII.

psal. 88.

IX. HERMAN NVS SVB. ROGA. TVR RV. DOLPHO.

X. Extas. to. 3. Bibliot. sanct. & in corpore Iuris Orient. ALEXII IMP. BVLLA AVREA DE ORNAMENTIS ECCLES. NON AVFERENDIS.

XI.

ecclesiis admissum est, nec sacrorum donatorum pauca in publicos cefferant vsus. Neque eo quidem addacti sumus, vt quidquam molieremur, vel in Dei contumeliam, & contemptum, vel in eorum despectum, que illi pia consecrauit antiquitas, (quod omen Deus ab omni animo Christiani nominis amantissimo auertat: sed vrgente temporu necessitate, atq; etiam consilio nostro, quod medio se operi immiscuit. Imperatoria enim maiestatis nostra animo visum est, nulla Deum ira inde percitū iri, vbi mens male conscia nullius criminis agentem reum coarqueret. Cum autem quidquid in Imperatoris ararjs supererat, exhaustum & insumptum esset, nec in vllus vsus necessarios ea cefferent, qua à sanctis extorseramus ecclesiis: tum verò consilium omne nostrum tot vndiq; periculis Romam circumallantibus, inuersum & labefactatum est. Quocirca plerisque in locis hostium nostrorum cornu exaltatum est, nostriq; adeò Imperij nauicula naufragium imminet, nisi præpotens Dei virtus ijs quibus assolet iudicjs illam vindicet, procellamq; ipsam in auram conuertat.

XII.

Itaque Imperatorie maiestati nostra maiore cura disquirendum & inuestigandum esse visum, quid tandem sit illud, quod tantam Dei iram concitauit, violētumq; eius furorem in nos exauit. Prater ea cum visus diuino maximè spiritu afflatis de re ipsa consilium inijr. Et posteaquam certior ab illis facta est, satis esse causa manibus cur in nos ira diuina excanduisset, quod profanis manibus sacra, venerandaque sanctarum Ecclesiarum vasa contrectaffemus (etiam si nulla nos improbitas, malelic conscia mens ed promouisset) quia nimirum neque res diuina profananda sunt, nec à Dei manibus repetenda, in aliosq; vsus conuertenda ea, qua semel illi consecrata fuerint, operæ pretium illi fore visum est, & futurum mali impetum reprimere, ne vllò in posterum tempore inter Christiani nominis Principes irrepert; & prateritis (quoad eius fieri possit) præfens afferre remedium. Quamobrem vi sit erranti medicina confessio, coram Deo & hominibus Imperatoria se maiestas pro lapsam fateatur, veniamq; delictis qua temere admisit, ex intimis animi adytis postulat; seque omnia qua sui sunt Imperij diuino numini macipaturum, eaq; viribus Imperatorijs denud restitutum pollicetur, que in hodiernum vsque diem ab Ecclesijs Deo sacris ablati in publicosq; vsus male versa sunt, si modo qua orbem vniuersum exagitat, procella defauerit, Imperioq; status melior restitutus fuerit.

XIII.

Hac enim persoluenda nihilo fecius quam priuatum aliquod debitum in se recipit; nec se sanctis obseratum Ecclesijs inficiatur. Quare in posterum tum sibi, tum post se futuris Christiani dogmatis Principibus AVREA hac BVLLA legem non minus obseruandam imponit, quam si à Deo ipso dicitur; NE QVIS POST HAC SACRA TEMERE CONTRECTET, etiam si vel Cadmea necessitas vrgeat; ne manus impuras sacris rebus iniiciat, ne profana ex diuinis Dinodia fiant, dum in publicos vsus circumferuntur. Cumq; inter Deum & homines sit interstitij loco positum, quod nullus, si modo pius fuerit, transgredietur; homines quidem, rebus nostris vtentur & fruuntur; Deo autem sacra tenenda manebunt, quæcumque illi consecrata fuerint, nec illa manibus vel audacissimis contingent Quod si quis, Dominè Deus in posteru manus sacris & diuinis Dinodijs vtensilibus & vasis, qua sacris olim & venerandis Ecclesijs tuis dicata, vel in posteru di. auda fuerint, iniicere audeat: ne lumine in die visitationis tue fruatur; ne sol illi matutinus illuceat, nec tuo hic auxilio, nec tua isthic diuina protectione gaudeat; sed vbq; despectus à te, deserrusq; iaceat. Tantum propitius esto nunc, ò Rex, hereditati tua. Siste iustam illam iram, qua in nos exarsisti, quin parce nobis, qui cum peccauerimus antea, nunc tandem ad te conuertimur. Quoniam omnia peccata nostra cum misericordiatua abyssò collata, & velut ad perpendiculum examinata, sic se habent tãquam aqua hemina, si cum toto mari conferatur.

XIV.

Vt ergo coram te, Domine, multitudinem peccatorum meorū confiteor: ita tuum quoq; maximè salutiferum auxilium imploro, ex intimisq; animi penetralibus, à sacris in posterum pertractandis desistens, etiã si extrema me necessitas ed impellat, & debitorem eorum qua antea inde ablata fuerunt, me ingenuè profiteor. In huius rei confirmationem vniuersis Ecclesijs tuis sanctis hæc aurea bulla obsequio orationem, tanquam tutum aliquod antidotum appendi: vt quicumq; post hac sacrorum Dinodiorum quodpiam contrectare ausus fuerit, impij sacrilegij nomine apud te, & pios quosq; homines censeatur. Dat. mense Augusto quintæ Indictionis, quater anno millesimo quingentesimo nonagesimo, quo qui-

dem tempore pium quog; hoc & Deo subditum Imperium nobis designatum est. Anniuerfaria nempe die. Hactenus bulla aurea aureis re vera litteris digna.

IESV CHRISTI  
Annus 1083.

GREGORII VII. PAP. VACAT IMP. OCCID. 27. ANNUS II. ALEXII COMNENI IMP. 3.

OC TO GESIMVS tertius post millesimum exurgit annus, sexta Indictione, idemque ob Henricianam persecutionem Ecclesiæ Romanæ turbulentissimus, quo inquit Bertholdus Constantiensis) iterum Henricus cum multitudine schismaticorum, siue excommunicatorū ante Pentecosten Romam impugnaturus aggreditur, sicque Guibertum Rauennatem, periurum, depositum, & anathematizatum apud sanctum Petrum inthronizauit, non per Ostiensem & Albanensem, & Portuensem Episcopos, qui hoc priuilegium habent, vt & Papam conferret; sed per Mutinensem & Ariminensem Episcopos, vtpote iam multis annis depositos & anathematizatos. Hæc ipse, sed alij inferius ponuntur ordinatores. Captæ autem fuit ciuitas Leoniana ab Henrico. De his habet ista Leo<sup>2</sup> Ostiensis: Henricus interea sequenti anno exercitum cõgregauit, Romam aduenit, & porticum sancti Petri per vim cepit, magnaq; ex parte destruxit, Archiepiscopumq; Rauennatem Apostolica Sedis inuasorem absque consilio & voluntate Romana Ecclesia instituit. Vidit plane inauditum hæctenus tunc Roma portentum, nempe viuentem ipso legitimo, orthodoxo, Gregorio Septimo Papa, iã à toto Christiano orbe per annos vndecim recepto atque culto Pontifice, superinduci in Petri Cathedram ac consecrari sæpè ante depositum, & execratum Guibertum Archiepiscopum Rauennatem, decoro nomine Clementem III. nominatum, quod factum tradunt b vndecimo Kalend. Aprilis feria sexta ante Palmarum Dominicam, licet alij id factum dicant anno sequenti: verum Bertholdo tunc per singulos annos singulas res gestas scribenti magis deferimus.

I. INTRVDI TVR IN SEDEM PETRI GVIBERTVS AN TIP.

\*Leo ost. li. 3. c. 49.

by r p e r g. Sig. & al. bert.

II.

Bibliothecarius autè hos tres recenset initiatores fuisse monstri huius, nimirum Episcopos Bononiensem, Vincentinum & Ceruensem. De cuius execratione potiùs quam consecratione Donnizo in vita Mathildis hos habet versus.

In cathedra q; locant hunc. Clemens Falso vocatur.

Hic est Guibertus fallax, vastator apertus

Ecclesiæ Christi, merito quem signat abyssus

Bestra, quam vidit Dilectus c in Apocalypsi.

At post

hæc Henricus ad Urbem ipsam capiendam intentus, quid egerit, Bertholdus ita describit: Statim ergo iuxta sanctum Petrum quendam monticulum nomine Palatiolum in castellum erexit, eique milites multos, vt impugnarent Romanos, imposuit, qui cum Transiberinas Urbis regiones intrare nullo pacto permittebant. Multi tamen iam ex Romanis conserent, partim pretio inducti, partim multis promissionibus seducti, omnes tamen aequaliter tã vtriusq; impugnationis nimium fatigati.

\*Apor. 11. INDICI TVR A GREG. PA PA SYNO DVS.

Quid plura? Omnes penè Romani præter Principem Salernitanum, hoc laudauerunt, vt Papa Gregorius Synodum in medio Nouembri colligeret Roma, cuius Synodi statutum de causa regni nec Henrico, nec Romanis, immò nulli penitus liceret præuaricari Henricus quoque iturus ad illam Synodum & rediturus securitatem iureiurando fecit. Vnde & Papa omnes religiosos Episcopos & Abates ad Synodum litteris suis vocauit. Quæ autem vsque ad Synodi tempus fieri contigerint, ita pergit scribere: Reuerso ergo Henrico Longobardiam, milites eius, quos in castello propè sanctum Petrum dimisit, repentina mors penè omnes inuasit; inter quos, & Vadalricus Goscezeheim absque Ecclesiastica communione (heu miser) interijt, auctor huius schismatis & incensor conspirationis. Ex quadringentis autem militibus, qui in illo castello pro custodia aimisi sunt, vix triginta gladium S. Petri, vt aiunt, concessa vita, euaserunt: ipsum autem castellum à Romanis penitus solo adæquatū est.

Henri-

QVID HENRIC. IN EPISCOPO POS AD SYNO DVM VENIENTES

Henricus ergo, Raennate suo interim Raennam transmissa, ad praedictam Synodum profectus est, quo & Legati Teutonorum Principum ire debuerant, sed ab Henrico in via apud forum Casij capti, & sedati sunt circa festum Martini, licet omnibus Synodum illam petentibus securitatem iuramento promiserit. Vnde & Romani contra Henricum murmurare coeperunt. Erant autem religiosissimi monachi, & clerici quos in captiuitate fecit cruciari: cum quibus & Ottonem venerandum Ostiensem Episcopum captiuatum, videlicet ad ipsum ab Apostolica Sede transmissum. Multi tamen ex Francigenis ad illam Synodum tam Episcopi, quam Abbates peruenerunt. Meliores autem Episcopi, & domino Apostolico magis necessarij, id est Hugo Lugdunensis, Anselmus Lucensis, Reginaldus Comanus specialiter a Henrico ad Synodum peruenire prohibiti sunt. Dominus tamen Papa Synodum tribus diebus solenniter celebravit: & ne Henricum iterum specialiter anathematizaret, vix a Synodo exoratus: omnes tamen excommunicauit, quicumque aliquem ad S. Petrum & Papam venientem impedirent quoquo modo. Porro quae huius Synodi extant monumenta ad finem epistolarum eiusdem Gregorij Papae, hic describamus. Sic se habent:

V. ACTA SY NODI ROMANAE.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo octuagesimo quarto, Pontificatus vero domini Gregorij Papae Septimi anno vndecimo, duodecimo Kalend. Decemb. praesidente eodem Apostolico, celebrata est tribus diebus in Lateranensi basilica Synodus, in qua fuerunt Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Campani, & de Principatibus atque Apulia, pauci quoque Gallicani. Nam plurimos Henrici tyranni perfidia iter retro vertere compulit, qui Ostiensem Episcopum de Apostolica legatione redeuntem, contra fas, & iuramenti fidem capi iussit, siue permisit. Pergit dicere de alijs Synodis, quae ante hanc superioribus annis, per eundem Henricum, ne agitentur, fuerant impeditae. Tres autem, inquit, Synodos Quadragesimales eiusdem Henrici persecutio impediuit; qui semel beatum Paulum, bis beatum Petrum aggressus, demum post multum fusi sanguinis, non tam suorum fortitudine, quam negligentia ciuium porticum muros surripuit. Romanum siquidem vulgus, pars videlicet copiosior ciuitatis, bienni bello fatigatum acrimedia laborabat, cum nec ipsis ad vicina oppida, vel castra exire liceret, nec illi iurati Henrico in urbem vellent negotiatum venire. Multi vero fame adacti Urbem reliquerunt; proinde ceteri bello remissius atenti, rem ex animo minus gerabant, & a custodijs prout cuique licebat, sine timore negligentius aberant. Hac super Henrici tyrannide, quia se occasio praebuit, perfrinxisse iussit. Ceterum Dominus Apostolicus in eadem Synodo de fidei forma, & Christianae religionis conseruatione, sed & de robore, animiq; constantia ad praesentem pressuram necessaria, ore non humano, sed angelico patenter disserens, die tertia totum sermone conuenientem ingenuit, & lacrymas compulit. Sicq; Concilium Apostolica benedictione latificatum in pace dimisit. Haec tamen ibi de Synodo, expressuris, quibus opera Henrici populus Romanus est afflictatus. Reliquas autem res gestas anni huius Gregorij Papae, atque Henrici Bertholdus sic absoluit:

VI. DE CORONA DANDA HENRIC. ALTERATIO.

Sed iam, inquit, aduenit terminus, ad quem Romani, nesciente Papa, hoc Henrico se affecturos iurauerant, ut aut Gregorius Papa eum incoronaret, aut alius, quem ipsi illo, Gregorio scilicet, expulso, eligerent. Quod iuramentum licet in praeterita astate factum fuerit, omnes tamen intimos Papa vsq; ad terminum penes latuit. Adueniente ergo termino, Romani Papa de iuramento manifeste auerunt, dicentes se hoc iurasse, non ut Papa solenniter regali vocatione incoronaret, sed tantum simpliciter, ut ei coronam daret. At quid tunc Gregorius? Sic annuit, ut tamen iustitiae conflueretur. Pergit enim: Annuit ergo Papa eorum votis, ut eos a iuramento absolueret, videlicet Henrico, si vellet cum iustitia: sin autem, cum maledictione coronam daret. Vnde Romani mandauerunt, ut veniret ad accipiendam coronam cum iustitia, si vellet: sin autem, de castello sancti Angeli per virgam sibi demissam a Papa reciperet. Sed Henrico utrumque recusante, alium Legatum illi direxere, qui eos bello defenderet, si necesse esset. Se bene attendisse quid iurauerint, nec se amplius eo iuramento detineri obnoxios. Igitur domino Papa multo firmiter quam pridem consilio, & auxilio adhaesere. Henricus autem multo instantius pro eius partibus applicandis, nunc minando, nunc promittendo laborauit; multumque tempus circa Romam moratus, huic negotio inuigilauit. Et inferius.

VII.

Sed iam septennio totum Romanum Imperium ciuili bello, ni-

mo schismatis disidio laborauit, alijs quidem domino Apostolico, alijs autem Henrico fauentibus, & ob hoc utrimque totum regnum prada, ferro, & igne miserabiliter deuasantibus: paucissimi Catholici Episcopi ex parte Apostolici remanserunt, qui a proprijs sedibus expulsi suis gregibus prouidere non permittebantur. Quapropter omnes penes religiosi, siue clerici, siue laici in aliqua monasteriorum tabula fugientes huiusmodi mala declinauerunt, ne videlicet deuasationem sanctae Ecclesiae cernerent, cui in nullo adminiculari possent: fatius enim illis videbatur, ut saltim seipos delitescendo saluarent, quam pro alijs in cassum laborando, cum eisdem perirent. Haec Bertholdus.

Inter haec autem cum in obsidione Urbis perseueraret Henricus, quem sciebat erga Gregorium Papam propensiores, vocauit ad se Desiderium Casinensem Abbatem eundemq; sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale. Que autem cum ipso transegerit, idem Leo Ostiensis enarrat. Sed prius de rebus gestis aduersus Northmannos habet ista: Henricus interea sequenti anno exercitum congregans, Romam aduenit, & porticum sancti Petri per vim cepit, magnaq; ex parte destruxit, Archiepiscopum Raennatem Apostolicae Sedis inuasorem, absque consilio, atque voluntate Romanae Ecclesiae instituit. Pergit autem: Hoc audito omnes ferè istarum partium homines aduersus Northmannos vno animo, vna voluntate conspirant, ut cum Imperator Romam transiret, venturus Campaniam versus, omnes in illos vnanimitè insurgerent. Quod enim violentum admodum dominum Northmannorum esse consueuisset, quodq; abesse illorum Dux Robertus, qui vna cum filio in Orientali (ut vidimus) expeditione detineretur occupatus; spem conceperant indigenae, ut Henrici Regis auxilio Northmannos ab occupatis per vim locis expellerent. Sed quid ad haec ipsi, sic Leo declarat his verbis:

Hoc illi explorato, praeteriti consilium inuicem ineunt, ut cum Imperatore, Henrico Rege videlicet, foedus quoquo pacto componant: ne si Roma ille potiretur, adiunctis illi Romanis, & omnibus per circuitum gentibus, ipsi sedibus suis pellerentur. Quod ubi inter eos firmatum est, Legatus iam ad Imperatorem ab se profectus, atq; reuersus: Desiderium tandem aduocatum patrem, eiq; (quia multum illi confidant) consilia sua patefacientes orant, ut secum ad Imperatorem pergat. Licet autem ob securitatem suam vna cum Imperatore componeret foedus, eorum tamen etiam animo pergebant, ut pacem inter Imperatorem, Pontificemq; tractarent. Hoc ubi Gregorio Papa nuntiatum est, Imperatorem cum suis fautoribus ab Ecclesiae communione separauit. Northmanni his cognitis, cum antea Pontificem sincerè, ac fideliter dilexissent: & corpore, & animo tunc alienati sunt.

Interea Imperator per Marforum Comites epistolam ad patrem Desiderium scripsit, ut ad se pergeret, mandans. Ad eam vero epistolam ille nihil omnino respondit. Scripsit illi & alteram plenam minarum, commotus, cur nec se adierit, nec litteris suis responsa dederit, mandans ei ut Farfae sibi maturaret occurrere, alioquin ob futuram sibi grauiorem tarditatem suam. Ad haec rescriptit Desiderius, pro salutatione, debitum fidelitatis obsequium in fronte epistola scribens. Et cum in eis litteris multas allegaret rationes, quod Northmannorum causa illum adire non posset, sed si de pace cum Romano Pontifice tractandum esset, locum inueniret illum aduerti, asserens, ut illum ad pacem animaret, neque regnum neque sacerdotium in tanto disidio incolume posse consistere: Imperator iratus, multaque aduersus Desiderium indignatione commotus Nuntijs suis, quos ad Principem Capuae misit, omnino interdixit, ne Desiderio colloquerentur; mandauitq; Principi, ut illum pro viribus laederet, nisi spontè sua adisset Imperatorem.

Haec ubi Desiderius pater agnouit, Romano Pontifici cuncta litteris suis significauit, & quid sibi esset agendum, ut moneret, orauit. Rursus Imperator Desiderio scripsit, ut se omnimodis in Pascha adiret, & cum eo ipsam festiuitatem celebraret; scripsit & monachis seorsum litteras ea ipsa de re. Sed ille adhuc ire differerebat.

Postquam verò Princeps Capuanus, ac Northmanni omnes ad Imperatorem proficisci instituerunt, & Princeps Desiderium secum ire hortatus est: Abbas conuocatis Fratribus dixit ad eos: Augustia mihi sunt vndique: Nisi enim ad Imperatorem iero, periculum imminet, & monasterij euersio. Si autem iero, & eius voluntati paruero, incurram animae periculum. Porro si pergens illius voluntati non obtemperauero: imminet periculum corporis mei, si-

DIRA PERSECV TIO IN ECCLES.

VII.

Chron. Cass. lib. 3. c. 49.

IX.

NORTHMANNI TIMENT HENRICVM REG. ET PACEM ROGANT.

X.

HENRIC. VOCAT AD SE DESIDERIUM.

XI.

DESIDERIUS AB BAS PRO FICISCI TVR AD HENRIC.

multq;

mulq; timeo ne iratus Imperator ita monasterium istud, quod sub tutela sua est, sicut & totum Principatum Northmannis permittat. Pergam tamen ad eum, tradens me morti ac periculo: neque enim faciam animam meam pretiosorem, quam sanctissimum patrem Benedictum. Nam pro vestra salute animarum & corporum, lociq; istius incolumitate (si aliter fieri non potest) opto à Christo anathema esse. Si enim milles occidant, nullus me separabit à dilectione loci huius.

XII.

Non modò enim Imperatori, qui Christianus est, verum ne tyranno quidem cuiuslibet gentili occurrere (si ita opus sit) recusabo, dummodò hoc monasterium valeam ab eius barbarie vllaratione liberare. Nam & Leo Papa, vt Romanam Urbem à vastitate & incendio eriperet, Genserico Arriano Regi occurrir, & Sabinus Canusinus Episcopus Totilam Arrianum ad conuiuium aque inuitauit, & de manu eius accepto calice bibit, & Benedictus pater Gallam itidem hominem Arriana perfidia etiam in oratione suscipit, vt eum ab afflictione rusticis coerceret. Hic dicitur patri Benedicto se commendans, iter arripuit. Ita tamen, Deo protegente, cautè se egit; vt in toto illo itinere, & omni mora, quam ibi habuit, cù multi Episcopi & honorati viri, amici etiam sui quamplurimi, & Imperatoris Cancellarius sibi occurrissent, neminem sit osculatus, cum nullo eorum orauerit, comederit, vel biberit.

XIII. INGRES- SVS DESI- DERII CVM HEN RICO RE- GE.

Postquam verò Albanum peruenit, neque ipse per se Imperatorem adijt, neq; ad illum aliquem misit, sed per totam illam heredomadam mine ab Imperatore intendebantur. Mandabat enim, vt sibi fidem iuraret, homoq; ipsius fieret, ac monasterium ex manu sua susciperet. Qua videlicet omnia Desiderius constanti animo & forti contemnebat, dicens, se non modò monasterij causa, sed ne pro mundo quidem toto id facturum. Cumq; ipsius rigidum animum Imperator & inflexibile propositum cerneret, iratus valdè est, praecepitq; Principi Capuano, vt acceptis secum Numijs, ad monasterium pergeret, eiq; ipsum ille assignaret. Sed cum Princeps multa illi bona sepè de Desiderio locutus esset: eo tandem ad illum perducto, ita mutatus est, vt ipse coram Principe amicum illum appellauerit; oraueritq; vt de acquirenda Imperij corona, ipse sibi fautor existeret. Et quia superioribus collata Desiderius leuia existimabat, facturum se pro viribus, Principe astante, promisit. Et cum exigeret, vt virgam Abbatia de manu sua susciperet: renuit, dicens: Quando illi Imperij coronam collatam cerneret, tunc si placeret, Abbatiam ab eo percepturum: vel etiam si ita visum esset, dimissurum. Hæc quidem eo sensu Desiderius, quod certò sciret, nunquam fore, vt à Gregorio coronam esset percepturus Henricus Imperij, nisi abdicatis erroribus, schismateque demisso plenè eidem Gregorio Pontifici satisfacturus esset, vt ex ijs, quæ inferius dicentur, apparet, cum de conditionibus pacis ageretur, quas idem Pontifex eidem Henrico præscripsit, si Ecclesiæ pacem cuperet, & beneficia consequi ab eo speraret. Pergit autem Leo Ostiensis:

XIV.

Posthac Imperator accepta à Principe Capua magna pecunia, per preceptum aurea bulla roboratum, confirmauit ei Capuani Principatus omnes pertinentias, reseruatò sibi & Imperio monasterio Casinensis rebus omnibus, ac pertinentijs suis Interim quamdiu illic permansit Desiderius, sepè diebus singulis cum Episcopo, qui cum Imperatore aderant, de Apostolica Sedis dignitate contendit, præcipueq; cum \* Ostiensi Episcopo, qui etiam \* Gregorio Papa fauere videbatur. Cumq; illi priuilegium Nicolai Papa, quod cum Hildebrando Archidiacono & Episcopis centum viginti quinque fecerat, proferret, quo statutum fuerat, vt nunquam in Romana Ecclesia sine Imperatoris nutu Pontifex fieret; quod si contingeret fieri, sciret, se huiusmodi non pro Papa habendum, sed anathematizandum: Desiderius huiusmodi rationibus occurrit, dicens: Neque Papam, neq; Archidiaconum, neque Episcopum aliquem seu Cardinalem, vel quemlibet omnino hominem licitò facere id potuisse: Sedes enim (inquit) Apostolica domina est nostra, non ancilla, nec alicui subdita, sed omnibus prælata, & ideo nulla omnino ratione subiugum à quoquam mitti potest. quod à Nicolao Papa factum esse iniuste profectò, ac temerè præsumptum est.

\* Atenfi \* nec

NVLIVS PONTIF. DECRE- TO LABE- FACTARI POSSEPRI VILEGIA APOST. SE DIS.

XV.

Non tamen cuiusque stultitia, vel temeritate amittit Ecclesia dignitatem suam, neque vos id sentire vllaratione debetis: neque fauente Deo, vltra continget, vt ex Alemanni Regis nutu Papa Romanis ordinetur. Ad hæc cum iratus Episcopus indignationem illi Regis & omnium vltra montis habitantium, si ista persenti-

rent, minaretur: Desiderius consueta constantia, neque Regem, neque totum simul orbem, si in vnum conueniret, se ab hac depellere posse sententia, asseuerauit. Potest quidem (inquit) Imperator ad tempus (si tamen id permittat Deus) vim libertati Ecclesiastica inferre: nostrum tamen ad hoc nunquam poterit inclinare consensum. His autem & huiusmodi pluribus quotidie cum eis contendebat, iustisq; eos conuincebat rationibus. At de Nicolai Secundi decreto consule, quæ suo loco superius dicta sunt. Pergit Leo:

XVI.

DESID. QUID CVM AN- TIPAPA.

Cum Archiepiscopo quoque Rauennate Antipapa Guiberto ea de re sepè contendit, & prædictum priuilegium consuit, arguens cur se de Papatu præsumpsisset intrudere, idq; seuerius. Verum cum multis ille rationibus satisfacere vellet, nec valeret, inuitum se tantum id fecisse, respondit: nam si facere id renuisset, ius suum profectò ab Imperatore adimendum asseverat. Desiderius autem accepto ab Imperatore præcepto, priuilegio pro monasterio scilicet, aurea bulla munito de possessione totius monasterij, petita remeandi licentia, ad filios suos tandem atque ad monasterium redijt. Hæc Leo, qui & subijt de sancto Hugone Abbate Cluniacense, tunc inuisente Casinense cœnobium, aitque: His temporibus Hugo venerabilis Cluniacensis Abbas, vir vita & fama celebris ad patris Benedicti limina aduenit. Quem venerabilis Desiderius, vt tantum decebat virum, magno cum honore suscipiens, & societatem Cluniacensium Fratrum nostra Congregationi coniungens, inito fœdere, & nostra apud illos, & illorum apud nos Congregationis memoriam perpetuò habendam, singulares illi viri decreuerunt. Hactenus Leo, subijciens de transitu Gregorij monachi viri sancti ex hac vita ad Deum, quem consulas, si scire cupis.

IESV CHRISTI Annus 1084.

GREGOR. VII. PAP. HENRICI III. IMP. I. Annus 12. ALEXII COMN. IMP. 4.

SEQUITUR annus Redemptoris millesimus octogessimus quartus, Indictione septima, quo Roma post obditionem triennalem ab Henrico Rege diuersis modis têtata tandem capitur non ferro, sed auro. Quomodo autè, & quando id acciderit, ex Bertholdo præstat audire, qui tunc temporis ita scribebat. Nam posteriores confundit inuasionem ciuitatis Leonianæ cum Urbis ipsius captione, & quæ contigerunt anno superiori cum his, quæ hoc anno gesta esse reperiuntur: de quibus ista distinctè ingruit ipse:

I. HENRICVS VRBE POSTITVR.

His temporibus Constantinopolitanus Imperator scilicet, maximam pecuniam Henrico quondam Regi transmisit, vt Robertum Guiscardum Ducem Calabria & Apulia, cõiuratum militem domini Papa, in vltionem eiusdem Regis bello appeteret. Nam Robertus iam dudum fines Constantinopolitanorum inuasit; iterumque illuc expeditionem mouere disposuit. Sed Henricus acceptam pecuniam non in prociudum contra Robertum, quod iuramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanum expendit, cuius adiutorio Lateranense palatium feria quinta ante Palmas cù suo Rauennate Guiberto intrauit. Nobiles autem Romani præter admodum paucos cum domino Papa Gregorio tenuerunt, qui & quadraginta obsides ei dederunt. Papa autem in castellum sancti Angeli se recepit: omnesq; Tiberinos pontes & firmiores Romanorum munitiones in sua obtinuit potestate. Henricus autem ad suum suorumque prælidium muniuit montem Auentinum, in quo se continuit. Quomodo autem per suum Antipapam fuerit coronatus, ita pergat Bertholdus:

In die Resurrectionis Dominice Henricus à heresiarcha suo Rauennate coronam non gloria, sed confusionis accepit. Nam huiusmodi coronator iuxta attestationem sanctorum Patrum non benedictionem, quam perdidit, sed damnationem, quam habuit, suo coronato imposuit. Ita quidem, ob idque eiusmodi execratione potius quam consecratione initiatus Henricus, ita dicit meruit Imperator, sicut eius initiator Guibertus me-

II. CORONA TVR HENRICVS III AB ANTI-PAPA.

ruit dici Pontifex; sicque sicut ille Antipapa, ita consecratus ab eo Pseudoimperator dicendus fuit ab Orthodoxis omnibus: nec ipsi nomen nudum Imperatoris aliquid potuit contulisse nisi maledictionem, quam tantum consequi potuit à maledicto, ut hic pluribus disputat ipse Bertholdus. Cæterum assertum potius, quam re ipsa, iure aliquo eum quis legitimum (si res ad calculum deferatur) dicere poterit Imperatorem, quo titulo ad consignanda certa tempora etiam positos vidisti superius in Annalibus tyrannos plerosque inuafores Orientalis Imperij eius nominis indignissimos. Quæ dixisse voluimus, ut non mireris si ad tempora consignanda eo titulo plures ex ijs inuenies nominatos in Fastis, tanquam columnas milliarias collocatas in itineribus, quæ mutæ licet ipsæ, loquantur tamen, & viam doceant.

III.

At quæ post hæc gesta sint, ita narrare Bertholdus pergit: Morabatur autem Henricus in Lateranensi palatio cum Rauennate suo, nec à fidelibus Papa per ciuitatem ad sanctum Petrum transire permittebatur, sed in ipsa Paschali hebdomada fides aggregitur. In qua congressione quadraginta penè inter mortuos, & vulneratos perdidit, nam reliqui fugerunt: ex parte autem domini Papæ nec vnus cecidit. Qua occasione factum, ut ipse Henricus se, suosque in Auentinum conferret, locumque muniret, timens tunc vrbis, tum externos, ne improuisa aliqua aggressione Romanorum, vel Northmannorum fidelium Papæ Gregorij trucidaretur vnà cum suis militibus, suoque pseudopontifice Guiberto. Accidit autem inter hæc, dum Henricus vnà cum suis contineret se in Auentino, ibique positus frequenter soleret Ecclesiam sanctæ Mariæ, in qua oraret: cuidam ignoto homini parandi necem ipsi, ex loci opportunitate occasionem datam fuisse, nempe, ut prægrande saxum pararet, quod super caput Imperatoris deorsum mitteret.

QVIDTEN  
TATVM  
IN HEN-  
RICVM.

IV.

Sed quod Deo semper inuitum ac detestabile fuit, cuiuscunque sanguine quantumlibet noxio Ecclesias inquinari, sceleri minimè fuit, sed extitit vltor, effecitque; ut saxum ille pararet, vnà cum saxo deorsum cadens occumberet. Quem in gratiam Regis populus per deuia tractum in frustra discerpit. Ex quo facinore mendax Benno, digna occasione captata conflandi calumniam in Gregorium, in argumentum assumpti, ipsi tribuens facinus, quod nec cogitasset aliquando. At non ita, qui res gestas tunc ab ipso Henrico conscripsit, licet ipsi fauens, non ausus tanto Pontifici scelus tantum adscribere: qui post hanc diuinam vindictam in Regis exercitum esse grassatum affirmat, nimum ingruenti lue nec vnum quidem eius militum remansisse superstitem. Ait enim: Nulla fortuna longa est: nam hi, quos Imperator Romæ presidio imposuerat, ægritudine correpti, quæ & locus & tempus intulerat (erat enim æstas) ne vno quidem superstitite, mortui sunt.

MILTRES  
HENRICI  
LVE CON-  
SYMPTI.

V.

At quæ damna intulerit Vrbi Henricus, in vita Gregorij antiquitus scripta per Bibliothecarium ita legitur: *Domos Corforum subuertit. Dehinc septem solia, quibus Rusticus nepos prædicti Pontificis continebatur, obsidere cum multis machinis bellicis attentauit, de quibus quamplurimas columnas subuertit. Cum Nuntius ei aduenit de aduentu Roberti Guiscardi, à quo, si ab obsidione non recederet, expellendus esset, vel capiendus. Hæc ibi. Erat locus ille, Septem solia dictus, è regione S. Gregorij inter montem Palatinum & cliuum Scauri suffultus multiplici ordine columnarum, totidemque distinctis superexaltatis solijs septem, qui celsæ turris speciem exhibebat, in cuius vertice Ecclesia erat, sicut in mole Hadriani sancti Angeli, eademque dicta S. Lucie ad Septem solia, quam inter Vrbis diaconias memini numeratas. Permanferunt eius reliquæ igni atque concussionibus superstites in paucis columnis, & residuis tribus solijs vsque ad tempora Sixti Papæ Quinti, quas ad vsum recentium constructionum vidimus demolitas, non sine indignatione animi omnium cultorum iniquitatis. Sed ita itylo nostro, saltem in chartis numquam periturum amplius maneat ædificium, quod firmæ columnæ præstare penitus nequiverunt.*

ECCLESTIA  
S LVCIAE  
AD SEP-  
TEM SOLIA.

VI.

Gregorius autem Pontifex simul ac Henricum ceptam

Vrbis obudionem indetesto studio profequi intellexit, exigere non destitit à fidelibus sancti Petri, quæ promiserant iuramento, tueri Romanam Ecclesiam; & inter alios magis vrsit, quem nouit potentiorum atque audaciorum Robertum, qui resisteret Henrico, cuius si posteriora prospera cederent, res Northmannorum essent in vltimo discrimine constitutæ, ac proinde, nisi cum res Petri mouerent, saltem suæ ipsius, si salua esse vellet, permouere deberent.

Qui his optimè persuasus, Baomundo cum exercitu in Oriente relicto aduersus Alexium Imperatorem, ipse in Italiam aduolauit, collectisque nouis copijs, ad liberationem Pontificis ocyus properauit, Henricumque fugauit. At de his inter alios hæc habet veribus istis Domnizo in vita Mathildis, scriptor temporis huius:

*Peruigil & rector Gregorius ex grege\* festo Polluta cathedra nullum quoque, condolet, equè Sperans in Petrum, rogat ut pugnare Robertum Northmannum quendam. Qui Regem depulit extra Urbem. Qui veluti per stratam damula fugit Francigenam, &c.*

\* f. festo

De tempore autem Roberti aduentus hæc Bertholdus: *Robertus Guibertus Dux Northmannorum in seruitum sancti Petri post Kalen. Maij Romam armata manu inuasit, fugatoq; Henrico, totam Urbem Gregorio Papæ rebellem penitus expoliuit, & maiorem eius partem igni consumpsit, eod quod Romani quendam eius militem vulnerauerunt. Deinde acceptis obsidibus à Romanis, & in castello sancti Angeli, quod domum Theodorici dicunt, reueratis, ipse ad recuperandam terram S. Petri reuersurus, in breui plurima castella & ciuitates domino Papæ recuperauit. Henricus autem Roberto resistere non valens, ad partes Teutonicorum satis festinanter reuertitur. Hæc Bertholdus. At verò Leo Ostiennis aliam affert causam Vrbis incendijs, planè diuersam ab ea quam ille posuit, aitque liberandi causa Gregorij obsessi id facere per suauit. Sed ipsum audi Leonem:*

VII.

*Anno sequenti Henricus imperator Romanam cum exercitu venit, & supradictum Papam Gregorium, qui in arcem S. Angeli se contulerat, varijs bellicis machinis modis omnibus oppugnare cepit. Hoc vbi Roberto Duci, qui ea tempestate Constantinopolitanum Imperatorem oppugnabat, nuntiatum est: Baomundo filio in ipsa expeditione derelicto, Italiam ocyus repetit, atque ingenti coacto exercitu, ad Pontificis liberationem aduersus Imperatorem ire disponit. Quod postquam Desiderius comperit, Romam Nuntium dirigit, qui & Papæ proximam eruptionem, & Imperatori Ducis nuntiaret aduentum. Tunc Vrbe egressus Imperator, quia sine militum presidio erat, Castellani Oppidum, dictum antiquitus Veios, subijt: Robertus autem Dux Romanam cum exercitu noctu ingressus, dum ad Ecclesiam sanctorum Quatuor coronatorum aduenisset, ex consilio Concij Romanorum Consul ignem Vrbi iniicit. Romani igitur nouitate rei percussi, dum extinguendo igni toti incumberent, Dux ad arcem sancti Angeli continuè properans, atque inde Pontificem abstrahens, Romam sine mora egreditur, & Gregorium Papam ad nostrum deducit monasterium. Eum verò abbas noster quo ad vixit, cum Episcopis, & Cardinalibus, qui eum secuti fuerant, honorifice habuit. Hæc Leo. Sed antequam ab Vrbe recederet, ut pseudocardinales, mala germiina, adulterina plantatio Guiberti pellerentur ab Vrbe, ministrarent verò legitime instituti sacerdotes, Roberti Ducis fauore curauit. De quibus ista Bibliothecarius habet:*

Leo Ost.  
lib. 3. c. 52.  
VIII.

TNCEN  
DI VRBIS  
PARTIS  
OCCASIO.

*Erant enim ciues Romani vxorati, siue concubinarij, barbarasi, & mitrati, peregrinis oratoribus, præcipuè verò multitudine rusticana Longobardorum mentientes, afferentes se Cardinales presbyteros esse, quique oblationibus receptis indulgentiam & remissionem omnium peccatorum vsu nefario impudenter præstabant. Hi & occasione custodienda Ecclesie consurgentis in tempeste noctis silentio intra & citra eadem Ecclesiam impudè homicidia, rapinas, varia supra & diuersa latrocinia exercebant, quos vii diximus beatus Pontifex ab eadem Ecclesia non sine multa difficultate remouit, & custodia curam honestis sacerdotibus & clericis commisit, & tradidit. Hæc ipse.*

DE CARDI-  
NALI-  
BUS PSEV-  
DOPAPÆ

IX.

Constat in super ipsum Gregorium, antequam ab Vrbe recederet, Concilium habuisse, de quo ista Bertholdus hoc anno: *Domnus autem Papa collecta Synodo, iterum senten-*

X.

tiam anathematis in Guibertum heresarcham, & Henricum, & omnes eorum fautores promulgavit, quod & in festo S. Iohannis Baptistae praefero iam dudum Romae cum Henricus adhuc ibi moraretur. Hanc sententiam Legati Sedis Apostolicae, videlicet Petrus Albanensis Episcopus in Francia, Otto Ostiensis Episcopus in Terra Teutonorum usquequaque divulgaverunt. Haec Bertholdus. Omnibus his peractis Gregorius ab Vrbe recedens, Calsinum primum aduenit.

Quid autem ipsi tunc memoria maxime dignum acciderit, Leo Ostiensis sic narrat: Factum est autem, cum idem Papa Gregorius Missarum solemniam celebraret, vir quidam Iohannes nomine, iuxta altaris crepidinem immobilis persistit. Cumque ad altare deflexisset obtutus, subito in exstasi raptus, niueo candore columbam, cuius erat aurum guttur, supra eandem aram asitare conspexit. Quae inde leniter aduolans, ac supra dextrum Pontificis humerum recubans, alis protinus expansis, utrumque protegit, ac tam diu sic persistit, quousque commixtio Domini corporis & sanguinis in calice fieret.

Iterumque se in dexterum humerum colligens, inde ad altare descendit caput blandè super hostiam floctens, viro illo, quid haec sibi vellent non intelligente cum volatu praeceperit, pleno rostro remeavit ad caelum. Post haec homo ille in se rediens, nulla penitus huius rei vestigia memoria tenuit. Noctè verò subsecuta cum se sopori dedisset, vir quidam illustrior sole, minaci vultu in medio sua domus hospitio eidem apparuit. Quo ille viso, de stratu exiliens, terrore correptus fugam tenet at arripere. Vir autem ille porrecta manu, continui brachium eius suauiter tenens. Cum autem eius manus nequiret effugere, ac si vincit stetit inuitus: ad eius mox auxilium quidam niuea canitie aspersus, indutusque stola candida affuit, cuiusq; merorem consolans, de manu se tenentis eripuit. Quem ille quisnam hic esset tantae claritatis vir, quassit inrepidus: Hic, inquit, est iustitia sol. Et ille: Nomen quoque, ait, tuum inquirenti similiter pande. Nequaquam (ait ille) scire te oportet nomen meum: sed mihi ad interrogata responde. Putasne, recolis, quid heri, dum in Ecclesia astares, vidisti? Ille, cuius animum occupat obliuio, cepit intra se voluere quidnam esset, quod ab eo senior quaereret, subitoque reminiscens cuncta sibi quae viderat, ex ordine retulit. Et ille: Vade, inquit, celeriter, & hoc ipsum auribus Papae intimato, vt constanter vigore sancti Spiritus, quod cepit, exequatur. His dictis, ab oculis eius elabatur. Huculq; Leo.

At quid columbae visio in Pontifice, nisi Spiritus sancti eum in instanti regi ac gubernari? Quid insuper illud, quod eidem nuntiarum mandatur, vt vigore sancti Spiritus, quod cepit, exequatur, nisi manifestum diuino oraculo reddi; quae ab eo haec tenus gesta essent, eiusdem sancti Spiritus opere bene facta probari? Quam ista opportuno tempore sint mortalibus diuino consilio declarata, cum non apud schismaticos tantum, verum apud Catholicos tunc viuentes, & qui postea futuri essent, eiusdem Pontificis fama in suspicionem nimiam austeritatis adduceretur, periclitareturque; proscissum calumnijs tanti Pontificis nomen? De quo aduersus obloquentes ac derrahentes illud Apostolicum pro defensione liceat vsurpare b: Quis stabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Vt quod diuino calculo rectè factum probari posset, non auderet humana temeritas fugillare, vt sic ora loquentium mendacium obstruerentur, qui ipsum Gregorium in fine, obitus tempore, poenituisset facti, mentiti sunt in suo ipsorum Conciliabulo, Guibertini (de quo suo loco dicturi sumus) ex quo Sigebertus, qui narrat de Gregorij poenitentia, noscitur descripsisse. Quomodo ergo potuerunt ipsi displicuisse, quae aduersus schismaticos gesserat, & poenituisset exanthlati laboris, atque bene functi certaminis, qui (vt vidisti) diuinitus monitus fuerat, vt constanter, quae vigore Spiritus sancti ceperat, facere pergeret. Gregorius autem ex Calsineni cenobio recedens, Salernum se contulit, vbi permansit vsq; ad obitum.

Henricus interim cum metu Roberti percussus discessisset ab Vrbe, & in Castellano inexpugnabile praediditum se recepisset, Guibertum secum ducens: nequaquam ibi constitit, sed quanta sicut celeritate recedens ex Italia, montes praetergressus, reliquit Guibertum schismaticorum valatum potentia. Porro quam ex turpi fuga indi-

gnationem concepit animo, in eos effudit abundè, quos partes Gregorij Papae fouisse comperit. Augustana ciuitas studiosa Pontificis furorem eius prima omnium est experta; quam obsedit ac cepit, & excidit, & eius Episcopum custodiae mancipauit. Haec Vrbspergensis in Chronico. Porro ciuitas Christo fidelis sui ruina magis igitur & exaltatur, atque nobilitatur excidit, cum ista sit passa ob conseruatam summa constantia vero Ecclesiae Romanae Pontifici fidem, & despectum Principem, aduersus Deum & eius Ecclesiam bella mouentem, atque penitus insanientem, praefrens iure semper Deum Imperatori.

Robertus autem Guiscardus, qui dimiserat filium Boamundum in Thracia aduersus Alexium Imperatorem bella gerentem, de reditu sollicitus, nouas copias allegit, & classem parat. Quomodo autem bello maritimo victor euaserit; audi que scribat Romualdus Archiepiscopus Salernitanus eorum temporum scriptor, qui ait: Dux Robertus collecto agmine iterum in vltimas partes statuit profecti. Quod dum Imperatori Alexio conuertum esset, suum direxit exercitum cum multitudine nauum simul cum exercitu Venetianorum, vt maris iter Duci prohiberetur contra quos Dux Robertus vna cum filio suo Rogerio cum nauibus suis non segre progressus cum eis acriter conflixit mense Nouembri, & nauali bello commisso, Dux Robertus vna cum filio suo Rogerio victoriam capiens maxima caede prostravit eos, quorum quidem multi in mare demersi, plures autem capti, nonnulli verò vix per fugam elapsi sunt, sicque prostratis hostibus Dux ipse simul cum Rogerio filio exultans tripudio adyt Boamundum filium suum, quem in terris, quas ibi conquiserat, dereliquit, cum suo exercitu Constantinopolim aut Imperium inuadere cupiens. Haec Romualdus.

Vbi autem Henricus ab Italia recessit: Orthodoxi resumunt vires, schismaticique hebetari languent, ex hisque plurimi deficientes ab Imperatore, inhaerent Gregorio Papae. Ad horum autem suscipiendam poenitentiam, atque impertiendam absolutionem, idem Pontifex Legatum mittit Anselmum Lucensem Episcopum plenissima facultate absoluendi omnes qui a schismate recedentes, ad Catholicam communionem accederent, imperiendi insuper indulgentias pijs, qui sincero corde zelo veritatis pugnarent aduersus schismaticos, quos ingenti victoria profligarunt. De quibus haec habentur in Actis ipsius S. Anselmi Lucensis istis verbis: Fugato ab Vrbe Henrico, in Teutonicas statim partes reuertitur, concitatis primum omnibus penè Longobardis aduersus praefatam dominam Mathildem, & aduersus S. prouisorum eius; sed & aduersus omnem Catholicam unitatem. Nec multo post ecce coadunati sunt Episcopi & Marchiones cum alijs multis, qui magno impetu & furore subito terram inuasurunt eiusdem Comitissa, putantes totam illud sua ditiori subijcere. Tunc ergo congregati & nostri, sed quidem pauci, quoniam vna vix die praesens facti sunt. Verumtamen nimis confortati sunt, quia dominus noster sanctus Anselmus Episcopus suam eis benedictionem per nostram direxit paruatatem, hoc in mandatis praecipue commendans nobis, vt si qui cum excommunicatis communicassent, primitus illos absolueremus, & tunc pariter omnes auctoritate Apostolica & sua benediceremus, instruentes eos, quo pacto, quae intentione deberent pugnare; sicque, in remissionem omnium peccatorum eorum instantis belli committeremus periculum.

Facto igitur congressu, citissime dorsa hostes dederunt, & captus est mox Parmensis Episcopus, & nobiles multi, minores verò absque numero, sed & mortuorum non est inuentus numerus; de nostris autem tres mortui sunt, & vulnerati pauci. Quae vix gloriae Dei, & virtutem benedictionis reuerendissimi Praesulis fideles omnes agnoscere potestis. Ab hac enim confusa sunt haereticorum conciliabula, & declinata est nimis elata eorum insolentia. Gausi autem & confortati sunt omnes Catholici, praesertim domus illa, quam sanctus pater noster Anselmus Episcopus inexpugnatae postea custodit, & in Fide Catholica permanentem reseruauit. Et factus est ille vniuersi olim ciuitatis Episcopus, innocenter quidem expulsus, multarum ciuitatum Praesul magnificus. Haec eius praefbyter poenitentiarum de Anselmo olim pulso, vt suo loco superius dictum est. Pergit verò:

Potestatem & vicem suam dominus Papa commisit per om-

Leo Off. lib. 3 c. 53. VISIO DIVINITVS OSTENSA DE GREGORIO PAPA.

XI.

XII.

RES A GREG. GE STADI DIVINITVS COMPROBATA.

b Rom. 8.

XIII.

HENRICI IMP. REVERTI TUR IN GERMANIAM.

XIV. ROBERTVS NAVALI PROFLIO VICTOR.

XV.

PROFLI GATI SCHISMATICI A CATHOLICIS.

XVI.

XVII.

DE LEGATIONE S. ANSELMII LVCENS.

nem Longobardiam, vbi Catholici non haberentur Episcopi, qui tunc inueniebantur certe rarissimi. Concurrerunt itaq; ad ipsum ab omnibus partibus Longobardie quotquot Zelum habebant Fidei Catholica. Ibi benedictionem Ecclesiastici, absolutionem excommunicati suscipiunt. Sed conuersi accipiunt ibi Christina, ibi sacros ordines acquirunt, illuc desolatam solatium, inconsulti consilium, consulti gaudium inueniunt, &c.

At qui innumeris (vt audisti) premebatur angustijs, coactus extorris ab Vrbe fecedere Gregorius, afflictiones Episcoporum longè degentium audiens, promptus assurgere, & opem illis ferre non destitit. Accidit autem his diebus, vt cum audisset, Guillelmum Anglorum Regem detinere iam ab anno superiori in carcere Odonem Episcopum Baiocensem eiusdem Regis germanum, pro ipso ad eundem Regem litteras dederit, quæ & vltimam numeratur omnium eiusdem Gregorij epistolarum. Est earum exordium: Communis amor, & sincera deuotio, &c. Et quod ad rem spectat, inferius dum pluribus eundem laudat, illud redarguit, quod sacerdotalis dignitas apud ipsum sit contemptui, hæc dicens:

Vnum tamen interea nos tangit, & tangendo angustat, at que inter regalium tuarum virtutum insignia monumenta latitiam in amico corde violenter obnubilat, videlicet; quod in capiendo germanum tuum Episcopum, non sicut decuit, propria honestati prospiciens, sed sacularem cautelam & rationem diuina legi proponens, sacerdotalem reuerentiam minus vigilanter attendisti. Et quidem nõ late te tuam prudentiam credimus, scriptum esse, quod de sacerdotibus maximè oportet intelligi: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et alibi: Nolite tangere corpus meos. Et quod Dominus ipse sacerdotibus licet prauis & indignis honorem deferre non sit indignatus, &c. Ostendit id ipsum exemplo Magni Constantini, & auctoritate sancti Ambrosij eadem pluribus inculcatis. At quænam causa præcesserit, vt idem Guillelmus Rex germanum suum Episcopum vinculis strinxerit, ex fragmento rerum gestarum eiusdem Regis ex codice monasterij Cadomenis nuper edito vnà cum alijs monumentis rerum Anglicanarum, Northmannarum, Hibernarum, & aliarum Francofurti anno Redemptoris millesimo sexcentesimo tertio, sic accipie:

Dum furerent in orbe tempestates multa, quarum aliqua in præcedentibus libri capitibus memorata sunt: quidam fortilegi Romanorum, quis in Papatu succederet Hildebrando, indagarunt. Et cum post transitum Gregorij \* Odo Romanus Papa fore compereunt: hoc audiens Odo Præsul Baiocensis, qui cum fratre suo Guillelmo Rege Northmannis dominabatur & Anglijs, paruspiciens potestatis & diuitias regni Occidentalis, nisi iure Papatus dominaretur latius, & omnibus terris: Romam misit, palatium sibi emit, Senatores Quiritum magnis muneribus datis sibi amicitia copulauit, palatiumq; suum multis sumptibus & superfluis apparatus exornauit. Hugonem Castrensium Comitem, magnamq; cohortem præcipuorum militum adsciuit, vt secum in Italiam proficerentur, obsecrauit; & ingentia precibus promissa prodigus addidit. Illi verò (quia Northmanni leues, & externa videre cupidi sunt) protinus præsumptori Episcopo, cui principatus Albionis & Neustria non sufficiebat, assenserunt.

Ingentes quoque fundos, quos in Occiduis climatibus possidebant, deserere decreuerunt, ac vt præfato Præsuli trans Padum committantur, per fidem sponponderunt. Apparatum huiusmodi prudens Rex Guillelmus edidit, sed non approbauit; regnoq; suo, multisq; alijs nociturum existimauit. Vnde festinatè in Angliam transfretauit, ac Odoni Episcopo cum grandi pompa nauigare in Northmanniam cupienti, ex insperato in insula Vecta obuiauit. Ibi nimirum congregatis in aula regali primoribus regni, Rex ita locutus est:

Egregij proceres, verba mea diligenter audite, & salubre consilium mihi quæso tribuite. Antequam transfretassem in Northmanniam, regimen Angliæ fratri meo Baiocensi Episcopo commendaueram. In Northmannia multi contra me surrexerunt, & vt ita dicam, intimi me inuasertunt. Robertus filius meus, & tyrones quos enutriui, & quibus arma dedi, contra me rebellauerunt, eiq; mei malefidi clientes & finitimi hostes gratanter adhaeserunt.

Verum Deo, cuius seruus sum, me protegente, nihil profecerunt; nec de meo aliquid, nisi ferrum in vulneribus suis obtinuerunt. Conglobatos in me Andegauenses paratos ad bellum terrore com-

pressi: parig, modo Cenomanos armis & viribus compefcui. His nimirum occupationibus vltra mare irretitus fui, ibiq; diu moratus, publicis vtilitatibus laboriose deseruiui. Interea frater meus Angliam vehementer oppressit, & Ecclesias fundis & redditibus expoliauit, ornamentis ab antecessoribus eis datis nudauit, militesq; meos qui contra Danos & Hibernenses & alios hostes mihi nimis infestos, Angliam tutari debuerant, seduxit, & trans Alpes in externa regna, me contempto pertrahere disponit.

Nimius dolor cor meum angit, præcipuè pro Ecclesijs quas afflixit. Christiani Reges, qui ante me regnauerunt, Ecclesiam Dei amauerunt, honoribus & xenijs multi generis locupletarunt; vnde nunc, vt credimus, in amena sede felici retributione gaudentes requiescunt. Ad albertum, Eduinum, ac sanctum Osvaldum, Athulphum & Alfredum, Eduardum Senior & Edgarum, cognatusq; meus & charissimus dominus Eduardus dederunt opes Ecclesie sanctæ, quæ est sponsa Dei: & frater meus, cui totius regni tutelam commendauit, violenter opes diripuit, crudeliter pauperes oppressit, friuola spe milites mihi surripuit, totumq; regnum iniustus exactionibus concutiens exagitauit. Quid inde agendum sit, cautè considerate, & mihi quæso insinuate. Cumq; omnes tantum virum timerent, & sententiam in illum proferre dubitarent: magnanimus Rex ait: Noxia temerit assemper comprimenda, multoties olim contra patrem suum litigauerat, & tunc nouiter pro quibusdam inephtjs militibus stomachatus ad Regem Francorum discesserat. . . . reliqua desunt: nam quæ post hæc sequuntur, spectant ad obitum ipsius Guillelmi, quem certum est post annos tres contigisse, anno nimirum Redemptoris millesimo octogesimo septimo: ad quod vsq; tempus eundem Odonem Baiocensem Episcopum præterito anno vincum, esse detentum in carcere, liquet.

En quos infelix Episcopus ex diuinatione dæmonum mesuit fruges. Ita planè qui semel his intendens, diuinationibus adhibere cœperit fidem, ludus diaboli effici conueuit, vt (quod deterius est) magno suæ quisque dispendio animæ captiuus, spe vana pellectus in inferos demergatur, cum se putat thronum eminentiorem proximè cõscensurum. Possemus hic de pluribus ita deceptis temporibus nostris, scribere librum, quorum funestos deplorauimus, quos vidimus casus; sed nos instituti ratio cohibet, quæ suis quæque temporibus reddenda veluti lege præscripsit. Satis sit ad miserimos istos, ne euicemodi laqueus aureis irretiri sinantur, illud Apostolicum inclamare: Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; conrectaueritis quæ sunt ad interitum ipso vsu. Memores ab exordio nascentis Ecclesie (vt habent Acta) cognitis præstigijs huiusmodi & illusionibus dæmonum, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretijs illorum, inueniunt pecuniam denariorum quinquaginta millium, ita illi qui insilire dæmonè in auctores suos ipsos filios Sceuæ adiuratores viderunt, certi nimirum, quod multò magis eosdem essent passuri diros vindices & vltiores, qui eos confulerent, & eorum opera quomodolibet vterentur. Sed redeamus ad infelicem germanum Regis Odonem Baiocensem Episcopum, qui diuinationibus dæmoniacis tot tantaque peperit sibi mala.

De quo certum est, Gregorij Papæ preces apud Regem nullius fuisse momenti, quod statuisset idem Rex, eius pœnam fore perennem. Adeo vt idem Princeps proximè moriturus, cum vincos omnes fore soluendos testamento iussisset, vnus ne eximeretur è carcere Baiocensis Episcopus, omninò vetuerit. Mirantibus autem & rogantibus eum pro illo Regis amicis, hæc ad eos traditur respondisse: Miror quidd prudenter non indagatis quis & qualis est vir pro quo supplicatis. Nonne pro tali viro petitis, qui iam diu contemptor extitit religionis, & argutus incensor lethifera seditionis? Nonne hunc coercui quatuor annis Episcopum, qui debuerat esse iustissimus rector Anglorum, & factus est pessimus oppressor populorum, & monachalium destructor cœnobiorum? seditiosum liberando malè facitis, & vobismetipsijs ingens detrimentum quaritis. Euidenter patet, quod Odo frater meus leuis est & ambitiosus, carnis inherens desiderijs, & immensis crudelitibus, & nunquam mutabitur à lenocinijs & noxijs vanitatibus. Hoc perspicie in pluribus expertus sum. Ideoq;

GREG. PP. PRO FRA TRE REGI ANGLIÆ SCRIBIT.

XVIII.

Zach. 2. 1. Par. 16. Mat. 23

XIX. DIVINATIONE FALLITVR ODO \* Odonè Romanū Papam

XX.

ODO EPI. SCOPVS DETRVDITVR IN CARCERE.

XXI.

XXII.

XXIII. ADVERSVS CVRIOSA SECTANTES

Col. 2.

Act. 19.

XXIV. CARCER EPISCOPI



XXV.

constrinxi non Antistitem, sed tyrannum.

Absq; dubio si euaserit, totam regionem turbabit, & multis millibus perniciem subministrabit. Hac non ex odio ut hostis professo, sed ut pater patrie plebi Christiana prouideo. Si enim castè & modestè se haberet, sicut sacerdotem & Dei ministrum vbique condecet: cordi meo maior, quam possum referre, laetitia inesset. Spondentibus autem cunctis emendationem pontificis, Rex iterum ait: Velim, nolim, vestra fiet petitio: quia me defuncto vehemens subitò rerum fiet mutatio. Inuitus cōcedo, ut frater meus de carcere liberetur. Sed scitote, quia multis per eum mors, seu graue impedimentum incutietur. Sic igitur vix post annos tres (vt audisti) idem Baiocensis Episcopus, dum Romanæ Ecclesiæ per pecuniam quærit sibi adipisci Pontificatum præter alia mala, annorum quatuor molestissimum sibi carcerem procurauit.

XXVI.

GREGOR. QUID CVM COMITE FLANDR. Lisardus in vita S. Arnulp. c. 34. apud Swr. c. 4. die 15. Aug.

Eodem fermè tempore idem Gregorius Papa Robertum Comitem Flandriæ, qui se inexorabilem aduersus inimicos suos profusus reddidit, vt nec de illis aliquis verba facere auderet, placauit suis litteris, redditis ei per sanctum Arnulphum Episcopum Suesionensem. Quomodo autem ista se habuerint, exactè describit a Lisardus in rebus gestis sancti Arnulphi, quas fidelissimè digestsit, his verbis: Robertus Flandria Comes infestus erat quibusdam gentis sue primarijs & ditioribus viris, qui per eum onerum, quibus ab illo premebantur, inter se tractabant, vt illo prostrato, humaniorem sibi Principem adscirent, nempe Balduinum Comitem Montis castrorum. Id vbi rescituit Robertus, summo conatu intercipit illos ceu proditores, atque alios ex eis proscribit, alios interimit, nonnullos rebus & honoribus nudatos iubet in exilium proficisci: inter eos etiam Arnulphus Morinorum Archidiaconus, & Ecclesia sancti Audomari Præpositus omni dignitate sua priuatus multò tempore vixit profugus. Sed tandem ad se rediens, Gregorium Romanum Pontificem adit, quæ calumnia gradu & honore suo spoliatus sit, la crymabiliter ei exponit. Tantam verò eius calamitatem miseratus Pontifex, litteris suis ferocem & truculentum Roberti animum statuit lenire, vt illis quos suspectos habebat, aut planè ignosceret, aut certè facultatem sese purgandi non negaret; sed cum nemo posset inueniri, qui Pontificis litteras tunc infenso Principi offerre ausus esset, res diu protracta est. Tandem animo succurrit constantia sanctitatis & feruor charitatis Arnulphi Suesionum Antistitis, cuius tum in curia Pontificis celebris fama innotuit, & quod is proculdubio incunctanter oblaturus esset Roberto Comiti scripta Pontificis.

XXVII.

S. ARNVL PHVSIN-TERNVN- TIVS GRE GOR. PP.

Tum verò animatus Pontifex, Arnulpho diploma mittit, mandans ei vt litteras intercessorias & personas, de quibus agebatur, ad Robertum Comitem secum adducat, illisq; vel veniam, vel saltem se purgandi copiam obtineat pro Sedis Apostolicæ honore. Ita ille pietate fortis, gemina instigante iustitia, obedientia & fraternæ condolentiæ, cum quibusdam ex illis venit ad Insulam ciuitatem, at que illic reperito Comiti obtulit sacras Pontificis litteras, quæ cum legerentur, illi quorum res agebatur, clam se submittentis, eius tenuere pedes. Sed ô furorem & rabiem! ô fellis acerbam commotionem! quæ tamen in fronte, oculis, & toto Comitis vultu visibatur, quædo sensit eos quos oderat suos apprehendisse pedes. Et quid verò illa ferocitas in sancti viri presentia faceret? Assuit continuo gratia Dei; & tum sanctitatis eius contemplatione, tum pro Apostolicæ Sedis reuerentia, salus, vita, res & facultates eis donatae sunt. Hac de legatione functa nomine Apostolicæ Sedis per S. Arnulphum Lisardus. Porro desiderantur litteræ illæ à Gregorio Papa ad Robertum, sicut & aliæ anno isto ab eo datæ ad diuerfos epistolæ.

IESV CHRISTI Annus 1085.

GREGOR. VII. PAP. HENRICI III. IMP. 2. Annus 13. ALEXII COMNENI IMP. 5.

I. CONVENTVS HABITVS INTER CATHOLICOS

REDEMPTORIS annus millesimus octogesimus quintus, Indictione octaua sequitur, cuius exordio, nempe (vt Bertholdus ait) decimo quinto die post Epiphaniam, vigesima prima scilicet Ianuarij, conuentus est habitus in Saxonia, seu (vt Vrspergensis vult) in Thuringia

loco qui Berchach dicitur conductus (vt ait) tam ab inimicis, quam amicis Imperatoris, seu, vt vult Bertholdus, indictus à Saxonibus contra Henrici fautores, vt probarent, se iure Henricum, vt excommunicatum vitare. Huic autem decernendi cōuentus ea præcessit occasio, quod Otto Episcopus Ostiensis Cardinalis Legatus in Teutonice regionibus promulgauerat synodale decretum de Henrico Rege excommunicato, vnà cum Guiberto pseudopontifice. Quo decreto iubente, se iure vitare communicationem Henrici, Saxones affirmabant Catholici, schismaticis contra asseuerantibus, Henricum esse excommunicatum iniuste, atque ob eam causam non vitandum. Aduersarij autem (inquit Bertholdus) eis obiecerunt, quod Papa eum nequiuert excommunicare, eò quod expoliatus, regno scilicet, non potuerit vocari, iudicari, siue damnari. Ita quidem decretis summorum Pontificum decernentibus, asserentibusq; e spoliatum non ad Synodum prouincialem, nec generalem vocari posse, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quæ ei sublata sunt, restituantur. Sed ista d regula suis restringitur exceptionibus. Ad hæc (pergit Bertholdus) Saxones responderunt, se iudicium Sedis Apostolicæ non debere retractare, nec posse. Hoc cum illo potius tractandum, qui illum damnauerit, non cum Saxonibus, quod damnationi eius non interfuerint, qui Sedis Apostolicæ iudicio nullam retractationem, sed obedientiam debuerint. Ita ergo solutio colloquio, discessum est ab inuicem. Ista Bertholdus de conuentu hoc Vrspergensis verò rem gestam pluribus profecutus, sic ait:

Electis igitur satis litteratis & eloquentibus viris, hinc Vvecilone Moguntino, illinc Gebeharo Saltzburgenfi Archiepiscopo, disputatio cepta est. Affirmat Gebehardus, proponente hoc prius Vvecilone: Imperatorem non iniusto iudicio, tam regno, quam communionem, Apostolice sententia priuatum. Econtra Vvecilone, dominum suum præiudicium non minus à Papa, quam à Principibus passum contendit, dum ipso apud Canusium in satisfactione positò: immò iam à Papa in communionem recepto, alterum super se Regem eleuarent. Adiecit etiam idem Moguntinus, quod Imperator diu iam à Saxonia depulsus, & regnandi copia etiam ab illa disensione, quæ ante Rudolphum facta præscribitur, spoliatus: nec vocari, nec iudicari, nec damnari canonicè debuisset. Hoc Gebehardus improbare nitens, asserit, neminem per hoc diuinis absolutum legibus, si forte sua qualibet re familiari fuerit spoliatus: quanto minus Rex, qui Saxonia, quæ non suum duntaxat prædium, sed Domini sit regnum, qui Daniele, vel ipso Rege Nabuchodonosor teste, cuiuscunq; voluerit, dat illud: cum etiam ante amissum Saxoniæ, prius ab Alexandro, de hinc ab Hildebrando vocatus satisfacere contempsisset. Sic itaq; vtrimq; parte sua fauente, atq; acclamante, discessum est. Notum tamen est, quod eandem sententiam aduersarij Imperatoris tanto insequerantur zelo, vt habito postmodum in Quintilineburg Concilio, vbi Otto Episcopus Ostiensis interfuit Legatus Hildebrandi Papæ, ipsam nimium ventiliantes: hæresim Vvecilonis, ipsunq; hæresiarcham appellarent, contra Fidem scilicet illum dogmatizasse culpantes, quod quamdiu quis suis spoliatus sit rebus, diuinis non subiaceat legibus. Hucusque Vrspergensis.

Porro Vvecilone iste, qui anno superiori intrusus est post obitum Sigefridi in Moguntinum Archiepiscopatum, quisnam fuerit, præstat audire à Bertholdo, qui ait: Interim Henricus congregata multitudinè schismaticorum, Vvecilonem clericum Haluerstatis Episcopi fugitiuum Moguntinensi Episcopatu remunerauit, eò quod illi in omni pertinacia contra Dominum, & sanctum Petrum indefessus cooperator affuit. Qui ipse iam dudum anathematizatus, & ab anathematizatis electus; nihilominus etiam ab anathematizatis (iuxta Pelagium Papam) non consecratus, sed execratus est. Hæc ipse. Permanfit ille in schismate, cuius semper extitit acerrimus propugnator vsque ad obitum, qui post biennium contigit. At sicut hæresis ab auctore Vvecilina (vt audisti) est appellata, ita & ignominia causa schismatici sectatores ipsius Vvecilini denominati fuerunt.

Sed videamus, quid in Concilio Catholicorum, hoc anno post promiscuum illum conuentum in dicto Quintilineburg, per Ottonem Apostolicæ Sedis Legatum gestum sit, quod prætermisum ab Vrspergensis, à Bertholdo eius temporis scriptore ita describitur:

COS ET SCHISMATICOS.

b 2. q. 2. per tot. 2. q. 2. c. 4. in scripturis, nec in aliquo, Doct. i bi & alibi.

II. DEFENSOR REG. VVECILONE

DAN. 2. 5

VVECILONIS HÆRESIS QVAE.

III. VVECILONE EXCLERICO FUGITIVO FACTVS ARCHIEPIS MOGUNT.

SYNODVS  
GENERA-  
LIS QVIN-  
TILINE-  
BVRG.

Hermannus Rex in Quintilneburg Pascha celebravit, ubi & Legatus domini Apostolicus in ipsa Pascha hebdomada generalem Synodum cum Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, sancti Petri fidelibus solemniter celebravit. Interfuit autem huic Synodo Gebhardus reuerendissimus Iuuanienfis Archiepiscopus. Item venerabilis Hartungus Magdeburgensis Archiepiscopus cum Suffraganeis suis. Item Suffraganei Moguntina Sedis de Saxonia: nani Vireburgensis, & Vormatiensis, Augustensis quoque, & Constantiensis de Alemannia; quibus ipsi canonice necessitate impeditis, venire non potuerunt, per legationem suam se sancto Concilio representauerunt, seque per omnia eiusdem Synodi statuta assensuros mandauerunt. Rex etiam Hermannus cum suis Principibus eidem Synodo interfuit. Cum ergo omnes iuxta ordinem suum confedisent, prolata sunt in medium decreta sanctorum Patrum de primatu Sedis Apostolicae: quod nulli vnquam liceat eius iudicium retractare, & de eius iudicio iudicare. Quod de totius Synodi publica professione laudatum, & confirmatum est. Et hoc vtiq; contra Henricianos, qui fideles S. Petri constringere voluerunt, vt excommunicationem domini Papae Gregorij super Henricum cum illis retractare presumerent.

V.

Quidam autem Babenbergensis clericus nomine Gunibertus Romani Pontificis primatus derogare volens, in media Synodum se contulit, asserens, Romanos Pontifices hunc sibi primatum adscripsisse, non aliunde concessum habere: rase, videlicet, vt nullus eorum iudicio iudicare debeat, nec illi alicuius iudicio subiaceant. Qui cum aperte a tota Synodo confutaretur, precipue tamen a quodam laico conuictus est per illud Euangelicum: Non est discipulus supra magistrum. Cum enim hoc generaliter in omnibus Ecclesiasticis ordinibus obseruandum deputetur, ne maior a minore iudicetur: quis hoc Vicario S. Petri denegare potuit, quem omnes Catholici pro domino, & magistro venerantur?

amatt. 10

In eadem Synodo ordinatio Vvecilonis Moguntini inuasoris, & Sigefridi Augustensis, & Norberti Curienfis: imò omnes ordinationes, & consecrationes excommunicatorum penitus irrita iudicata sunt iuxta decreta sanctorum Patrum Innocentij, Leonis I. Pelagij, atq; eius successoris Gregorij I.

CANONES  
CONCILII  
QVINTI-  
LINE-  
BVRG.

Item secta praelati Vvecilonis Moguntini inuasoris, eiusq; sociorum sub anathemate damnata est, quae assuit: Seculares suis rebus expoliatis Ecclesiastico non subiaccere iudicio, nec excommunicari posse pro suis excessibus, quaeq; excommunicatos absq; reconciliatione recipi posse, contendit.

VI.

Statutum est autem ibi, vt quicumque ab Episcopo suo, nec officio, nec communionem priuato excommunicatus esset, etsi iniuste: nullatenus tamen reciperetur ad communionem, nisi absolutus Ecclesiastico more.

Similiter, & pro sacrilegio excommunicatos decreuit sancta Synodus non recipiendos, absq; solita reconciliatione, & nisi dudum, quae sacrilegè sibi vendicauerant, reddidissent.

In eadem Synodo presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, perpetua iuxta decreta sanctorum Patrum indicta est continentia.

Item statutum est, ne laici pallas altaris, & sacra vasa contingant.

Item ne laici decimas sibi vendicent in proprietatem, nec etià in beneficium, nisi concessione legitimum possessorum.

VII.

Item vt verum Ieiunium in prima hebdomada Quadragesimae, asinum in Pentecoste semper celebretur.

Item ne quis casum & oua comedat in Quadragesima.

Item synodali iudicio confirmata & laudata est ordinatio domini Gebhardi Constantiensis Episcopi: imò omnia quae praefatus Sedis Apostolica Legatus cum esset Constantia, ordinauit.

Item ibi mota est questio de consanguinitate Regis, & vxoris sua. Vnde & Rex in media Synodo surrexit, seque de hac re iudicium sanctae Synodi per omnia obseruaturum professus est: sancta autem Synodus hanc causam in presenti canonice examinari non posse iudicauit, eò quod legitimi accusatores non essent.

In fine autem Synodi sententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata est in Guibertum heresiarum Sedis Apostolicae peruasorem, & in apostatas S. Petri Hugonem Album cognominatum, Ioannem Portuensem Exepiscopos, Petrum Excancellarium. Erant hi pseudocardinales Guiberti Antipapae sectatores & acerrimi defensores.

VIII.

Item Liemarum Bremensem, Burchardum Basileensem, Huz-

mannum Spirensem Exepiscopos.

Item Vvecilonem Moguntinum inuasorem, Sigefridum Augustensem, Norbertum Curiensem. In hos, inquam, & in omnes eorum complices inuictabilis sententia anathematis promulgata est. Haec enim de rebus in Synodo gestis Bertholdus, quae, vt ratio illius temporis exigebat, tam ibi, quam in alijs quoque Synodis inculcata, ac repetita fuit.

His anathematis percussis iam telis schismatici superioris Germaniae Episcopi, maiori audacia, quam furor copiosè auxit, concitati, simulac ista, quae contra eos in proxima Synodo facta essent, intellexerunt, coeundum simul ad vindicandam, quam acceperant iniuriam, statuerunt, synodalemque conuentum proximè celebrandum indixerunt: locus autem conuenticuli est praestitutus in Moguntia, cui etiam interesse deberet Rex Henricus. De hoc conciliabulo Sigebertus haec habet hoc anno: Henricus Imperator Moguntiae regali, & synodali conuentu coactus, exegit ab omnibus, vt Hildebrandi depositionem, & Guiberti ordinationem subscripto approbent. Cui aliqui manu, & ore fauentis, corde tamen Hildebrando adhaerent. Interfuisse huic spuris Synodo Legatos tanquam Apostolicae Sedis titulo missos à Guiberto Antipapa, auctor est Dodechinus; praefuisse autem ipsi Vvecilonem Moguntinum intrusum: in super & Vrspergensis asserit, eidem Synodo Legatos interfuisse Romanos ex illis, scilicet, qui fauebant Henrico, & receperat Guibertum. De eadem autem scribit ista Bertholdus hoc anno, post memoratam Synodum Orthodoxorum enarratam ista subiungens:

Sed hi omnes aduersarij Ecclesiae Dei, excommunicati scilicet in Synodo Orthodoxorum, in tertia hebdomada post finitam Synodum suam Moguntiae collegerunt, non Synodum, sed conciliabulum, in quo vmbrailem sententiam excommunicationis contra fideles sancti Petri deprorant, vt potè nequaquam illos excommunicare valentes, sed apertissime se ipsos à communione Catholicorum sequestrantes, vt non tantum iudicio sanctae Ecclesiae, sed & proprio eorum iudicio, sicut omnes haeretici, à Catholicis essent separati: sedes quoque Catholicorum Episcoporum visentium temeraria cupiditate cacati sibi vendicare non simuerunt. Haec ipse.

CONCILI-  
ABVLVM  
MOGVN-  
TINVM.

IX.

Inter alios Herimanno Metensi, Catholicae communionis Episcopo, & defensori acerrimo Gregorij Papae (de quo saepe superius) licet absentem priuato Episcopatu, Imperator mercenarium suppositum Meginhardum. Sed oves Christi non audierunt vocem alienorum. Vireburgensem quoque Episcopum, quod faueret Gregorio legitimo Ecclesiae Catholicae Pontifici, esse in eadem pseudosynodo condemnatum, Vrspergensis affirmat, inque locum eius alium subrogatum, ac denique omnes, qui non reciperent Guibertum, eadem poena multatos. At de Moguntino conuenticulo haec tenet. Quod enim omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus (ait Dominus) eradicabitur: quae in eo statuta, Deo operante, conuulsa sunt, vel sicut foenum tegetorum, quod priusquam euellatur exaruit, sua ipsa sponte quam citissime perire, execrantibus vbique Catholicis omnibus infelicissimum Guibertum, Gregorium verò & successores eius, vt legitimis Ecclesiae Catholicae Pontifices venerantibus.

amatt. 15

X.

Subiicit post enarratas res gestas conciliabuli Moguntini Bertholdus funera schismaticorum in Italia, qui urgente fame atque lue ex hac vita extra Ecclesiam positi miserè abrepti sunt, nimirum defunctus asseritur nouus Parmensis Episcopus ab Henrico nuper electus, in super & Regienfis eiusdem factionis Antistes, atque Mediolanensis Archiepiscopus Thedaldus, cuius contumacia post alia scelera litteris Gregorij Papae reperitur saepius condemnata: erant hi insigniores schismatis promotores, ac defensores. Porrò è medio sublato eodem potentissimo Mediolanensis Ecclesiae inuasore, perditoque tyranno, erigere caput ea coepit Ecclesia, excusioq; è ceruicibus iugo schismaticorum, Catholicum sibi delegit Antistitem Anselmum eius nominis tertium. Ex Principibus autem laicis Henrici fautoribus eodem morbo interijisse liquet miserando interitu Adalberti & Regineri Marchionis

FNVERA  
SCHISMA  
TICORVM  
EPISC. ET  
PRINCI-  
PVM.

atque

atque Bolognem Comitem, hostes infensissimos Comitissæ Mathildis: quibus sublatis de medio, liberum fuit eidem Comitissæ Ecclesijs, Mutinensi, Regiensi, atq; Pistoriensi Episcopis vacantibus Catholicos ordinari Pötifices procurare. Hæc ex Bertholdo.

**XI.** Sed eodem quoque anno, forte licet longè diuersa (pretiosa enim in conspectu Domini mors sanctorum eius; mors autem peccatorum pessima) Gregorius Papa Salerni confitens; quo ad dedicandam sancti Matthæi Apostoli Ecclesiam conuenerat, vigesima quarta mensis Maij ex hac vita migravit, qui in Albim Sanctorum relatus anniuersaria memoria in Ecclesia nomine celebri perseuerat. Confutatis autem anno superiori, quæ de eius pœnitentia in Synodo postea finxere schismatici, & Siebertus exscripsit: iam ea quæ de ipso inueniuntur ab eius temporis Scriptoribus enarrata in medium afferimus. Ipsum quidem, cum sermonem habuisset ad populum, infirmitate corporis affectum in lecto decubuisse, Bibliothecarius testatur: præscientem verò eo se morbo interiturum, in ea erupisse verba: *Dilexi iustitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio.* Otto Fritingensis affirmat. Cui meritò occinendum sit illud Propheticum carmen: *Dicito iusto, quoniam bene.*

**XII.** Ita planè persecutionibus indefinentibus, diuersi generis ærumnis, atque sæpè cædibus sacerdotum multò feliciùs paritur Ecclesiæ pax, libertas acquiritur atque confirmatur Ecclesiastica, & salus quæritur animarum. Sic sacerdotes suos pugnare & vincere Christus docuit, cuius passionibus & infirmitatibus robur ac fortitudo, ac morte denique vita est Fidelibus comparata. Mentiar nisi ista iam experimento rerum præsentium monstrari possint, per Gregorium nempe vindicatas è manibus Principum Ecclesiarum inuestituras, liberam electionem Romanorum Pontificum postliminio restitutam, disciplinam Ecclesiasticam collapsam penitus reparatam, & alia innumera bona parta.

**XIII.** Porrò eundem Gregorium sicut in vita, ita & post mortem claruisse miraculis, Bibliothecarius eius temporis absque vlla dubitatione confirmat. Sanè quidem sicut femina cæca b Pauli eiusq; sudaria ap pellendos langores, dæmonesq; fugandos vsui fuisse Fidelibus, Acta testantur: ita Gregorij indumentis eandem à Deo inditam fuisse virtutè, vel ex ijs poteris intelligere, quæ ab auctore eius temporis in vita S. Anselmi Lucensis Episcopi ita scribuntur: *Ille, nempe Gregorius, miram capitis sui transfudit isti, Anselmo videlicet, tanquam potestatem suam ligandi & soluendi, sed & miracula credo faciendis. Nam non multò post, cognoscentibus nobis omnibus, per ipsius consilium, & fidem magnam, præclarâ quadam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim reuerentissimus Dominus Valdeus, Manuanus scilicet Episcopus, multis iam annis grauissimè splenicus, toto corpore ulceratus, præsertim in cruribus, sic vt vix quomolibet stare posset; vix etiam iacere vel sedere, qui & multa in medicu erogauerat, nihilq; profecerat, apposita eadem mitra, vbi maior ingrueret dolor, pristina redditus est sanitati.*

**XIV.** Beatus itaq; talis & tantus magister Gregorius miracula fecit multa viuus & mortuus, fecit quidè & bonus discipulus eius Anselmus: Magister quidè in Deo, discipulus in Deo & in beatissimo magistro. Et inferius eadè quæ superius dicta sunt: In extremis suis, sicut ab ipsius capellanis didicimus religiosi, post omnia inquit: *Dilexi iustitiam, & odio habui iniquitatem; idcirco morior in exilio. Et quidè in vita sua, quod magister ac discipulus docuerunt, hoc & in morte quasi testamento confirmauerunt. Ille nempe Gregorius, quos obediens sibi viuens adhuc benedixit; moriens quoq; commendauit. Henricianos verò penitus, penitusq; nisi post magnam demùm conuersionem, & pœnitentiã reprobaui: hic, nempe Anselmus, presentibus nobis, & in verbo Domini præcepit, vt in fide & doctrina beatissimi. Papa Gregorij permaneremus. Hæc auctor. Quibus quàm aperta luce cõmentum Sieberti de pœnitentia Gregorij de eo, quod Henricum fuerit persecutus, eluditur: Moriens igitur Gregorius (vt audisti) testatam, obfignatamq; reliquit quam viuus promulgauerat execrationem perfidorum schismaticorum, quam Deo gratâ fuisse, testata sunt crebra edita per eum miracula.*

Quæ quidem si ex eius indumentis ad eò copiosè emanarunt; vt ex his quæ iam sunt enarrata, est demonstratum: proculdubio copiosior fons miraculorum ex eius corporis venerandis reliquijs ea petentibus, cunctis erupit in loco, vbi sepultus fuit in basilica sancti Matthæi, cuius studiosissimus erat. Excepit Apostolus Mathematicum in terris hospitem, quem in cælis habuit quoq; conciuem, & amplissima Christi hæreditate confortem. Porrò tanti Pontificis obitus, tempore, vt patuit, ad eò inopportuno, cum vigeret & vrgeret Ecclesiam bestia cornibus, ingentem Catholicis omnibus luctum attulit, percussit omnibus improbitate eius morte. Ex qua cognoscerent ingentia vndique imminere Christi Ecclesiæ damna. Vnde Dominico in Mathilde de eiusdem Pontificis obitu hos cecinit versus:

*Interea planctus de Prasule nascitur altus  
Gregorio, gestat Dominus quem Christus ad æthra  
Ante dies septem Madij quam sinus ad æther.  
Hunc monachi sterunt, monachus quia noscitur esse:  
Hunc clerici flebant valdè, laiciq; dolebant,  
Pura fides quorum procul est à schismaticorum,  
Quando suum sanctum reuerenter corpus humatur.*

Porrò quæ idem Pontifex ad ordinem Ecclesiasticum, ritusq; sacros spectantia reliquerit monumenta, auctor Micrologi in suum commentarium aliqua ex parte retulit, atque de ipso: *Ille, Sedi Romanae videlicet, nostro tempore talem Deum gubernatorem, reuerendâ memoria Gregorium Papam imposuit, qui sub decem suis ante: efforibus à puero Roma nutritus & eruditus, omnes Apostolicas traditiones diligentissimè inuestigauit, & inuestigatas studiosissimè in actum referre curauit. Hunc ergo doctorem, religione, & auctoritate præcipuum, immò Apostolicam traditionem per ipsum in conferendis mysterijs potissimum imitari decreuimus, &c. Et inferius: d*

*Reuerendâ memoria Gregorius Papa fecit, vt prædiximus, quod beatus Anselmus Lucensis Episcopus ita se ab eo didicisse testatus est, & hoc ita semper obseruauit, nobisq; itidem obseruandum firmissimè inculcauit, cum dicimus: Per omnia secula seculorum; corpus cum calice leuamus. Et inferius: c*

*Gregorius Papa Septimus, cum Apostolica Sedi præsideret, constituit, vt ieiunium, quod dicitur Martij, in prima hebdomada Quadragesima omni anno celebraretur, sicut & sancti Patres illud instituisse leguntur. Atque post hæc: f*

*Gregorius Papa Septimus Apostolica Sedi præsidens, constituit, vt asuale ieiunium infra octauam Pentecostes annuatim celebraretur. Idque ex maiori præscripto, cum perpetuam factum esset, in Concilio Moguntino tempore Henrici Secundi Imperatoris de ieiunijs Quatuor temporum aliter esse dispositum, quod & confutat, quibus hæc addit:*

*Cur autem ista replicamus, cum etiam, si prædicta regula sibi annuatim conuenirent; auctoritati tamen Sedis Apostolica nullatenus præiudicare possent; cui omnes per omnia absq; hesitatione debemus obedire? Cui nunquam debitam exhibemus obedientiam, si eius statuta potius iudicare quàm implere curamus. Hoc est enim priuilegium obedientia, de sententia sui præceptoris non iudicare, in ijs dumtaxat rebus, quas canonicis Scripturis contraire non videmus; immò statim exequi quod iubetur. Et paulò post: Hanc ergo puram obedientiam cum omnibus spiritualibus nostris præceptoribus certissimè debeamus, maxime tamen Apostolica Sedi ex intimo corde debeamus, quæ totius Christianæ religionis caput est & origo. Rursus autem idem auctor de constitutis ab eodem: g*

*Gregorius huius nominis Papa Septimus Apostolica Sedi præsidens constituit, vt sanctorum omnium Romanorum Pontificum & Martyrum festiuitates solemniter vbique, cum pleno officio celebrarentur. Nam cum qualibet Ecclesia sui patroni, etiam si Confessor fuerit, festum solemniter obseruet: quantò magis eorum qui totius Ecclesia non tam patroni, quàm patres extiterunt, quàm etiam vsque ad martyrium tam verbis, quàm exemplis instituire non destiterunt? At de his hæc tenus.*

Modò autem (quod reliquum esse videtur) quodnam fuerit eius in extremis laborantis de futuro successore eligendo iudicium, afferamus in medium. Leo Otienfis de eiusdem obitu agens, hæc ait: h

XV.

XVI.

d eod. lib. c. 17.

e eod. lib. c. 24.

XVII.

f Ibi. c. 25.

g Ibi. c. 43.

XVIII.

h Leo Of. li. 3. c. 64.

XI. OBITVS GREG. PP. VII.

a Isai. 3.

XII. QVOMODO ECCL. PAX QV. RATVR.

XIII. b Act. 19.

MIRACVLA PLVRIMA A GREGORIO POST OBITVM EDITA.

XIV.

XIX.

GREG. PP. DE ELECTIONE SVCCESORIS INDIVIDIVM.

Anno Dominice incarnationis millesimo octogesimo quinto Indictione octava, cum venerabilis semperq; recolenda memoria Gregorius Papa Septimus Salerni magna vi morbi premeretur: ante tertium sui obitus diem rogatus ab Episcopis & Cardinalibus, qui forte tunc aderant vna cum Desiderio, quid de Romana Sedis post obitum suum ordinatione iuberet: hortatus est, vt si quo pacto possent, ipsum Desiderium Pontificem facerent. Is enim prater id, quod Romana tunc Ecclesie presbyter Cardinalis esset, & prudentia summa & religione praeicipua, & singulari Principum benevolentia amicitiaq; pollebat, quod si hunc seclere nullatenus possent: aut Lugdunensem Archiepiscopum Hugonem, aut Ottonem Ostiensem, aut Lucensem Episcopum eligere, quanto citius se desinco studerent. Hoc statuto, defunctus est octavo Kal. Iunij die Dominico, & dignissime intra Ecclesiam sancti Apostoli & Euangelista Matthaei sepultura traditus, cum sedisset annis duodecim, mense vno, diebus tribus. Quae autem post obitum secuta sunt vsque ad creationem noui Pontificis, & tempore, quo Sedes ipsa vacauerit, idem Leo qui tunc aderat, scribere ita pergit:

XX.

AGITVR DE ELECTIONE SVCCESORIS.

Et quoniam Romana Ecclesia pastore destituta remanserat, & heretici illam atq; schismatici luporum more nitentur inuadere: Desiderius vna cum Episcopis & Cardinalibus laicisq; religiosi, qui haecenus in Catholica vnitare persisterat, & Gregorio Papae fideliter obediuerat, vno voto ad eam ordinandam incumbere satagunt. Mirantur ergo qui idoneas ad hoc personas vndiq; conuocant, vt ex omnibus is eligeretur, qui ad tantum onus subeundum ceteris aptior esset. Conuenientes ergo ad Abbatem nostrum Episcopi & Cardinales, conueniunt eum de praefati Pontificis appellare iudicio, vtq; in tanta temporis necessitate periclitanti subueniret Ecclesiae pastorale subeundo onus instantissime flagitare. Ad haec ille Papatum quidem renuere obstinatissima repositione perrexit: se tamē in quibus posset alijs, ad Romana Ecclesiae seruitium paratum esse respondit. Die vero Pentecostes Sabinenſi Episcopo & Gratiano Roma venientibus occurrit: eiq; verba, quae cum Papa Gregorio de ordinatione Ecclesiae habuerat, retulit; pariterq; cum eis Iordanem Principem, & Rainulphum Comitem adiit, eosq; ad seruitium & adiutorium Ecclesiae Romanae adhortatus; ad omnia promptos ac paratos inuenit. Coepit deinde Cardinalibus vehementer insistere, vt de Pontificis eligendi persona quamprimum deliberaret; & quotquot ad hoc officium idoneos nossent, litteris conuenire satagerent.

XXI.

DESIDERIVS ELIGENDVS QVARIIVR.

Quod illi facere omnino negligentes, clam cum Principe Capuano agere coeperunt, vt Abbati pastoralis iniungeretur cura; Romanq; illum perducere quoquo pacto nitentur, vt si aliter non possent, id sibi onus violenter imponerent. Quo ille cognito, renuere penitus, & contradicere coepit, sicq; ad monasteriū rediens, Northmannos iterum, ac Longobardos, & quoscuq; potuit, hortari ad Romana Ecclesiae seruitium cepit, plurimosq; ex eis paratos inuenit, alios item ipse prae parauit. Sed quia feruor aestatis nimis erat, Romam tunc ire distulerunt, quo ad aetna ille transfret. Postquam vero de Principis conducto exercitu, vt Romam pergeret, in Campaniam venit, comit autem secum Desiderio, & nonnullis illarum partium Episcopis: ipse suspecta habens priora consilia, vltterius procedere noluit, asserens; nisi Princeps, & Comes & Episcopi fide sua sibi polliceretur nullam hac de re sibi illaturos vim, neq; alios inferre passuros: se vltterius non progressurum. Renuentibus facere, res tunc infecta remansit. Sicque in his pertractandis & confulendis praesens elapsus est annus.

XXII.

ROBERTI GVISCARDI OBITVS.

Fazel de reb. Sicul. offer. de ca. lib. 7. Leo Off. li. 3. c. 56

Eodem anno contigit obitus Roberti Guiscardi potentissimi Ducis, de quo ista Romualdus saepe citatus, hoc anno mense Iulio: a Robertus Guiscardus magnificus Dux apud Insulam Castiopem existens, obiit morte communi, maior sexagenario, anno Ducatus eius vigesimo sexto. Haec de tempore alij quoque testantur auctores huius seculi, vt Bertholdus & alij, ex quibus omnibus redarguastu recentiore bauctorem, qui eum mortuum ponit anno salutis millesimo octogesimo tertio. Addit vero ista Leo Ostiensis: b Corpus eius reatum in Italiam in Venusia Apulia ciuitate conditum est. Qui dum moreretur, brachium sancti Apostoli & Euangelista Matthaei clericis qui secum aderant, vt Salernum reserret, ac silio redderent, iussit. Sed illi fide ac substantia pauperes, argenteam tbeccam, in qua sanctum brachium conditum fuerat, inter se diuidunt, indeq; Hierosolymam pergitēs sanctas reliquias vsq; ad obitus sui diem apud se abscondas tenuere; ad mortem autem venientes me-

moratas reliquias, ignavis socijs, pueris suis tradiderunt, qui sanctum brachium qua huc ratione detulerint, suo loco scribemus. Non autem ab re fuerit oblationes Ducis huius, eiusq; coniugis hic ad posteriorum memoriam scribere, qui supra se ferē omnes sui temporis homines, & locum hunc, & patrem Desiderium, & nostram congregationem dilexere, ac pro viribus honorare studuerunt. Ad ostendendam ergo Northmannorum pietatem, per quam a Deo promeruerat in hoc etiam seculo exaltari, describere non grauabimur. Sic se habent:

Quando d itaq; primum Abbas noster ad eos profectus est Rhegium: donauit ei Dux sexcentos Byzanteos & quinq; pallia, & nauiculam auream; secundo pallium magnum & gemmas, margaritasq; plurimas pretij scyphatorum septingentorum. Alia item vice donauit ei Byzanteos sexcentos, & duo millia tarenos Africanos, & tredecim mulos cum Sarracenis totidem, & magnum pulchrumq; tapetium. Item quando egrotauit, misit huc scyphatos mille a Gallipoli quoq; trecentos Byzanteos misit, & duo millia tarenos. Quando autem huc primò aduenit in Capitulo, duodecim auri libra & Byzanteos centum imposuit. Super altare vero S. Benedicti scyphatos trecentos & tria pallia, & profabrica dormitorij scyphatos centum, & in refectorio totidem, in hospitum domo quadraginta duodecimq; denariorum libras in infirmorum domo, & centum michalatos pro pictura Capitulij.

Cum verò expugnare Aquinum venit: misit huc Byzanteos quingentos. Captaq; Bari, duodecim auri libras donauit Desiderio. Secundo huc adueniens, posuit in Capitulo auri libras duodecim; super altare vero scyphatos centū, & pallium magnū. Tercio quando huc accessit cum Papa Gregorio, posuit in Capitulo mille solidos Amalphantos, & super altare Byzanteos centū, profectus hinc centū nonaginta farganas Fratribus in dormitorij misit. Alia vice pro piscibus misit tarenos mille, itē tarenos mille & vnum nauigium valens solidos mille. Item quadringentos solidos Amalphantos. Item ex Thracia misit huc mille michalatos. Vxor prater ea ipsius Sicelgaita quando egrotauit, misit B. Benedicto quateraginta & quinq; argenti libras, & pallium vnum. Item quando venit huc post mortem Ducis, posuit in Capitulo trecentos scyphatos, & omnes refectorij mensas mantilijs texit.

Alia vice obtulit beato Benedicto altare aureum, gemmis, & margaritis ac finalis ornatum, pallium altaris sericum cum vna purpurea ornatum margaritis ac finalis, calicē aureum paruum, planetam purpuream cum phrygio, & cum aquila ex margaritis contexta. Tunicam vnam ex Persico panno inaurato, pluuialia quatuor, Albas sericas quatuor, Albas bombycinas octo, par vnum candelabrorum ex crystallo, onychino & argento, aliud candelabrorum par argenteum cum malis crystallinis, duo argentea vasa librarum septem, laternā argenteam librarum octo, scrinium argenteum super altare cum nigello librarum octo, scrinium eburneum magnum, patenas argenteas deauratas cum nigello librarū quindecim, cum quibus Fratres in praecipuis festiuitatibus biberēt, concham argenteam cum aquamanili suo librarum viginti quatuor, vrcem ex crystallo magnum, scutellam argenteam cum nigello librarum nouem, cutellam aliam librarum sexdecim, alias duas librarum decem, pannum sericum magnum, & alios aequē magnos tres, & quatuor minores, circuitorta ad altare S. Benedicti quatuor, duas cordinas Arabicas, quae supra chorum pendēt, alias duas quae diebus Quadragesima in circuitu chori appenduntur.

Item post mortem Ducis posuit in Capitulo libras auri quinq; duasq; dedit infirmario, vnam pro expensis, alteram pro construendo balneo; multa praeterea qua nec recoli, nec numerari possunt. Obtulerunt item beato Benedicto monasterium sancti Petri Imperialis intra Tarantum cum decima piscaria, & manualium suorum, monasterium sancti Angeli intra Troiam, sancti Nicandri, sancti Anastasia in Calabria, sancti Nicolai in Sellaiano, & Fundicum in Amalphi cum pertinentijs suis. Anno sequenti eadem mulier de consensu filij sui Rogerij Ducis obtulit beato Benedicto per chartam aurea bulla signatā, locum in Calabria, qui Cetrarius dicitur, cum toto portu suo, & omnibus pertinentijs, cunctisq; colonijs suis, quem videlicet in dotem a praedicto viro suo Roberto Duce dudum acceperat, ea tamen conditione, vt quoad ipsa vineret, ipse locus ditionis eius esset; post eius vero obitum absq; vlla hereditum contradietione ad monasterij istius ius deuolueretur, appositā vna centum librarum auri, si quis contra agere tentasset. Super hac omnia misit beato Benedicto per Desiderium altare aureū pretiosissimū gemmis & margaritis, & (quod multo pretiosius est)

XXIII. Leo Off. li. 3. c. 57. OBLATTONES ROBERTI DVCTIS MONASTERIO CASSTRIN.

XXIV.

XXV.

XXVI.

beatissimi Apostoli & Euangelistae Matthei reliquis mirifice decoratum. Hactenus Leo de oblationibus à Roberto & eius coniuge delatis. Sed quis cetera numeret, nempe quæ ad Limina Apostolorum Romam misit, quæ ad basilicam quam struxit S. Matthei Salerni dedit? quæ ad alia sui Ducatus loca & monasteria quæ construxit?

Intuebatur ista oculis Leo eiusdem tunc monasterij Bibliothecarius, scribebatque ea. Cui quantum deferendum sit de rebus Roberti Ducis, & Rogerij Siciliae Comitis, magis quam Fazello, qui nuper res Siculas est profecutus: nemo non videt. Puto ipsum quidem eundem Leonem non vidisse, atque ita ex amota lucerna temporis, in pluribus, maximi que momenti rebus errasse. Quod si vidit, par erat, errantem redarguere mendacij, ut sua bene probata relinqueret, cum planè è diametro à Leone à pluribus in locis asertis ipse repugnet, dum Leo de Sicilia capta trophæa omnia Roberto tribuat; iste autem Roberto detrahens, Rogerio adscribat cuncta. Nam Leo Siciliam quidem Roberti viribus captam, administrandam verò datam Rogerio fratri testatur. An non comprobant ista etiam diplomata Romanorum Pontificum, & Roberti ipsius professiones fidelitatis tam Nicolao Secundo, quam successoribus Romanis Pontificibus exhibitæ de Ducatu Apuliæ, Calabriæ, atque Siciliae, suis locis superius enarratæ? cum è contra Rogerius ipse duntaxat Comes Siciliae appellatus inueniatur, & quidem subditus Roberto Duci, cui & homagium fecerit, ut eius homo diceretur, ut appellat eum Edinerus in vita S. b Anselmi, cum præsens illum videret, quantæque esset potestatis agnosceret, atque ea tunc scriberet, atque posteritati omni inde traderet. Cum enim ibi agit auctor de Paganis accedentibus ad S. Anselmum, hæc habet: *Suscipiebat omnes, & quos omnes? Paganos etiam, ut de Christianis taceam: siquidem nonnulli talium (nam eorum multa millia in ipsam expeditionem adduxerit homo Ducus Rogerius, Comes de Sicilia) nonnulli, inquam, t aliam fama bonitatis eius inter suos exciti, mansionem nostram frequentabant, &c.*

At non ipse tantum Rogerius Roberto fecisse reperitur homagium, ac iurasse fidelitatem, sed ipsius Rogerij posteri etiam Roberti successoribus, ut affirmat Romualdus Archiepiscopus Salernitanus in scripto à se Chronico, ubi agens de Vuillelmo Guiscardi pronepote ex Rogerio Siciliae Comite, hæc ait anno Redemptoris millesimo centesimo vigesimo sexto: *Inter ipsum Vuillelmum & Rogerium Comitem Sicilia ligium hominem eius, & patrum consobrinum discordia materiam ministrabant. Hæc sunt, quæ corrigas in his, qui res Siculas pro animi sententia tractantes, potius privato affectui indulgere, quam consensere veritati.*

At de Guiscardo iam plura locuti, de ipso hic ad postremum inditum sepulturæ ipsius epitaphium describamus, quod Venusiæ legebatur his verbis: c

*Hic terror mundi Guiscardus. Hic expulit Vrbe Quem Ligures, Regem, Roma, Alemannus habet. Parthus, Arabs, Macedumq; phalanx non tenuit Alexim, At fuga. Sed Venetum, nec fuga nec pelagus.*

IESV CHRISTI Annus 1086.

VICTOR. III. PAP. HENRICI III. IMP. 3. Annus I. ALEXII COMNENI IMP. 6.

I.

ANVS sequitur Christi millesimus octuagesimus sextus, Indictione nona, quo cum diu multumque laboratum esset à Catholicæ partis Cardinalibus, ut eligeretur Gregorij Pontificis successor: eodè deuetum, ut vi adhibita, Desiderium Casinensem Abbatem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem tituli S. Cæcilie elegerint, eundemque Victorem Tertium Pontificem appellarint. Quomodo autem ista quàm difficillima transacta fuerint, Leo d Ostiensis, quæ aderat, ita describit: *Iam serè annus in hac fluctuatione transierat, quo Sedes Apostolica pastor orbata erat, nullus Dominici gre-*

gis curam gerebat, & Guibertus heresiarcha cum suis sequacibus omnes Christi sanguine redemptas laniabat: cum circa Paschalem festiuitatem Episcopi, & Cardinales Romane Ecclesiæ ex diuersis Partibus Romam confluentes, mandauerunt Abbati, ut vnà cum Episcopis, & Cardinalibus Romanis, qui tunc secum morabantur, cum Gislelmo Salernitano Principe, qui tunc à Casalpino partibus venerat, ad quos quantocius pergerent, ut simul de Romana Ecclesiæ ordinatione tractarent. Ille nihil suspiciens de se illos cogitare, cum iam nulla de eo mentio fieret, assumptis omnibus, Romanam tendit ad Urbem. Quo autè applicuit die, id est, in v. gilijs Pentecostes, instante desiderio, ut Pontificatus apex alicui inungeretur, qui vel sibi, vel ipsis videretur idoneus: Romani prioris omnes, tam Clerus, quàm populus assentiri reuerunt. Per totam ergo illam diem fautores omnes Catholicae partis, & clerici, & laici frequentes eum adueit.

Iam verò circa vesperam congregati pariter Episcopi, & Cardinales, & Romani omnes, qui in fide Catholice gregis perdurabat, in Diaconia S. Lucie: omnes unanimiter Desiderium multis precibus orare ceperunt, ut Romanum Pontificatum suscipere non recusaret, eumque per diuina omnia, & humana obtestari, ut subueniret Ecclesiæ periclitanti, & in naufragio penè constitutæ. Sapius ad eius genua, plerisque lacrymantibus, corruentes. Desiderius, qui iam dudum instituerat vitam quietam transigere, tempus suum optandum in diuina peregrinatione finire: omnimodis renuere cepit, & hoc se nunquam facturum protestari. Instare illi vehementer, perseueranter insistere: ipse vehementius reniti, resistere perseuerantius, dicens, si se inuium, ac per vim ordinarent: ad monasterium quamprimum rediturum, nullamque Pontificatus rationem habiturum: eosque propterea, & Ecclesiam Romanam ludibrio fore exponendam. Et quia tardior iam hora processerat, imminente iam nocte, ad sua quique reuersi sunt.

Postridie verò, id est Dominica Pentecostes, omnes ad eum summo mane conueniunt, eadem repetunt. Sed ipse nihil segnius in sententia persistat. Cumque se nil proficere cerneret: omnes unanimiter Desiderium flagitant, ut ipse illis Antistitem nominet: electuros se quem ille dixerit. Habito verò cum Cincio Romano Consule secreto consilio: Ostiensem Episcopum nominat. Rogant post hæc, ut quem ipsi eligerent, ille in Casinensi monasterio susciperet: ac sicuti Gregorio fecerat, donec pax daretur Ecclesiæ foueret. Id se Desiderius libentissimè facturum reponisit, atque, ut sibi sua agerent, protensa quam manu tenebat ferula, monuit. Iam de Ostense eligendo decernebant: cum repente ex Cardinalibus quidam eam electionem esse contra canones asserens, nunquam se consensurum affirmauit.

Illis temporis, ac necessitati obsequendum asserentibus, ille nequaquam potuit à sententia abduci. Verum (ut sapientissimus testatur & Paulus) non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Mox enim Episcopi Cardinales, vnà cum Clero, & populo Desiderij duritia substomachati, cum precibus nihil profecissent, vi agere instituerunt. Vno igitur animo, pari que, consensu captum inuitum licet ac renitentem ad Ecclesiam Christi martyris Lucia perducunt: ibique iuxta a mortem Ecclesiæ, electo Victoris nomen imponunt. Sed quoniam hæc omnia (ut diximus) contra eius animum fiebant: captam quidem rubeam induit, Alba verò induere eum nunquam potuerunt. Eo igitur tempore Praefectus Imperatoris à Duce, Rogerio scilicet, & eius matre dimissus, ob id videlicet, quod Episcopi, & Cardinales, agente tamen Salernitano Principe, Salernitanum Archiepiscopum sacrare noluerant, die noctaque militibus iniqua stripe conductis, aduersus electum in Capitolium pergens, persecutiones et maximas intulit.

Post dies quatuor idem electus egressus Roma, Ardeam venit; ibique triduo remoratus, Tarracinam perrexit, ubi Crucem & chlamydem, & cetera Pontificatus insignia ita dimisit, ut eis vii nulla iam ei ratione persuaderi posset, malens omni vita sua tempore in humiliori habitu viuere, quam tanti ordinis oneri colla submittere. Instabant ei quotidianis precibus, lacrymisque creberrimis; obijciebantur Ecclesiæ magna discrimina, ingerebatur animarum perditio, quibus ei manifestissimè diuina indignatio intentabatur. Cum inter hæc omnia rigidus ille persistens Casinum reuertitur. Sicque anno serè integro sancti nullis precibus, nullis rationibus potuit. Non tamen ideo Cardinales & Episcopi, qui aderat, segnius instabant, Iordanem Principem Capuæ, vrgentes, ut Romam ad electum consecrandum vnà pergeret. Qui magno cum exercitu ad monasterium veniens, partim electi montis, partim feruore astatis

DESIDERIUS ELIOMINI NORECV SAT.

II.

III.

IV. DESIDERIUS IN VITVS ELECTVS VICTOR PAPA NNVCV. DATVR. C. I. COT. I.

V.

XXVII. NON ROGERIVS SED ROBERTVS DVX SICILIAE.

Leo Ost. li. 3. c. 15. & 49.

ROGERI COMES ROBERTI VASALL. b Extas a pad Sur. 10. 2. die 21. April. li. 2.

XXIX.

vit. V nil. Mamesb. hist. Angl. lib. 3. EPITAM PHIVM ROB. GVI. SE.

Leo Ost. lib. 3. c. 65. 66. 67.

inimio ulterius progredi noluit. Hucusque Leo de rebus gestis anni huius in electione Victoris, reliqua suo loco, sequenti anno dicuntur.

VI.

Quoniam autem statu essent hoc anno res Germanorum pugnantibus Catholicis aduersus schismaticos, Bertholdus Constantiensis, qui aderat ita narrat: His temporibus, anno videlicet millesimo octogesimo sexto, fideles sancti Petri Principes Sueuorum cum Saxonibus, & Baioarijs generale colloquium post festum Apostolorum propè VVirceburg condixerunt. Quod Henricus congregata multitudine schismaticorum interurbare voluit. Sed Sueuis superuenientibus resistere non valens, ad tempus eis locum dedit. Ipsi autem Herbipolim ad obsidendos fautores Henrici processerunt, & adiunctis Saxonibus, eandem sepè circumdederunt. Interim Henricus exercitum viginti penè millium, pedites, & equites congregauit, & ad ciuitatem liberandam iam quinq; septimanis obsessam aciem direxerunt. Quo audito fideles sancti Petri, soluta obsidione, obuiam ei duobus milliariibus, non tam multitudine sua, quàm misericordia Dei, & iustitia sancti Petri, non tam armis, quàm virtute sancta Crucis confisi processerunt. Vnde & Crucem altissimam in quodam plastro erectam & rubro vexillo decoratam vsq; ad locum certaminis secum duci fecerunt. VVelfh quoq; Dux cum sua legione, & Magdeburgensis legio, relictis equis, pedites incedebant. Cum autem iamam congressuri essent, omnes in terram prostrati, cælum oratione penetrauerunt, quam pro eis ibidem reuerendissimus Magdeburgensis Archiepiscopus cum multis lacrymis, & gemitibus effudit. Igitur in nomine Domini congressi, incredibilium hostium stragem fecerunt, ita vt nouem nimum alta congeries caduerum ibi viderentur, præter illos, qui per campos, & siluas fugitantes occubuerunt.

VICTORIA POTHOLICI ADVERSUS SCHISMAT.

VII.

HENRICI IMP. CLAUDI INGENS.

Henricus autem in primo impetu congressionis dissimulato habitu primus inter primos terga vertens, omnia vexilla sua nostris delinquens, vsque ad Rhenum satis acceleratè peruenit, sed nostri eum longo tempore insecuti, tandem magnam prædam de hostibus reportauerunt; ipse sanè scintilla cum vestimentis regalibus, item nescio quot capellas Episcoporum cum alijs innumerabilibus nostri acceperunt. In illa ergo congressione quot millia aduersariorum occubuerint, nondum explorare potuimus. Ex parte autem fidelium sancti Petri nonnisi quindecim homines mortuos inuenire potuimus, licet diligentissimè perquireremus. Et de ipsis quindecim nonnisi tres in loco certaminis obiere, reliqui aliquot diebus postea vixerunt. Inter mortuos, & vulneratos nonnisi triginta reperire potuimus ex nostris.

VIII.

Et hoc vitæ, nulli humana virtuti, sed potius diuine adscribendum est, eùm fideles sancti Petri vix decem millia habuerint: aduersarij autem etiam viginti millia excessisse referantur. Itaque nostri per misericordiam Dei victoriam potiti, in campo certaminis ea nocte castrametati sunt, & in crastinum ad obsidionem vrbs reuersi absq; sanguine eam coperunt. Deinde VVirceburgensi Episcopo cum magnis laudibus ciuim, clericorum & laicorum in sede suam restituto, congruoq; militum presidio ciuitati imposito, ipsi cum magna gloria & letitia singuli in sua redierunt. Factum est autem hoc prælium in sequenti die post festum sancti Laurentij, videlicet in anniuersaria die, quando Hermannus Rex cum Suetis Baioarijs denuit. Ego quoq; ipse, qui hæc Chronica à millesimo quinquagesimo quarto anno Dominica Incarnationis hucusq; perduxim, de prædicto prælio non tam aliorum relata, quàm que ipse vidi, & audiui, ad laudem & gloriam Dei, fidelibus annuntiare curauim. Hucusque Bertholdus.

IX.

Eodem anno Mantuæ decimoquinto Kalendas Aprilis ex hac vita migravit in cælum sanctus Anselmus Lucensis Episcopus, de quo sæpè superius mentio facta est; in cuius vita eius discipulus hæc de tempore obitus eius: Igitur anno Incarnationis Domini nostri IESV Christi millesimo octogesimo sexto, Episcopatus verò sui decimo tertio, indictione nona, finitissimè annis septem excommunicationis Henrici quondam Regis, post transitum autem felicissimi Papæ Gregorij Septimi, mensè nono, die verò vigesimotertio, obdormiuit in Domino venerabilis Dominus & Pater noster Anselmus Lucensis Episcopus, decimoquinto Kal. Aprilis, in ciuitate Mantuana, præsentente reuerentissimo Episcopo Vbaldo, atq; dominante ibidem nobilissima Duce & Marchionissa domina Mathilda. Quo modo autem cõigerit præter institutum, vt non in Capitulo monachorum sancti Benedicti, vt ipse iusserat, sed in Episcopium delatum fue-

OBITVS S. ANSELMI LVCENSIS EPIS.

rit eius corpus, ita idem auctor paulò superius:

Et cum concedentibus Episcopo atq; Comitissa, carerisq; omnibus iam deferentibus ad monasterium corpus: affuit subito reuerentissimus Sabinenfis Episcopus Dominus Dominico, quem & Spiritus sanctus suscitauit, vt clamaret, dignum esse, vt in Episcopo Episcopus sepeliretur. Tanta (inquit) lucerna, non decet, vt abscondatur. Ipse adhuc viuens, tanquàm indignum se humiliavit: nos autem vt verè dignum exaltare oportuit hominè, quem fuisse scimus sanctissimum. Acclamatum est idem statim ab vniuersis, rapiturq; à monachorum exequijs, in Episcopium defertur, ibiq; venerabiliter sepelitur. Mirabamur hoc quasi magnum primò miraculum, nescientes quid deinceps mirabilius erat futurum. Nam & id quoq; primò notauimus, quod multi Episcopi, & Cardinales, magna etiam multitudine, die obitus sui eadem in ciuitate conuenerant, & ipsius transitum, & clara miracula viderunt post obitum. Porro cepere edi miracula tertia die post obitum, quæ sic idem auctor aggreditur enarrare:

Tertia itaq; nocte post sanctissimi Patris venerandam dormitionem quadam contracta, quæ vnà semper manu, & posterioribus persona sepebat potius quàm gradebatur, quæ etiam in domo nepotus Episcopi annum vnum, & duos menses, ac dimidium manserat, apud prædicti Patris tumbam, meritis ipsius sana erecta est in prima noctis vigilia. Sequenti verò die circa tertiam (vt visum est) horam fertur, quod quadam à nativitate cæca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienfis Comitatus incolam tunc audiuimus. Eodem quippe die, &c. Breuitatis enim causa describere prætermittimus octoginta insignia miracula, quæ ibidè à Sancto edita fuerunt vsque ad quinquagesimum diem ab eius obitu, quo idem auctor illa scribebat. Porro accedit auctarium, nempe epistola Vbaldi tunc Episcopi Mantuani ad Mathildem de miraculis ibidem visis vna die, nempe, vigilia Ascensionis Dominicæ: quæ quoniam breuis est, hic eam reddere non grauabimur. Sic se habet:

Domina Mathilde Vbaldis Mantuanus Episcopus gaudium & letitiam.

Immensò desiderio vestro desideratam scribimus letitiam. Fuit quadam de Capriana, quæ velut animal, manibus & pedibus incedebat, quæ Deus omnipotens per meritum sanctissimi Patris nostri erexit, & ad iter tantum officio pedum (sicut hominis naturæ expectari concessit). Simile etiam remedium cuidam de insula Parmensi, quæ est iuxta caput Parmula, similiter incuruato conferre dignatus est. Præterea puer quidam de Monteclaro manum, & pedem contractum habebat, cui Deus vtrumque precibus beatissimi Prasulæ, ad certum vsum restituit. Necnon mulieri cuidam, de loco, qui dicitur Insula egei, quæ manum aridâ habebat, per eiusdem patroni nostri intercessionem optata salus aduenit. Cuidam quoque puero de Riualta vsum reddidit. Quadam similiter de Episcopatu Veronensi, cum iam ciuitati nostre appropinquaret, oculator claritatem recepit. Quidam etiam de Plouizano, cui calcanei natibus indissolubiter adharebant, pristina restitutus est sanitati: quem Domino, & religioso viro Lugdunensi Archiepiscopo ostendimus, & locum denotauimus vbi calcanei iuncti fuerant. Quem multi ex Episcopatu Brixia, & Verona, diuersisq; alijs partibus, qui conuenerant pro veneratione sancti viri in vigilia Ascensionis Domini, & videntes fieri conuersi sunt ad Dominum, abrenunciantes diabolo, & sequacibus eius, & promittentes, se prius ad effusionem sanguinis peruenturos (si ad id periculi deuenirent) quàm ab hac fide deficerent. Hæc omnia in vigilia Ascensionis Domini, & in sequenti nocte facta sunt, & multa alia, quæ præ multitudine inuenire non potuimus: quæ si inuenierimus, scribemus. Hactenus Vbaldis Episcopus ad Mathildem.

Conferebant ista plurimum (vt audiui) ad salutem etiam animarum, nimirum eùm viderent schismatici ab Episcopo, qui verbis, scriptisque Gregorium Papam defenderat, atque Guibertum Pseudopontificem improbauebat, tot tantaque miracula edi: planè Deum stare à parte Catholicorum intelligentes, qui perspicaciores essent, & non obstinati mente, ex schismate recedentes, ad Ecclesiam Catholicam spontè redibant. Quod & testatur alius eiusdem temporis auctor Bertholdus Constantiensis, dum in Chronicis suis eiusdem Anselmi hoc eodem anno mentionem faciens hæc habet:

Beatus Anselmus quondam Lucensis Episcopus, ipso eodem

X. DE SEPVLTURA S. ANSELMI LOCO.

XI. DE MIRACVLIS S. ANSELM. LVCENSIS EPISC.

XII. VBALDI EPISC. EPISL. AD MATHIL.

XIII. DE MIRACVLIS S. ANSELM. LVCENS. CONVICTI ERRORES SCHISMAT.

*sua depositio anno, unumerabilibus copit miraculis coruscare, qui post obitum venerabilis Papae Gregorij Septimi fideles S. Petri contra tyrannidem Henrici adhuc in carne viuens multum incitauit, sed multo plus post obitum suum miraculis coruscans, eosdem contra eundem persistere confortauit: vnde & pars Henrici de die in diem copit desicere; Catholici autem in fidelitate S. Petri non cessauerunt proficere. Haec ipse. Et in eandem sententia Domnizo in vita Mathildis versibus istis:*

*Artus Anselmi condidit Mania ueris,  
De quo quod gliscit monstrasti, Christe, Mathildis:  
Nam virtute tua fecit miracula plura,  
Seruulus ipse tuus de sanctis extitit vnus.  
Catholica parti fauet indicium probitatis,  
Schismatica parti signum quasi debilitatis.  
Inde triumphando gaudet Comitissa precando:  
Huius enim Patris precibus putat auxiliari, &c.  
Porro Mathildem curasse, vt vita Anselmi scriberetur, idem auctor paulo inferius his docet versibus:*

*Tertius existens ab eo Lucensis, & ille  
Rangerius rector didicauit eam sibi securo.  
Dicit aut pulchrum nuper librumq, secundum, &c.*

XIV.

SCRIPTA  
S. ANSEL  
LVGEN.

At non extat ille quidem, sed tantum, quae soluta oratione ab Anselmi penitentiaro scripta habentur, à quo & lucubrations Anselmi recensentur his verbis: Ex multis ac diuersis sanctissimorum Patrum voluminibus vnum compilauit canonicarum sententiarum non modicum corpus. Extat illud ipsum integrum iam cufum. De quo ipso volumine in vita illa prolixius scripta haec leguntur: Apologeticum vnum ex diuersis sanctorum Patrum voluminibus compilauit, quibus Domini Papae Gregorij sententiam, & vniuersa eius facta, atq, praecpta canonicis defenderat rationibus. Multos libellos proprijs manibus conscripsit. In lamentationes Hieremiae dulcissimam fecit expositionem. Psalterium quoq, rogatu benedictissime Dei Mathildae exposuit luculentissime breuiter quidem, sed vtiliter vsque ad illum locum: Benediximus vobis in nomine Domini. Ibi siquidem expositionem finiuit, nobisq, omnibus, vt alter Patriarcha Iacob benedixit, cuius (vt notum est) in vniuersam iam Italiam benedictio descendit. In ipso etenim, & per ipsum haereticis, & schismaticis alij confunduntur. Et inferius de obseruantia erga Gregorium Papam.

XV.

S. ANSEL  
MVSINI  
TATOR  
CREG. PP.

Ante omnia verò id studij semper habuit, quatenus sanctissimum magistrum suum Papam Gregorium imitari etur in omnibus, adeo vt discrepare ab illo proorsu nollet, etiam in aliquo: Illius semper meritis tribuit quidquid in ipso fuit, dum vti am rememorauit monasticam & solitariam, quam se crebro fleuit amisisse, &c. At ipse vita scriptor perorans, quisnam fuerit, ita declarat: Haec de beatissimo patre & patrono nostro sancto Anselmo Lucensi Episcopo perpauca quidem, quantum ad ipsius merita, sed vestro spero pijs desiderijs proficietia. Ego B. peccator, presbyter tuus in paenitentia, non du o filius sed seruus, ab ipso multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus, venerabiliter vobis expectantibus explicauit deuotus. Precor vos, orate pro me. At de Anselmo modo haec tenent, & pro instituto satis.

XVII.

CHARV  
SIA SOLI  
TVDO  
QVANDO  
HABITA  
RI COE  
PPA.  
a pnd. iur.  
die 1. Apr.  
c. 2.

Hic itidem anno Carthufiae solitudo coepta habitat. à S. Hugone Episcopo Gratianopolitano, sanctoq, Brunone auctore sancti instituti, eiusq, locijs, quo loco & nomen accepere, vt Carthufiani monachi dicerentur. Quod ad tempus spectat, cum superius dictum sit ex eiusdem S. a Hugonis vitae Actis, ipsum anno millesimo octogesimo creatum fuisse Episcopum Gratianopolitanum, post duos vero annos adijisse Cluniacens, ibiq, moratum annum vnum, inde ad Episcopatum reuerfum, in eo tragegit tres annos: plane inuenies, sexto anno à sua ordinatione cum locijs, hoc nempe anno petijisse Carthufiam. Quomodo autem anno sexto post incolatum Carthufiae idem Bruno vocatus fuerit ab Urbano Papa, ab eoq, aliquantum retentus, suo loco dicitur.

EVSTA  
THIVS PA  
TRIA  
CHA CO  
STANTI  
NOP.

Quod spectat ad Orientalem Ecclesiam, hoc anno Colmas Patriarcha Constantinopolitanus, vbi sedisset annos quinque & menses sex, decessit: atq, in locum eius substitutus est Eufathius cognomento, Gardes. Haec de iunctione ex codice iuris Orientalis, tomo primo, in quo inest series Patriarcharum Constantinopolitanorum.

IESV CHRISTI

Annus 1087.

VICTORIS III. PAP. HENRICI III. IMP. 4.  
Annus 2. ALEXII COMNENI IMP. 7.

MILLESIMVS octogesimus septimus sequitur annus, Indictione decima inchoatus, quo Victor Papa septimo Idus Maij Romae consecratur. Quomodo autem ista contigerint, Leo b Ostiensis rerum inspector sic narrat: Sequenti anno, medietate Quadragesima apud Capuam Episcoporum congregato Cocilio, cum ipse electus vna cum Episcopo Cardinalibusq, Concilio praesideret, Cincius etiam Romanus Consul nobilibus plerisq, Romanis, Iordanusq, princeps Capuae & Rogerius Dux cum omnibus fere suis optimatibus adesset: furore Concilio, rursus ex insperato illum clerici & laici precibus lacrymif, multis satigant. Sicq, biduo immobilis persistit. Tandem Duce, ac Principe, Episcopus & fidelibus ceteris ad eius vestigia stentibus, victus precibus ac rationibus cessit: Electionemq, praeterita, Crucem ac purpuram resumendo, firmavit duodecimo Kal. Aprilis, Dominica in rami Palmiarum. Inde Casinum reuersus, ibi Pascha celebravit.

Solemnitate peracta, cum Capuano, ac Salernitano Principe Romanam periret, ac iuxta Ostiensem urbem Tiberim cum omnibus transiens gratulatore comprehensus, extra portum sancti Petri tentoria fixit. Et quia Rauennas haereticus, qui viuente Gregorio Papatum inuaserat, sancti Petri Ecclesiam armis tenebat, insistentibus militibus Principis, eadem die recuperata Ecclesia est. Dominica verò Ascensionem subsequente Romanam fere omnibus transiens Tiberim magna cum frequentia celebritate occurrentibus, electus ipse, ab Episcopis Ostiensi, Tusculano, Portuensi & Albanensi, Cardinalibusq, & Episcopis & Abbatibus assistentibus plurimis, Ecclesiastico more sacratus, & in Apostolica Sede locatus est septimo Idus Maij. Et paulo inferius: Pradictus autem Pontifex Roma diebus octo remoratus vna cum memoratis Principibus ad hoc monasterium rediit.

Paruo post tempore Comitissa Mathildis Urbem adiens, eum Legatus in his multis deprecata est, vt eius sui aspectibus atq, allocutionibus mereretur; eam quippe causam solam sibi fuisse Romam ad eundem, quid ageret ignorabat. Urgebat eum languoris molestia nupquam progressa, sed pro Ecclesia commodus vilis erat illi salus corporis sui. Iter itaque per mare festinus aggreditur: cumq, ad Urbem peruenisset, à Comitissa & eius exercitu, ac ceteris beati Petri fidelibus deuotissime officiosissimeq, suscipitur, atq, in Ecclesia beati Petri octo diebus remoratus est. Postmodum in die sancti Barnaba super altare sancti Petri Missam solemniter celebrans, eadem die auxilio atque ope Comitissae traiecto Tiberi, ingreditur Romam. Trans Tiberim Urbem tota, Romanorumq, maximam partem, & omnem pene nobilium caetum, castrumq, sancti Angeli, beati Petri Basilicam, urbem Ostiensem ac Portuensem habebat sub ditione sua. Morabatur autem apud insulam Roma, qua & ipsa sui iuris erat.

Die igitur qui Apostolorum praebat natalicia, nuntius quidam quasi ab Imperatore veniens, Consules ac Senatores, populumq, Romanum, nisi à Victore desicerent, a corona submouit Imperij. Cum subito Romani superuenientes, praeter Ecclesiam beati Petri, vniuersa ceperunt: ipsaq, verò Ecclesiam, quam Pontifex homines desuper tuebantur, ingredi nullo pacto potuerunt. Verum qui à haereticis Guiberti insinua erat multitudine, qui ex parte Pontificis erant, aduersus tantam hostium manum obistere non valentes: Trans Tiberim, suis in castrum sancti Angeli se receperunt. Iam verò die media in Ecclesia sancta Mariae in Turribus Missam Rauennas haereticus cantauit. Sole autem ad occasum vergente, qui in Ecclesia steterant, palam exmat discesserunt. Ira pro dolor beati Petri Ecclesia, eo potissimum die, quotidie, quo toto orbe eius festiuitas colitur, tam nocturno, quam diurno officio eruit. Sic spes Guiberti elusa, qui in Apostolorum solemnitate Missas ibi celebrare cupiebat. Die altera ad haereticis, Apostolico altare locato, Missa ibi peracta est. Postea die cunctis ad suam redeuntibus, eadem Ecclesia in us Victoris Papae remeant.

Et item tempore peregrini quidam, dum orationis gratia ad beatum Benedicti monasterium pergeret, obitum habuerunt cano-

I.  
Leo Ost.  
1. 3. 67  
68.  
CONCIL  
CAPVA  
NVM.

II.  
VICTOR  
PAPA RO  
MAE CON  
SECRATA  
IVR.

III.  
ADVEN  
VS MA  
HILDIS  
COMAM.

IV.

VIGNA  
VR PRO  
BCCLE  
SIA S. PE  
TRI.

V.

VISIO DE PETRO APOST.

nicum senem. Percontantibus, quis esset: Petrum Apostolum se esse respondit. Sciscitantibus, quo pergeret: Ad fratrem, inquit, Benedictum proficiscor, ut cum illo passionis meae celebrem diem. Roma quippe consistere nequeo, quia Ecclesia mea diuersis procellis agitatur. Quod dum Fratribus viri illi postmodum referrent: ad succedentium memoriam constituerunt, eiusdem Apostoli solemnitatem non minori veneratione quam patris Benedicti celebrandam. Sed quod ab eo per Christum Fidei principium emanauit, ex quo omnis propago sacerdotum feliciter germinauit: utique debuerat solemnius celebrari.

VI.

Quod autem audisti Guibertum ea die Missam celebrasse in Ecclesia in Turribus dicta: eam fuisse Pantheon ab Agrippa aedificatum, & à Bonifacio Papa in Ecclesiam commutatam, intelligas ex his, quæ Bertholdus in Chronicis hoc anno sic habet: Guibertus verò hæresiarcha non magis ab incepta peruersitate cessauit; immò se apud S. Mariam ad Martyres (quam Rotundam dicunt) in castellauit. Dominus autem Papa in Insulam, quæ inter duos pontes sita est, se recepit. Hæc Bertholdus Constantiensis.

MATHILDIS VICTORIA ADVERSUS SCHISMATICOS

Inter hæc autem Mathildis reuocatur in Galliam Cisalpinam: nam Guiberti opera eius Comitatus impetitus est præliis, ducibus Parmensi Episcopo vnâ cum Regiensi. Quos omnes Mathildis noctu dum quiescerent, nec quidquam tale timeret, aggressa, vicit auspice Petro. Tunc Heberandus Parmensis Episcopus captus, Gandulphus Reginus fuga lapsus tribus diebus latuit in spinetis. De tanta autem victoria Dominizo hos habet versus:

Gaudet turba Petri, turbatur concio Regis, Inlyta Mathildis terror fuit omnibus illis.

VII.

Leo Ost. 4. 3. c. 69. GUIBERTI NEFANDA SCHEMATA.

Inter eam verò Guibertus per suos Ecclesiam persequi acrius pergit, de quo ista Leo Ostiensis subiicit: Pulsis Catholicis Episcopis & Abbatibus, alysis Ecclesiarum præpositis doctrina & religione præstantibus: scelestos & illiteratos, singulis viribus, monasterijs Ecclesiisque præfecit. Sæpe singulos plerumque, binos annis singulis magistri sui Simonis merimonio execrando substituens, depradandis locis sanctis, sibiq; non fauentibus Christianis, immò ipsis quoque fauentibus, dum non esset qui armato resisteret, loge lateq; sauitia Neronis & Decij perditâ voluntate grassatus est. Et interius: Illi nempe Guiberto nemo Apostolicam reuerentiam exhiberet, vel obedientiam, præter Imperatorem, eiusque complices, vel qui se illi propter auaritiam (quæ est idolorum seruitus) vel perpetuò, vel ad tempus sub iurifurandi sacramento venderant. Quorum plerimi, quibus eius perfidia claruerat, dum execrabilis diuina immolaret, sacrificia, nec adesse tolerabant, scientes eum nulli Romano successisse Pontifici, sed perfidum, periurum, inuasorem ac simoniacum Gregorio Papa super adiectum fuisse. Catholicis verò, qui zelo Dei fide ac religionem tuebantur, Victori Papa sanctitate ac religione præstanti adhaerebant. Hæc Leo.

VIII.

VICTORIA AD VERSVS SARRACENOS AFRICANOS.

Qui verò Pastor legitimus gregis erat, & germanus Ecclesie Catholice Episcopus Victor, vitans bella genere aduersus Christianos, quos indignario vel gratia Henrici ad tempus ab Ecclesia separauerat: omnem illam expeditionem militarem conuertit aduersus improbos Sarracenos, Italiae iugiter litora infestantes, Christianosque captiuos abripietes. Quam autem felicissimum finem ea expeditione fuerit consecuta, idem Leo Ostiensis sic breuiter narrat:

Id. ibid. 70.

Aestuabat autem idem Apostolicus Victor Sarracenorum in Africa morantium superbiam frangere, perfidiamq; conterere. Consilio itaq; cum Episcopis & Cardinalibus habito ex omnibus fere Italiae populis exercitum congregans, illisq; vexillum B. Petri Apostoli tradens sub remissione peccatorum omnium contra Infideles impiosq; in Africam dirigit. Christo itaq; duce ingressi Africam, centum milia pugnatorum occiderunt, vrbe illorum præcipua capta & excisa. Porro ne quis ambigat, hoc Dei nutu contigisse, quod die Christiani victores euasere, eo etiam Italia nuntiatâ victoria est. Hæc Victor Papa, qui Victoris Papæ & martyris, Africani genere cultor, pro Africanis aduersus Arabes bellum suscepit, felix principium felicioribus incrementis profecturus, si licuisset. De hac putò victoria loquitur Bertholdus, dum hæc habet anno sequenti: His temporibus Pisani & Genueses, & alij multi ex Italia Africanum Regem Paganum hostiliter inuasunt, & depradata eius terra, ipsum in quadam munitione compulerunt, & cum deinceps Apostolicæ Sedi tributarium effecerunt. Hæc ipse.

Eodem anno, mensè Augusto, idem Pontifex Benevolentia Synodum habuit; quæ autem in ea cõstitata sint memoria digna, idem Leo sic narrat: Victor autem Tertius egressus Vrbe, ad monasterium venit, sociatq; sibi Episcopis & Cardinalibus, Ecclesiam S. Nicolai in Pica solemniter dedicauit. Mensè verò Augusto Synodum celebrare cum Apulia & Calabria Episcopus statuens Beneuentum perrexit. In qua idem Apostolicus præsidens, ait: Noui vestra dilectio, charissimi fratres Caepiscopi (neglatet orbem vniersum) sancta Romana & Apostolica Sedes, cui Deo auctore deseruio, quot aduersa pertulerit, quot demq; per simoniaca hæreses irapezitas malleis, rursusq; perfrecta sit, adeò vt columna Dei vni videretur iam penè concussa nutare, & sagena summi piscatoris intumescentibus fluctibus distrumpi, ac naufragij sorte perire. Guibertus enim hæresiarcha, qui viuente sancta memoria prædecessore meo Gregorio Papa Romanam inuasit Ecclesiam: Antichristi præcurator, & satana signifer oues Christi dispergere, maculare, lamareq; non desinit.

IX.

Id. ibid. c. 71.

CONCIL. BENEVENTANVM.

Incitator enim inceptorq; malorum factus, quantas Gregorio Pape iniurias; quas persecutiones, quot clades intulerit, referre quis possit? excitauit contra eum conuictus ipse conspirationis auctor fugauit Vrbe, sacerdotio quatum in se fuit, simoniacus, periurusq; priuauit, commouit aduersus eum Romanam Imperium, conuictus gentes & regna; & (quod à seculo est inauditum) excommunicatus ipse atq; damnatus sanctum Pontificem excommunicare presumpsit, Romanam Vrbein hæcenus sacrilegij, cadibus periurij, conspirationibus, flagitijs, & vitiorum omnium ludibrijs profanare non desinit, & Simonis magi perfidia incensus, nequitia sua complices ad tam impium & execrabile facinus euocans, coactò Imperatoris exercitu Apostolicæ Sedi inuasor effectus est contra præcepta Euangelica, contra Prophetarum Apostolorumq; decreta, contra canonum & Romanorum Pontificum iura, nullo Cardinalium Episcoporum præcedente iudicio, nullo Romani Cleri approbante suffragio, nullo deuoti populi requisito consensu in sancta Romana Ecclesia totius nequitia ac perditionis caput effectus est. Sed omnipotentis Dei potentiam cum iam dictum Gregorium Pontificem post labores ac certamina plurima ad aeternam requiem euocasset, & vnanimi concordia Episcopi & Cardinales prouincialesq; Antistes vnâ cum Romano Clero & populo paruatem nostram modis omnibus contradicentem & renitentem Apostolicæ Sedi præfecessent: non timentes aeterni Imperatoris iudicium, nunc vsq; Christum & oues eius, pro quibus ille sudat sanguinem suum, persequi non omittit. Idcirco auctoritate Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, omniumq; Sanctorum, omni illum sacerdotali officio & honore priuamus, & à liminibus Ecclesie separantes, anathematis vinculo inmodamus.

X.

DAMNATIO GUIBERTI ITERATA SVB VICTORE.

XI.

Notis præterea, & bene notis, quos dolo machinati sint, quantasq; mihi pressuras intulerint Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, & Richardus Masiliensis Abbas, qui pro fastu & ambitione Sedis Apostolicæ, ad quam dudum clam inhiabant, vbi uois suis potius nõ sunt, schismata in sancta Ecclesia fecerunt, & Richardus quidem Romam nostram electionem cum Cardinalibus & Episcopis egerat: Hugo autem ad nos post paululum ueniens affusus vestigijs, dum obsequium nobis summo Pontifici debitum multis ac reiectantibus exhiberet legationem à nobis in partibus Galliarum postulauerat & acceperat. Itaq; donec paruitatem nostram electioni factæ atq; à se approbata repugnare conspexerant, ipsi modis omnibus instabant, ne onus pro uilitate Ecclesie nobis impostum abiceremus. Vbi verò nos tandem cedere per uiderunt, conceptam diu flammam clibamus exarsuratus euomunt. Quapropter cernentes sibi atrium omnium vnanimi tatem constantem oblectari: ab eorum & nostra sunt continuo communionem seuincti. Vnde uobis Apostolica auctoritate præcipimus, ut ab eis abstinere curetis, neq; illis omnino communitis, quia Ecclesia Romana communionem suam se sponte priuauerunt. Nam ut beatus scribit Ambrosius: Qui se à Romana Ecclesia segregat: verè est habendus hæreticus.

XII.

DE RECENTIB. SCHISMATICIS VNDIS.

Constituimus etiam, ut si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius laice persone susceperit, nullatenus Episcopus vel Abbas habeatur, neq; vlla ei ut Episcopo vel Abbati adhibeatur reuerentia. Insuper ei beati Petri gremium & uitroium Ecclesie interdicimus quousq; locum, quem sub tanto crimine ambitionis & inobedientia (quod est scelus idololatriæ) cepit, respiciendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis gradibus, dignitatibusq; constituimus. Si quis item Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cuiusuis potestatis secularis

XIII.

CANON. CONCIL. BENEVENTANI.



\* decem & octo

XIV.

XV.

XVI.

VICTORIS PP. MONITO DE ELECTIO-NE SYC-CESSORIS

XVII.

VICTORIS OBITU.

a Chron. Cass li. 4. c. 8. b Leo Off. c. 73. EPITAPHIUM VICT. PP

laris Episcopatum, vel quamvis aliam Ecclesiasticam dignitatem dare presumpserit, eiusdem sententia vinculo se astrictum noverit. Cum trecenti & octo Patres in Niceno Concilio omnes huiusmodi vendentes & ementes excommunicauerint, censentes ut qui dat, & qui recipit, anathema sit. Cum huiusmodi igitur Episcopis, Abbatibus, aut clericis reliquis qui communicat, vel orat, aut ipsorum audit Missas, vna excommunicationis sententia pleclitur; qui nec sacerdotis quidem ritè putari possunt.

Pœnitentia verò & communio à nemine, nisi à Catholico suscipiatur. Quod si nullus adsit Catholicus presbyter, rectius est sine visibili cõmunionem persistere, & inuisibiliter Domino cõmunicare, quàm eam ab heretico sumendo, à Deo separari. Nulla enim (vt ait Apostolus) conuentio Christi ad Belial, neq; pars aliqua Fidelium cum Infidelibus. Omnis autem hereticus Infidelis est. Simoniacis verò, quia hereticus, idcirco infidelis. Nam sacram Christi cõmunionem quamvis visibiliter & corporaliter Catholicis propter imminentes hereticos habere non possint, dum tamen mente Christo coniuncti sunt, eius cõmunionem inuisibiliter sumunt.

Hac igitur omnia dum omnium Episcoporum in Cõcilio astantium fuissent suscepta iudicio & auctoritate probata: disseminata continuo vbiq; per orbem suere. In eodem verò Concilio Pontifex infirmatus grauius, post triduum, peractis omnibus, festinus ad monasterium redijt comitibus Episcopis & Cardinalibus, & in Capitulum Fratrum se ferri praecepit. Vbi sub districto anathemate prohibuit, ne quis ex successoribus suis auderet vendere fundos, Ecclesias, villas, vel quascunq; possessiones ad monasterium Casinense pertinentes. Simili modo inter dixit, ne quis monachorũ absq; cõsentientia Abbatibus sui libellum facere auderet, quod si fieret, irritum esset. Constituit etiam, vt omnia monasteria, qua sub ditione nostri huius Casinensis cœnobij sunt: singulis annis huic nostræ Congregationi prandium faciant.

Hoc statuto, omnium monachorum vnanimi consensu, prefatis etiam Episcopis astantibus, atq; approbantibus, domnum Oderisium religiosum valde virum, Romanumq; diaconum, qui tunc erat nostri monasterij prapostitus, Abbatem constituit.

Post hæc conuocatis ad se Episcopis & Cardinalibus, monuit ac iussit, vt iuxta Gregorij Papæ statutum, Ottomem Ostiensem Episcopum quamprimum eligerent, Pontificemq; constitueret, quem, quia praesens aderat, manu apprehesum ceteris Episcopis tradidit, dicens: Accipite eum, & in Romana Sede locatè, meamq; vicem in omnibus, quousq; id facere possitis habetote. Porro ista non imperando, sed sicut prædecessor Gregorius fecerat, admonendo & exhorrando fecit; quòd id temporum iniquitas postularret. Sic & interdum ab aliquibus alijs Pontificibus factum inuenitur, vt quem successorem cuperent, nominarent.

Cæterum ij quorum esset electio Romanorum Pontificum, scientes non posse nec debere eligere sibi Pontifices morientes quos cuperent successores: non absque consueti collatione suffragij nominatum euexerunt in thronum, quasi ex prædecessoris oraculo legitime institutum, sed consuetis comitijs habitis rogata sententia singulorum, est electio ritu solenni ex consuetudine celebrata, vt factum vidistis in Deliderio à Gregorio ante omnes nominato. Quod pariter audies in Victoris ipsius successore factum.

Sed quæ de propinquo Victoris exitu habet Leo, pergamus primùm ex ordine rerum dicere: Hic, inquit, ita dispositus atq; decretus, sepulchrum sibi in ipsa Capituli abside parari iussit, atq; post diem tertium feliciter migravit ad Dominum decimo sexto Kal. Octobris anno Dominica incarnationis millesimo octuagesimo septimo. nõ octogesimo nono (vt textus deprauatus habet) nam cõiunctur error, tum ex ijs, quæ ex ipso Leone superius dicta sunt, singulas res gestas Deliderij recensente, tum etiam ex a Petro, qui auctarium ad Leonem appouit, dum ab anno obitus Victoris, vsque ad nonagessimum post m. llesimum, triennium numerat. Cuius sepulchro eiusmodi epitaphium inscriptum docet idem qui supra Leo: b

Quis fuerim, vel quid, qualis, quantusq; doceri Si quis forte velit, aurea scripta docent. Stirps mihi Magnatum, Beneuentis patria, nomen Est Desiderius, tuq; Casine decus.

Intactam sorsam matrem patriamq; propinquos Spernens huc proprio, monachus effugit. Abbas d. hinc factus studu pro tempore totum Vt nunc aspicitur, hunc renouare locum. Interea sveram Romana clarus in Vibe Presbyter Ecclesia, Petre beate tua. Hoc senis lustris minus anno sanctus honore Victor Apostolicum scando dehinc solium: Quatuor & semis vix mensibus inde peractis Bux lustra gerens, mortuus hic tumulor. Solis Virgine stabat lux vltima signo.

Cum me sol verus hinc tulit ipse Deus, quantum autem temporis Sedes vacauerit, & qui cõtingerint in electione successoris, dicturi sumus anno sequenti.

Post ista, quæ sunt dicta de Synodo Beneuenti tractata: in Germania (inquit qui aderat Bertholdus) Principes quoque regni Teutonicorum, fideles, inquam, sancti Petri generale colloquium cum Henrico & fautoribus eius in Kalendis Augusti prope Nemetensem ciuitatem habuerunt, eiq; adiutorium suum ad obtinendum regnum, si de excommunicatione exire vellet, fideliter promiserunt. Ille autem in solita sua obstinatione persistens, nec se profiteri excommunicatum dignatus est, licet sibi in faciem hoc à nostris instanter probaretur. Vnde & nostri nullam pacem & concordiam cum eo habere statuerunt. Et paulò post: In prædicto colloquio littera domini Papæ recitatae sunt, in quibus & suam promotorem Principis regni denuntiavit, & iudicium sui antecessoris præmemoria Gregorij Papæ super Henricum & fautores eius apertissime confirmauit. En, vides quàm perspicuè etiam ex litteris hinc Victoris redarguitur mendacij, apertissimi Siebertus, dum ait, exitus tempore pœnitentia ductum Gregorium se errasse confessum esse, & absoluedum mandasse suis successoribus Henricum vnà cum schismaticis alijs.

Sed quod præterea in eodem conuentu factum sit, accipe, pergit enim Bertholdus Constantiensis: Ladislaus Rex Hungarorum missa legatione ad idem colloquium. se in fidelitate sancti Petri perseveraturum declarauit, & fidelibus sancti Petri cum viginti millibus equitum contra schismaticos se assuturum, si necesse foret, promisit. Prædicta tamen expeditio virinq; ad illum terminum remansit. Post hæc autem quodnem diuina vindicta factum sit præiudicium de futuro Iudicio in Patatiensi schismatico Episcopo, qui Catholico eius loci Episcopo pulso fuerat ab Hærico schismatico turpiter subrogatus, hæc accipe ab eodem auctore eiusdem temporis Scriptore planè accuratissimo, qui ait: Eodem quoq; tempore quidam schismaticus, qui Patatiensem Episcopatum viuente adhuc legitimo pastore iam dudum inuasis, de hac vita discedens, certissimum sua damnationis exemplum reliquit schismaticis dereliquit.

Cum enim iam in extremis iaceret, sicq; ad aternam damnationem iam iam abituum non dubitaret: apparuit ei eiusdem Ecclesia Episcopus, vt tanto euidentius culpam sciret, quam apud inferos luere deberet. Rogauit tamen eum, vt ei culpam indulgeret, ipsumq; ab excommunicatione solueret. Rogauit quoq; circumstantes, eum de Episcopatu eueherent, nec eum in Episcopatu sepepirent. Sed hæc verba astantibus quasi deliramenta videbantur. Ipse autem sana mentis protestatus, itidem rogare nõ cessauit sed incassum: nam ante Ecclesiasticam absolutionem morte præuenit est. Nonnulli tamen qui tam periculosa morti eiusdem schismatici aderant, compuncti sunt, qui & postea ad legitimum pastorem redeuntes veniam & absolutionem consecuti sunt. Hæc de schismatici interitu Bertholdus, qui & subdit de conflictu sequuto, & dolo Egberti Comitis inuidenti Heimanni regis glorie, elapso Henrico, ne caperetur in bello, quod suo damno tentasset.

Hoc anno, quo die consecratus est Victor Papa, septimo Idus Maij (inquit Leo c. Ostiensis) corpus sancti Confessoris Christi Nicolai ex ciuitate Myrensi, vbi septingentesimo annis quiescebat, Venetias translatum est, in cuius honorem adificata est Ecclesia missuo tabulatu perquam decenter ornata, à Patriijs Venetijs, & monachis ibidem morantibus maximo cum honore veneratur, & colitur, quanquam nonnulli Barin translatum esse contendunt. Hæc Leo. Sed potius ad Leonem additamentum, nam in libello, qui extat de translatione facta Venetias

XVIII. CONVENTVS NEMETENSIS.

\* exprobratur

XIX. QUAE IN EO CONVENTVS ACTA.

XX. INTERITVS SCHISMATICI B. PISC. PATAVI.

XXI. Leo Off. c. 67. in fine. TRANS-LATIO S. NICOLAI

non hoc anno, sed post annorum nouem curriculum id accidisse narratur. Neque Dandulus fidelissimus scriptor, neque recens auctor Sabellicus quidquam habent de hoc anno: cum tamen reliqui omnes huius seculi Scriptores Barim translatum dicant, & inter eos Sigebertus hoc item anno rem gestam paucis complexus; hæc ait: *Venetianis meditantibus auferre corpus S. Nicolai à Mirrha Lycia à Turcis desolata: praoccupauerunt eos Barenfes cuius quadraginta septem ab Antiochia Mirrha venientes, qui à quatuor tantum monachis ibi inuentis extorserunt, ostendi sibi tumbam Sancti, qua effracta, ossa sancti Nicolai in olei liquore natantia integro numero extraxerunt, & Barim cum gloria detulerunt. Facta est autem hæc translatio anno septingentesimo quadragesimo quinto à depositione sancti Nicolai.* Hæc Sigebertus, cui suffragatur Romanum Martyrologium, in quo dicta die Mirrha Barim translata auferuntur. Quod etiam expressius liquet ex literis Urbani Papæ anno sequenti datis, cum Barim profectus est, & venerandum corpus in præparato adyto collocauit.

Hoc ano, viuentem adhuc Victore Papa, Deus dedit presbyter Cardinalis tituli Eudoxiæ commentarium elaborauit, his temporibus peropportunitate pro Ecclesia Catholica contra schismaticos, quem & dedicauit eidem Victori Papæ, ad quem præfixa operi data extat epistola nuncupatoria hoc titulo:

*Beatissimo atq; Apostolico viro Pontifici domno Papa Victori Tertio, & Clero sanctæ Romanæ Ecclesiæ Deus dedit exiguus presbyter tituli Apost. in Eudoxia. Epistola sic incipit:*

*Nouit beatitudo vestra, quod sancta Romana Ecclesiæ idcirco omnium Ecclesiarum mater scribitur & creditur &c. In eaq; de primatu Ecclesiæ Romanæ attingens aliqua, pulchre ostendit auctoritate sancti Cypriani martyris, non solum viuem em Pontificem Romanum prescribere leges vniuerso Christiano orbi, sed etiam eo defuncto, vacante Sede, Romanum Clerum pariter in Catholica Ecclesiâ cognitum esse supremum, cuius literis vniuersi parerent Episcopi, quod scribitur ab omnibus Orthodoxis in Romana Ecclesiâ, eidem præsidere beatos Apostolorum principes Petrum & Paulum. Quibus ostensis totius sue scriptiõnis argumentum ostendit, & diuisionem operis ita declarat.*

*Itaq; ego auctoritatis ipsius Romanæ Ecclesiæ priuilegiũ, quo omni Christiano orbi præeminet, ignorantibus patere cupies, Domino mihi opem ferente, ex varijs sanctorum Patrum & Christianorum Principum auctoritatibus potioribus quibusq; in vnum congestis, præsens destorauit opusculum, quod aduersariam disparitatem partitione. Nam primus liber continet priuilegium auctoritatis eiusdem Romanæ Ecclesiæ. Et quoniam sine Clero Ecclesiâ esse non potest, nec Clerus absq; rebus quibus temporaliter subsistat: huic subiunxi secundum & tertium de Clero & rebus eiusdem Ecclesiæ. Quia verò seculi potestas Dei Ecclesiâ subigere nititur: libertas ipsius Ecclesiæ & Cleri & rerum eius tertio, & maxime quarto libro euidenter ostenditur. Hæc eius instituti ratio, operisq; partitio. Extat eiusmodi Deus dedit lucubratiõ tanta viro digna in Vaticana bibliotheca, Collectiõ canonum nominata. Extat apud nos alia eiusdem Deus dedit nobilis lucubratiõ aduersus inuales, simoniacos, & reliquos schismaticos, egregium opus, elaboratum ab eo, tempore Urbani Papæ successoris Victoris Pontificis, de quo suo loco dicendum.*

Moritur hoc anno S. Arnulphus Suefionis Episcopus decimo octauo Kal. Septembris, cuius res præclare gestas ex eo, qui præsens viderat, scripsit Lisardus eius successor quàm fidelissimè, compluraque miracula ab ipso edita dum viueret, atque post mortem enumerauit. Sed & eundem spiritu prophético imbutum plurima prædixisse, atque ex eiusdem prædictionis scripto euenisse, eadem testantur acta. In tot tenebris huius temporis, magno Dei beneficio, tanto lumine Gallia meruit illustrari. Sed quæ tunc miranda acciderint in eius obitu, audi Lisardum, qui ab eo, qui interfuit, accepit; & post enarrata multa, quæ præcesserunt ante diem obitus sui, hæc habet: *Vigesima die postquam discubuit, qui tum erat feria sexta sub noctis medio cella, in qua iacebat, mirabili tremore & horribili fragore tertio concussa est, ita vt à fundamentis euertere videretur, & monachi cum famulis, qui apud illum excubabant, intolerabili percussi timore, cellaq; ruinã formidantes aufugere percuperent. At*

*illos vir Dei verbis consolans, hortabatur, vt se quieti darent, ceteri mibi ipsos incommodi esse passuros. Ait autem ad eum Euerolphus presbyter: Domine mi, terra contremisit, cella colliditur, ostium à me iam tertio obseratum patescit, turbarum murmure locus circumsonat, & quomodonam inter tot terrores nos possuum somnum capere? Respondit vir Dei: ne paueas dilecte frater, sunt enim hæc omnia diuina maiestatis signa. Porro post paulum dicam tibi, qua vis cellam quassauerit, & hunc terræ motum effecerit. Proximo inde sabbatho sentiens mortem imminere, dixit Fratribus: Parate iam funeri necessaria, nam sub noctis initium decedam, vt mibi Dominus, cui pro viribus seruire conatus sum, hæsterna nocte euclauit, cum ille terræ motus, & aeris concussio fragorem cella excitaret.*

*Sub prima enim quassatione beatus Petrus Apostolus ad me venit significans mihi peccata remissa, & vitæ ianuam patere: aderat beatorum frequens cœtus, laudes diuinas continenter modulatum. Sub altera quassatione cum multis angelicis spiritibus sanctus Michael me inuisit, pollicens se duce, me ad beatam vitam ingressurum. Tertia concussione affuit Domina nostra vera misericordiae Mater, multis stipata sanctarum virginum agminibus, benignissima me voce certior em efficiens de anima mea inter Assumptionis eius gaudia in caelos transferenda. Hæc de terræ motibus, quos in exitu nonnullorum aliorum Sanctorum accidisse simili ex causa tum sanctus Gregorius, tum Vranus in exitu S. Paulini Nolani Episcopi, & alij plerique de alijs fidem fecerunt. Quomodo autem post hæc sacro oleo iungi, sacramque Eucharistiam percipere, superque cinerem & cilicium ex antiquis Ecclesiæ ritibus poni voluit, cum & sic in Domino quieuit: idem auctor pluribus est profectus. Sed hæc satis ad institutum.*

Eodem quoq; anno Guillelmus Primus Rex Angliæ, de quo sapè superius, quinto Idus Septembris ex hac vita migravit, poenitens peccatorum, quibus diuinam in se vitam præuocauerat, cum regnasset annos viginti, mensibus decem, & dies viginti octo. Cum proximè in regnum Francorum grassatus in odium Philippi Regis, nec pepercit Ecclesijs, quæ repertæ sunt in Madantensium ciuitate, quam incendio concremauit. Quo factò mox offensum numen sensit vitorem, illum acerbissimo dolore adhibuit vsque conficiens. *Quo auditore per medicos nuntio inquit Vuillelmus cæteris sicut antiquitate ita & veritate præstantior quærit monia domum repleuit, quod eum praoccuparet mors, emendationem vitæ tandem meditanti. Resumpto animo, quæ Christiani sunt, executus est in confessione & viatico. Hæc ipse, qui primò hæc de eius vitæ institutis: In primis, inquit, Dei famulus humilis, subiectis facilis, in rebelles inexorabilis erat. Religionem Christianam quantum secularis poterat ita frequentabat, vt quotidie Missæ assisteret, vespertinos & matutinos hymnos audiret &c. Subiicit de monasterijs ab eo erectis, & monastica disciplina optimè culta, & alijs.*

Sed quod ab eodem nuper audisti, eundem Regem per medicos responso mortis accepto, querimonia domum repleffe, quod eum iam dudum meditantem vitæ emendationem mors præoccuparet: scias eandem ipsius querimoniam ab eo qui aderat, scriptis fuisse mandatam, vnà cum ijs quæ secuta sunt vsque ad conditum corpus sepulture in monasterio Cadomensis, ibique eandem hæctenus afferuatam; cusam verò nuper vnà cum alijs rerum Anglicarum Scriptoribus Francofurti Anno Domini millesimo sexcentesimo primo. Ex qua aliqua notanda magis hic describenda curauimus, quibus tanti Regis pietas innotescat, qui ex abundantia cordis, exuberante intrinsecus contritione, parum habuit peccata sua (quod fecit) secreta confessione ex præcepto Ecclesiæ ostendere sacerdoti; sed eadem cunctis qui aderant, audientibus voluit repopulasse, & quidem non solum, quæ nuper Ecclesiarum incendio publicè perpetrasset, quorum causa ea tunc pati commeruisset; sed quæ adhuc impubes (incipiens à pueritia) deliquisset, cum primò post confessionem à satisfactiõne sic incepisset. Nam auctor hæc tunc de ipso:

*Verum sapiens heros in futurum sibi, multisq; commoda facere non distulit: omnesq; thesauros suos Ecclesijs & pauperibus, Deiq; ministris distribuere præcepit. Quantùm verò singulis dari voluit,*

XXII. DEVSDE DIT PRES BY-CARD. OPVS QVADRI PARTI. IVM.

XXIII.

XXIV. Extant apud Sur. tom. 4. die 15. Aug. S. ARNVI PHVSIES STONIS E PISC. OBI TVS.

XXV. TRINA TERRÆ CONCVS. SIO ACCIDE- RIT.

XXVI. VVILLEL MI PRIMI REG. AN. GL. POE- NITEN- TIA ET OBITVS.

VVil. 3. retum ng.

XXVII.

XXIIX.

calide taxavit, & coram se describi à Notarijs impetravit. Clero quoq; Madamensi supplex ingentia dona misit, vt inde restauraretur Eccl. sic, quas combusserat. De fide & iustitia seruanda, de lege Dei & pace tenenda, de privilegijs Ecclesiarum & statutis Patrum obseruanda omnes qui presentes erant, admonuit; & allocutionem per eum memoria dignam, admixtis interdum lacrymis, eloquenter sic edidit. cum peccatorum memoria deficiens, spem suam in precibus collocaret.

Multis, inquit, ð amici, gratibusq; peccatis onustus contremisco. Et mox ad tremendum Dei examen rapiendus, quid faciam, ignoro. In armis enim ab infantia nutritus sum, & multi sanguinis effusione admodum pollutus sum. Nullatenus enumerare possum mala que feci per sexaginta quatuor annos, quibus in hac arumosa vita vixi, pro quibus absq; moram rationem reddere nunc cogor a quibusdam Iudici. Dum pater meus &c. Exorditur enim sua flere delicta ab eo tempore, quo adhuc impubes moderandū Northmanniæ Ducatum accepit: post hæc autem, eo quo sunt gesta ordine, recensitis, conuersus ad eos, qui aderant sacerdotes sic locutus. Vnde vos ð sacerdotes & ministri Christi suppliciter obsecro, vt orationibus vestris me commendetis omnipotenti Deo, vt peccata, quibus admodum premor, ipse remittat, & per suam insatigabilem clementiam inter suos me saluum faciat. Thesauros quoq; meos iubeo dari Ecclesijs & pauperibus, vt quia congesta sunt ex facinoribus, dispergantur in sanctis Sanctoꝝ vrbibus. Debitis enim recolere, quā dulciter vos amauit, & quā fortiter contra omnes amulos defensauit Ecclesiam, Dei matrem scilicet \* naturā, nunquam violauit, sed vbiq; (vt ratio exegit) desideranter honorauit: Ecclesiasticas dignitates non venundedi, simoniam detestatus semper refutauit. In electione personarū vitæ meritum & sapientia doctrinā inuestigauit, & quantum in me fuit, omnī dignissimo Ecclesiæ regimini cōmendauit. Hoc nimirum probari potest veraciter in Lanfranco Cantuariensium Archipræsule, hoc in Anselmo Beccensium Abbate, hoc in Gerberto Fontanellensi, & Durando Troarnesi, & in alijs multis regni mei doctoribus, quorum celebris laus personat in vltimis, vt credo, terris finibus. Tales socios ad colloquium elegi, in horum cōtubernio veritatem & sapientiam inueni, ideòq; semper gaudens optabam eorum consilij perfrui.

Novem Abbatis monachorum & vna sanctimonialium, que à patribus meis in Northmannia fundata sunt, me adiuuante cum auxilio Dei creuerunt, & gloriosè multarum augmētis rerum quas dedi, magnificatae sunt. Deinde Ducatus mei tempore decem & septem monachorum, atq; sanctimonialium sex cenobia constructa sunt, vbi magnum seruitium & plures elemosynæ, pro summi Regis amore quotidie fiunt. Huiusmodi castris munita est Northmannia, & in his discunt terrigena præliari contra demones & carnis vitia. Horum quippe aut ego, inspirante Deo, fui conditor, aut fundator, feruidus adiutor & beneuolus incensor &c. Hæc & alia bona recolit, vt seipsum depressum in spem violentus erigeret. Reddita ad postremum ratione, cur germanum suum Odonem Baiocensem Episcopum detentum in carcere dimitti noluisse: quomodo tandem ex hac vita decesserit, sic qui aderat auctor pergit:

Deniq; quinto Idus Septembris, feria quinta, iam Phœbo per orbem spargente clara radiorum spicula excitus Rex, sonum maioris signi audiuit in metropolitana basilica. Percontante eo, quid sonaret: responderunt ministri; Domine, hora prima iam pulsatur in Ecclesia sanctæ Mariæ. Tunc Rex cum summa deuotione oculos ad cælum erexit, & sursum manibus extensis dixit: DOMINAE MEAE S. GENITRICI MARIAE ME COMMENDO, VT IPSA SVIS SANCTIS PRECIBVS ME RECONCILIET CHARISSIMO FILIO SVO DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO. His dictis protinus expirauit. Archiatrī autem & ceteri presentes, qui Regem sine gemitu & clamore quiescentem tota nocte seruauerunt, & nunc ex imperato sic eum mox migrasse viderunt, veuementer attoniti, & velut amentes effecti sunt. Porrò ditiores ex his ilico ascensis equis recesserunt, & ad sua tutanda properauerunt. Inferiores vero clientuli vt magistros sic subduxisse prospexerunt, arma, vasa, vestes & linteamina, omnemq; regiam supellectilem rapuerunt, & relicto Regis cadauere pene nudo in area domus, aufugerunt. Cernite precor omnes qualis est mundana fides. Vnusquisq; que potuit de apparatu regio, vt milium rapuit, & confestim cum præda sua aufugit &c. Facta sunt hæc Rhotomagi, vbi Rex Deo vltimum spiritum reddidit.

Inde verò corpus sepeliendum in Cadomense monasterium per Sequanam deducendum per clericos & monachos, qui spontè conuenerunt, misericorditer curatum narrat, empto loco sepulture ab Afcelino quodam, qui locum suum dicebat esse. Quodnam hoc permolestum sit, ecutum spectaculum, ita subijcit auctor: Porrò dum corpus in sarcophagum mitteretur, & violenter, quia vas per imprudentiam cementariorum breue strictum erat, complicitaretur, pinguis venter crepuit, & intolerabilis sator circumstantes personas & reliquum vulgus impleuit. Fumus thuris aliorumq; aromatum de thuribus copiosè ascendeat, sed tærrimum putorem excludere non praualebat. Sacerdotis itaq; festinabant exequia perficere, & acturum sua cum pauore mapalia repetere. Hactenus de funere funesto satis. Ecce subtiliter inuestigauit (subdit idem auctor) & veraciter enucleauit, que in lapsum Ducis Northmanniæ præostendit dispositio Dei. Non fictilem tragediam venundo, non loquaci comœdia cachinnantibus parasitis saueo: sed studiosis Lectoribus varios euentus veraciter intimo. Inter prospera patuerunt aduersa, vt terrentur terrigenarum corda. Rex quondam potens & bellicosus, multisq; populis per plures provincias metuentus, in area iacuit nudus, & a suis, quos genuerat, vel aluerat, destitutus. Aere alieno in funebri cultu indiget, ope gregarij, pro sandapila & vestilionibus conducendis egit, qui tot hæc enis & superfluis opibus nimis abundauit &c. Hæc & alia auctor, quem vidimus, relinquens tanto exemplo optimè philosophandi efficacissimum argumentum.

At licet pœnitenti Regi Deus (vt piè credendum est) culpam peccatorum dimiserit, pœnam autem est profecutus in filios atque nepotem peccati illius, de quo illa Vuillelmus: Locus est (inquit) quem Vvillelmus pater hic, de quo agimus, deseruit villis, subruitis Ecclesijs, per triginta & eo amplius miliaria in saltus & lustra ferarū redegerat, infando prorsus spectaculo, vt vbi ante vel humana cōuersatio, vel diuina veneratio feruebat, nunc ibi cerui & capreoli & cetera illud genus bestiarum petulantè discurrerent, nec illa quidem mortalium vrbibus communitè expositæ: Cuius rei causa primò Richardum filium cernos ibi venantè ex tabido aere incurrisse morbum tradit, quo & defunctus est. Hæc viuente patre. Post obitum verò ipsius Regis, quæ ibidem secuta sunt portentosa funera, sic idem auctor enarrat: Pro vero asseritur, quod in eadem silua Vvillelmus filius eius, qui ipsi successit in regnum, & nepos Richardi filius Roberti Comitis Northmanniæ mortem offenderint, feruero Dei iudicio, ille sagitta pectus (vt suo loco pluriè dicitur inferius) iste collum traiecit, vel vt quidam dicunt, arboris ramusculo, equo pertranseunte, fauces appensus. Hæc ipse. At de his modò factis. Successit autem in paternum regnum Vuillelmus eiusdem filius, cognomento Rufus, de quo inferius sæpè dicendum occasione S. Anselmi successoris Lanfranci in Cantuariensium Ecclesiam.

IESV CHRISTI

Annus 1088.

VRBANI II. PAP. HENRICI III. IMP. 5.

ANNUS I. ALEXII COMNENI IMP. 8.

SVILLELMI REGIS PVBLICA CONFESSIO PEC-CATO-RVM. XXXIX.

\* natura

XXX.

XXXI.

RELIGIO SVSTRANSITVS SVILLELMI REGIS ANGL.

XXXII.

SPECT. MEN HV-MANAE SERIÆ.

XXXIII.

XXXIV.

DIRA VIN-DICTA OBECCL IN SAL-TVM CON-VERSAS.

I.

OTOGESIMVS OCTAVVS post millesimū annus, vndecima Indictione sequitur ordine, quo solenni ritu Tarracine iv. Idus Martij Vrbani Papa Secundus creatur ex Ottone Episcopo Ostiensi, monacho Cluniacensi. Hæc autem omnia quomodo se habuerint, a Petrus diaconus Cassinensis, qui auctarium apposuit ad Leonem Ostiensem in Chronico Cassinensi, sic narrat: Defuncto iam memorato Pontifice Victore, meror ingens & desperatio Catholicos inuasit. Prædictis igitur Episcopi hinc illicq; dispersis, frequentes vndique nuntij tam Romanorum, quam aliarum gentium & Comitissa Mathildis monebant ipsos Episcopos, & hortabantur, vt conuenientes in vnum eligerent; qui Romanam Ecclesiam regeret, caput Ecclesiæ constituere satagerent, membra Dei auxilio non defutura. Facile si pastore careret Ecclesia Dei, confundi omnia & ruere. Congregati rursum Episcopi vnā cum Abbate nostro Oderiso, Romanos clericos & laicos fideles literis admonent,

Chron. Cass. li. 4. c. 2. TARRACINÆ CONVENTVS PRO-CREATIONE PAPÆ INDIC-TVR.

vt qui ex eis possent prima Quadragesima hebdomada Tarracinam pergerent, reliqui sententiam suam per litteras mitterent. Itidem & omnes per Campaniam, Principatum, & Apuliam Episcopos & Abbates, vt ad eum locum, ad eam diem conuenirent, litteris admonuerunt, qui non possent, consensum suum per litteras, aut certe per idoneas personas aperirent.

II.

Quarta igitur feria prima hebdomada Quadragesima, id est octavo Idus Martij, conuenerunt apud Tarracinam Campaniam oppidum cum Episcopis & Cardinalibus nostris, Abbate Oderiso Episcopi & Abbates ex diuersis regionibus numero quadraginta. Ex Vrbe vero Romana Ioannes Portuensis omnium Cardinalium & Catholicorum Catholicae partis caput, Benedictus vero Praefectus omnium laicorum fidelium consensum per litteras attulerunt. Ex remotioribus quoque & Ultramontanis partibus Legati assuerunt vna cum Mathilda Comitissa Nuntijs, orantes vt reformanda Ecclesia cum auxilio & gratia S. Spiritus mature operam darent, vt lato nuntios ad suos referre possent. Postera igitur die conuenerunt in Ecclesia B. Petri Apostoli & S. Casarij diaconi in Episcopio ipsius ciuitatis. Et cum resedissent, Tusculanus Episcopus in medium surgens, cuncta per ordinem retulit, quae de ordinatione Ecclesiae & Gregorius primus, & postmodum Victor Papa mandasset, cur etiam tunc ipsi ed conuenissent.

III.

CREATIO VRBANI II.

Dehinc Portuensis Episcopus surgens, vna cum Benedicto Praefecto, Cleri populique Romani sententiam aperuerunt, vt quem omnes vnanimiter eligerent, ipsi in Apostolica Sede susciperent. Quod cum Abbas noster & Capuanus Archiepiscopus, cunctisque, qui aderat approbassent: omnipotenti Deum, vt misericordiam & afflictionem Ecclesiae suae iam tandem dignaretur aspicere, multis precibus implorantes, statuerunt, vt per illud triduum spirituale ieiunium fieret in abstinentia, orationibus & elemosynis vacarent. Paterentque vt persona tanto apici idonea sibi diuinius ostenderetur. Dominico igitur die, summo mane in eandem Ecclesiam cuncti conueniunt: & cum inter se hac de re multa conferrent: exurgentes tres Episcopi Cardinales, qui Concilio praesertim, Portuensis, Tusculanus, Albanensis, ambone ascendunt sacrosque silentio, vno simul ore pronunciant, Ottone Episcopo Pontificem Romanum iudicio suo eligendum. Tunc omnes repente mirabili summaque concordia, magnis vocibus, placere sibi, dignumque esse Pontifici, alio folio conclamant. Pronunciant e Albanensi Episcopo, placere sibi, Vrbanum illum appellari: ab omnibus rapitur, & lanea exutus veste, purpuram induit cappam.

IV.

Et cum acclamatione & inuocatione S. Spiritus ad altare B. Petri Apostoli pertrahitur, & in Pontificali folio collocatur 14. Idus Martij. Sicque Missa soleniter ab eodem Pontifice celebrata, gaudentes oēs, & Deo gratias agentes, in sua redierunt. Sed haec haec Petrus. Ad haec Bertholdus hoc anno: Vrbanus statim in sequenti die, missis literis omnibus Catholicis, & suam ordinationem omnibus declarauit, & se in omnibus vestigia sui praedecessoris pia memoria Gregorij Papae obseruatum denuntiavit. De iure eiusmodi littere, caremus enim eiusdem Vrbanus Papae epistolae Registro, quod a Leone Ostiensi scimus fuisse elaboratum; ob idque nobis maiori labore res ab eo gesta inuestiganda relinquuntur, atque annis singulis coaptanda. Idem enim Petrus in libro, quae scripsit de viris illustribus monasterij Casinensis, de his quae spectant ad epistolas Vrbanus Papae: haec habet: Leo Romana Ecclesiae diaconus Cardinalis Casinensis canonicus monachus insignis studio eloquentiae scripsit: ex nomine Vrbanus Papae complures epistolas, fecit & registrum eius. Sed (vt diximus) caremus eo.

a Pet. diacon. de vir. illust. c. 31

V.

Quomodo autem Vrbanus Papa Tarracina Casinum veniens post dies duodecim, a S. Benedicto sanatus sit morbo, idem qui supra Petrus in Appendice ad Leonem sic narrat: b His diebus Vrbanus Papa cum ad monasterium venisset, consuetudinario sibi dolore lateris grauissime vexari cepit. Itaque dum in vigilijs S. Patris Benedicti, nempè XIII. Kal. April. eodem laudare cruciaretur, & de praesentia corporis ipsius dubitaret: eidem sanctus per visum apparuit: Cur, inquit, de mei corporis praesentia dubitas? Ad quem ille: Tu quis es? Ego, inquit, sum Frater Benedictus. Ne autem vltra hinc dubites, & me hic requiescere certissime noueris: cum primò Fratres ad nocturnam synaxim surrexerint, statim a lateris dolore liber eris; & his dictis euauit. Hora igitur constituta sanus effectus, Oderisum Abbatem vocat, exponit scrupulum, panditque miraculum: Surgamus, inquit, & gratias Deo referamus. Et his dictis, quae sibi Pater Benedictus referat, aperuit. Incredibile continuo oritur omnium gaudium, ac de tunc Pon-

b Cass. lib. 4. c. 5.

VRBANI PP. A S. BENEDICTO SANATVR.

tificis sanitate, tanto miraculo, talique visione consummata, vberes Deo cum lacrymis gratias referunt. Haec Petrus.

VI.

Porro de re tanta editum habetur diploma Vrbanus Papae, quo infertur anathema aduersus eos, qui corpus S. Benedicti in Casino monte non esse negarent, in quo & enarrata historia copiosius recensetur. Verum (vt verum fatear) non leuia de impostura signa continet, ut potest quod cum huiusmodi factum contigisse dicatur hoc anno, nempe ante Troianum Concilium, quod sequenti anno celebratum constat; diploma tamen Vrbanus datum anno nono eius Pontificatus legitur in fine ipsius, quo non Capua, ubi diploma datum habetur, sed in Gallijs eundem Pontificem in Concilij celebrandis immoratum esse, Bertholdus Constantiensis eius temporis Scriptor accuratissimus, & alij omnes docent.

VII.

Prater ea nulla quoque cohaerentia in alijs sibi appositis temporum notis vlatenus reperitur, dum ibi in fine sic legitur: Dat Capua Kal. April. per manus Ioannis Cardinalis, Indictione XIII. anno Domini M. XCIII. Pontificatus vero domini Vrbanus Papa II. anno IX. At tempore illo anni Redemptoris XCIII. non indictione decimatertia, sed prima numeratur, nec Vrbanus Papae annus nonus, sed sextus ordine ponitur. His accedit, quod si ab Vrbanus Papa eiusmodi fuisse diuulgatum diploma: quomodo Petrus venerabilis Cluniacensis Abbas decretorum Romanorum Pontificum obseruantissimus paulo post haec, sacrum hymnum canendum edidisset de translatione S. Benedicti in Gallias, ubi & miraculis coruscare testatur? sed satis haec: et si sciamus concitari in nos odium monachorum; sed praestat anteferre omni humano respectui veritatem.

Pet. li. 5. p. 25.

VIII.

Casini cum esset Vrbanus Papa, Rogerius & Boamundus uisitarunt eum vna cum alijs suis Comitibus & Baronibus, & cum eis Vrso Abbas Bantini monasterij, quorum precibus rogatus in Apuliam se contulit vna cum ipsis ad dedicationem Ecclesiae S. Mariae eiusdem monasterij Bantini, qua a se dedicata idem Vrbanus Papa muniuit ipsum monasterium huiusmodi priuilegio:

Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei vniuersitati Christi fidelium notum in perpetuum.

Diuina misericordiam intuitu, cuius munere licet immeriti, Catholica Ecclesia presidemus, & vniuersae Fidelium potestates consistunt: condebet Apostolica Sedes pietati sollicitudinem, & benignam Principum magnis sententiam Ecclesiarum debitam curam gerere, & praestare pacem & quietem, cum omni diligentia misericorditer insudare, quatenus id diuina operante clementia, quique iura sua equo moderamine possident. Pralari simul & subditi pariter attingere valeant ad promissa Fidelium gaudia sempiterna. Nos itaque in Casino monte filiorum nostrorum Rogerij Ducis, & Boamundi fratris eius, & Vrsonis Abbatis precum instantia fatigati, cum multitudine confratrum nostrorum Episcoporum ad consecrandum Bantini monasterium in honore Dei Generitici constructum, eadem auxiliante peruenimus: cumque opitulatione Dorimi consecrationibus eius nostris deuotis manibus rite peractis, eorundem virorum illustrium, & suorum Comitum, & Baronum interuentionibus pijs, ad summam eiusdem libertatem, securitatem & pacem a monasterio ipso & Ecclesiae eius, & rebus ac locis omnibus suis habitis & habendis omnia Episcopalia iura, & publicas omnes exactiones Apostolica auctoritate generali perpetua constitutione exclusimus. At tamen a sola tantum Acherontina Ecclesia S. Anastasia intra murus ciuitatis constructa Acherontino Archiepiscopo annis singulis vnam auri vnciam suscipere indulgemus.

VRBANI ECCLESIAE DEDICATA ET PRIVILEGIO MUNIT.

IX.

Haec interea irrefragabiliter statuentes, vt christiana, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum suorum, & caetera spiritualia sacramenta ab Episcopis dioecesanis, vel quibuslibet Catholicis Bantini monasterij Fratres accipiant, qui mandato Apostolica Sedis & auctoritate suffulti faueant, & eisdem petentibus Fratribus eadem sacramenta gratis, & sine aliqua prauitate exhibeant. Insuper autem beati Petri Apostolorum principis auctoritate sancimus, vt omnes cuiuscumque conditionis homines clericos & laicos, qui in morte, vel vita ad praescriptum monasterium & Ecclesiam eius, & loca cum rebus suis transire, aut in suis domibus commorantes quilibet bona temporalia sua elemosynarum largitione conferre voluerint: nullius contradictione inhibeat, & ipsidem quacumque contulerint, patrocini Apo-

stolica

foli. e Sedis ydem Frates quiete, & generaliter libera perpetuo possidebunt.

X. Decernimus etiam, ut nulli omnimodo hominum sint, qui praesatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuire, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, omni titulo super ea re quarumlibet oppositionum semper excluso. Indulgemus autem eis haec omnia Apostolica Sedis paternae pietate induciti, & consuetum nostrorum discretio consilio, & praedictorum virorum nobilium strenuo interuentu, & quia monasterium ipsum post introitum Norimannorum cum intrinseca sui expositione, & locorum suorum miserabili depopulatione cum sacrilegis usurpationibus Episcopo innumera lugenda detrimenta, & indigna sustinuit, quae breuiatim in privilegio Comitum Amici notantur. Talibus ergo rationibus apertus commota v. scera pietatis Apostolica Sedis, monasterium idem cum rebus omnibus suis habitis & habendis, tanquam B. Petri possessionem, cuius est & ius & proprietates, a iuribus vniuersis, atq; seruitutibus eiuslibet dignitatis, vel ordinis omnium hominum anathematis gladio dignè subrahatur & defendunt. Ad iudicium autem percepta huius a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos auri vincti nobis nostrisq; successoribus eiusdem monasterij Abbates persoluent.

XI. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit; secundo tertiove communita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reaq; se diuino iudicio exsistere de perpetrata iniquitate cognoscatur, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine divina ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem suae iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inueniant. Amen. Sequantur ista subscriptiones atque sigilla. Porro Pontificum signum, in quo Apostolorum nomina, & a tergo imagines plumbo fusa habentur, cum eiusmodi in extremo circulo inscriptione legitur: BENEDICTVS DEVS ET PATER DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

XII. Hoc eodem anno ab eodem Urbano Papa concessus est Primatus Ecclesiae Toletanae: de quo haec ad Bernardum Archiepiscopum Toletanum eiusq; successoribus in perpetuum.

Vrbanus Episcopus seruis seruorum Dei reuerendissimo fratri Bernardo Archiepiscopo Toletano eiusq; successoribus in perpetuum. Cunctis Sanctorum decretales scientibus institutiones liquet, quanta Toletana Ecclesia dignitas fuerit ex antiquo, & quanta in Hispanis & Gallicis regionibus auctoritatis extiterit, quantumq; per eam in Ecclesiasticis negotijs utilitates accreuerint. Sed peccato populi in latitudine promerente, a Sarracenis eadem ciuitas captata, & ad nihilum Christiane religionis illic libertas redacta est, adeo vt per annos trecentos penè septuaginta, nulla illic viguerit Christiani pontificij dignitas. Nostris autem temporibus, diuina populorum suorum respiciente clementia, studio \* ildephonsi gloriosissimi Regis, labore populi Christiani, Sarraceni expulsi, Christianorum viribus Toletana ciuitas est restituta. Igitur voluntate & consensu vniuersi comprouincialium populorum, Pontificum atq; Principum & ildephonsi excellentis Regis, te frater charissime Bernardus de primis illius vrbi post tanta tempora Praesulem eligi diuine placuit examini maiestatis. Et nos ergo miseratione superne gratiae respondentes, quia per tanta terrarum, mariumq; discrimina Romana auctoritate Ecclesiae suppliciter expetisti auctoritate Christiana Toletanae Ecclesiae restitueret non negaremus; gaudemus, & etiã orde latissimo magnas vt decet Deo gratias agimus, quod tantam nostris temporibus dignatus est Christiano populo donare victoriam, statumq; eiusdem vrbi, quoad nostras etiã facultates stabilire atq; augere, ipso adiuuante, peroptamus.

XIII. Tamen beneuolentia Romana Ecclesiae, solita & digna Toletanae Ecclesiae reuerentia, tum charissimi filij nostri praesentissimi Regis ildephonsi precibus inuitati, pallium tibi frater venerabilis Bernardus ex Apostolorum Petri & Pauli benedictione contraximus plenitudinem scilicet omnis sacerdotalis dignitatis, teq; secundum quod & in eadem vrbe antiquitus consistit extitisse esse Pontifices, & in totis Hispaniarum regnis Primatem privilegij nostri sanctione statutimus, & Primatem te vniuersi Praesules Hispaniarum respiciant,

& ad te, si quid inter eos questione dignum exortum fuerit, referenti, salua tamentatione Ecclesiae auctoritate, & Metropolitanorum privilegij singulorum. Toletanam ergo Ecclesiam iure perpetuo tibi tuiq; si diuina praesiterit gratia, successoribus canonice tenore huius privilegij conseruamus & c. Dat. \* Angina per manus Ioannis diaconi sanctae Romanae Ecclesiae & presbiteris domini Urbani Secundi Papae, Idibus Octobris, anno Domini Incarnationis millesimo octogesimo octauo, indictione undecima, anno Pontificatus domini Urbani primo. Haec ex collectione Conciliorum H. sp. diligentia Gartii Loaisa. Aliud recitatur ab eodem diploma ad Archiepiscopum Tarraconensem eodem argumento datum ab eodem Urbano Papa.

Quod ad res Germaniae spectat, de schismaticorum Episcoporum poenitentia Bertholdus haec narrat: Eodem tempore quidam Guiberti haeresiarcha discipulus, videlicet Vormaeris pseudoepiscopus, qui illum sedem per schismaticos, non consecratus sed exsecratus inuasi, tandem respiciens, & ad Catholicam Ecclesiam rediens, Episcopatum dimisit, seq; ad poenitentiam in Haesugensi monasterio contraxit. Sic vix, ante triennium & alius eiusdem Guiberti discipulus, Meiersis, inquam, pseudoepiscopus, poenitentia ductus Episcopatum dimisit, quem statim Bruno, cuius superioris mentionem fecimus, non minus sacre legè inuasi, non per schismaticos intrauit, vidente adhuc legitimo illius sedis pastore Hermannus, qui potius in captione detineri, quam in schismate pro Episcopo honorari delegit. Decessit hoc anno Vuiclonem Moguntinum & Meginhardum Vuirecburgensem Episcopos antesignanos schismaticorum idem auctor affirmat. Sed & hoc anno ex hac vita migrasset Henricum regem Catholicum, cum Saxonibus rebellantibus in Thuringiam recessisset. Succedit Eggebertus, qui Saxones rursum in Henricum rebellare suauit.

Hoc anno, die Epiphaniae (vt eius epitaphium habet) Berengarius cariosus haeresiarcha sapè falsa poenitentia eludens Ecclesiam, ex hac vita migravit. Scripsit illud sed cum non adhuc Cenomanensis Episcopus esset, Hildebertus quo significasse visus est, ipsum in Ecclesia Catholica esse defunctum, cum Catholicus homo ad eius tumulum honorificum adeo epitaphium scripserit: sed plane longe gloriosius, quam conditio hominis toties lapsi, ac nefandissimi haeresiarchae ferret, vt potè qui vix laica communione in exitu magna misericordia dignus haberi potuisset. Cum praesertim etiam his temporibus qui vixit, Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus, de ipso multa habeat indigna Catholico homine, vt apparet ex eius epistola, quam inferius reddidit sumus, & Petrus Cluniacensis Abbas his temporibus proximus de ipso cum agit in epistola contra Petrobussianos, cum detestatione atque improperio eius meminit. Interea autem audi epitaphium, quod recitat Vuillelmus de Malmesburiensis in rebus Anglicanis his verbis:

Quem modo miratur, semperq; mirabitur orbis,  
Ille Berengarius non obiturus, obit.  
Quem sacre fidei fastigia summa tenentem  
Iam sexta dies, absit illi ausa nefas.  
Illa dies damnosa dies, & perisida mundo,  
Qua \* dolor, & rerum summa ruina fuit.  
Qua status Ecclesiae, quae spes, quae gloria Cleri,  
Qua cultor iuris, iure reuente, iuit.  
Quid quid Philosophi, quid quid cecinerit Poeta  
Ingenio cessit, eloquioq; suo.  
Sanctior, & maior sapientia maius adorta  
Impleuit sacrum pectus & ora Deo.  
Pectus eam voluit, vox protulit, actio prompsit,  
Singula factori sic studuere suo.  
Vt sacer & sapiens, cui nomen crescit in horas,  
Quo minor est quisquis maximus est hominum.  
Qui \* census peperit, partos seruauit honores,  
Cui potior pauper diuites, uig. lucro.  
Cui nec desidiã, nec luxuriam desit ampla,  
Nec tumidum fecit multus & auitus honor.  
Qui nec ad argentum, nec ad aurum lumina flexit,  
Sed doluit quoties cui daret, haec aberant.  
Qui non cessauit in opum fulure ruinas  
Donec inops dando pauper & ipse fuit.

\* deest si audeant

\* Ex col. le. Conc. Hist. n. per Gar. Loais. VRBANI PAP. AD BERNARDUM ARCHIEPIS. TOLET. EPIST.

\* Alphob

\* Eabudat

\* Anagn

XIV.

XV. b. Papir. Moss. an. ral. Erce. lib. 3. OBIVS BEREN GARI ANDEGA VENSIS.

\* Vrillel. lib. 2.

XVI. EPITAPHIUM BEREN GARI INDE CENS. PSI \* al. prima \* al. decus & retum firma.

\* al. census

Cuius cui a sequi nati am, legibus vi.  
 Et mentem vitis, or a negare dolis.  
 Virtutes opibus, verum praeponere falso.  
 Nil vacuum sensu dicere, nil facere:  
 Ludere nec quenquam, cunctis prodesse, fauorem  
 Et populare lucrum pelleret mente, manu.  
 Cui vestiu textura rudis, cui non fuit vnguentum  
 Ante situm potus, nec cibus ante famem.  
 Quem pudor hospitium statuit sibi, quamq; libido  
 Incestos superat, tam superat eam.  
 Quem natura parens, cum mundo contulit, inquit,  
 Degenerant alij, nascitur ipse mihi.  
 Quaeq; vagabatur, & penè reliquerat orbem  
 Inclusit sacro pectore Iustitiam.  
 Vir facer à puero, qui quantum praeminet orbi  
 Fama, tam fama praeminet ipse sua.  
 Fama minor meritis, cum totum peruolat orbem  
 Cum semper crescat, non erit aqua tamen.  
 Vir pius atq; grauis, vir sic in vtroq; modestus,  
 Liuior vt in neutro rodere possit eum.  
 Liuior enim deslet, quem carperat, ante eam, nec tamen  
 Carpsit & odit eum, quem modo laudat, amat.  
 Quam prius ex vita, tam nunc ex morte gemisit,  
 Et queritur celeres huius abesse dies.  
 Vir verè sapiens & parte beatus ab omni  
 Qui caelos anima, corpore ditat humum.  
 Post obitum viuiam secum, secum requiescam

XVII.

XVIII.

IN LAV  
 DE NIMI  
 HILDE  
 BERTVS.  
 a Iuo ep.  
 279.

Nec fiat melior fors mea sorte sua. Haec tunc Hildebertus luxurians, ceu vitis in pampinis, fructu carens veritatis poetico luxu. Subiicit verba ista Vuillelmus: Videas in his versibus, quod laudis excessit modum Episcopus. Et paulò post: Berengarius planè quamuis ipse sententiam correxerit: omnes tamen quos ex totis terra deprauerat, conuertere nequiuit. Ad eò pessimum est, alios exemplo vel verbo à bono infirmare, quia forsitas peccatum te grauiabit alienum, cum deletum fuerit tuum. Ac rursus inferius: Quin & ipso die Epiphaniarum moriens genuitq; producto recordatus, quod miseros quosdam adolescentes primo atatis flore secta sua infecerit: Hodie, inquit, in die Apparitionis sua apparebit mihi Dominus meus IESVS Christus propter poenitentiam, vt spero, ad gloriam, vel propter alios, vt timeo, ad poenam.

Porrò qui laudes eius scripsit Hildebertus (vt dictum est) nondum erat Episcopus, sed tantum Archidiaconus, & vita planè solutior, vt apparet ex a epistola Iuonis Carnotensis Episcopi ad eum scripta, cum fuit electus Episcopus, quam hinc describendam duximus, sic enim se habet:

Iuo humilis Carnotensis Ecclesiae minister Hildeberto Cenomaniensis Ecclesiae electo sincera dilectionis munus.  
 Quoniam secundum verba Sapientiae, b meliora sunt vulnera diligens, quam fraudulenta oscula blandientis: moneo si a te mita tem tuam, vt verba mea non grauius accipias, licet aliquantulum \* . . . mordacia, quoniam intendunt correctioni, non criminatio ni, purgationi non inuentioni. Placet equidem mihi temporali tua proeectio, si non sit ab aeternitate deiectio, si non illud Psalmista in te impleatur: Deiecasti eos dum alienarentur. Audiui enim de te, quae mihi sunt dolori & honori, quia si vera sunt, non poteris populo praeberere regimen, sed augere discrimen. Dicunt enim quidam de maioribus Cenomaniensis Ecclesiae, qui antea eam vitam tuam se nosse testantur, quod vltra modum laxaueris frana pudicitiae, in tantum vt post acceptum Archidiaconatum, accubante lateribus tuis plebe mulierularum, multam generis plebem puero rum & puellarum. Tu autem nosti, quod probata debet esse casti tatis, qui sublimatur ad fastigium curae pastoralis, alioquin post sa crum ordinem lapsus, non solum non debet ad maiorem gradum conscendere, sed nec in eo, in quo lapsus est ordine, ministrare. Vnde beatus Gregorius scribit Ianuario Episcopo Calaritano: Qui post acceptum sacrum ordinem in peccatum carnis lapsus fuerit, sacro ordine ita careat, vt ad ministerium altaris ulterius non accedat. Nosti enim, quod qui in officium pastoris admittitur, pro pec catis populorum Deo supplicaturus, Dei & hominum mediator efficitur. Dicit enim beatus Gregorius in Moralibus: In grauius pec catis quis positus, dum suis premitur aliena, non diluit. Idem in Pa storali: Cunctis liquet, quia cum is qui duplicet, ad intercedendum

XIX.

b Prou. 27  
 HILDE  
 BERTVS  
 QVALIS  
 ANTE E  
 PISCOPA  
 TVM.  
 \* f. sint ipa  
 c Psal. 72.

XX.

mittitur, proculdubio in aeternum ad deteriora prouocatur. Ad dunt quos, huic calumnia praeaxata persona, quod nec earum con silio fuerit electus, nec consensu. Quae omnia si ita sunt, periculo (ati bi sunt dilectissime frater, & infinitum laborem paritura. Vnde consule tibi secundum testimonium conscientiae tuae, vt vel honestè, & caute cepra perficias, vel salutis tuae consulens, spontè ipse efficias. Iucundus enim debet esse defectus, in quo saluus speratur effectus. Vale, & de me quantum de amico per omnia iusta & bona confido. Haec Iuo ad Hildebertum, cuius promotio ad Episcopatum contigit sub Paschali Papa. Creatus autem Episcopus, eadem qua Iuo, de indigno alio electo idem ipse sapere ac scribere reperitur. d Haec autem de Hilde berto hic innotescenda fuere, ne Berengarius post tot cri minum moles laudatus à laudato viro credatur, sed ab amico, potius amicitiae gratia praconio habenas solente. Quantum autè temporis Berengarius vixerit, ipsum quidem, si quis ex hoc Tomo Annalium cuncta superius de ipso narrata recenseat, videbit propè nonagenarium de celsisse summam Dei misericordiam consecutum, si post tot iteratos lapsus in haesim à se damnatam, in Ecclesia Catholica vita periodum clausit.

Verum ex epistola Lanfranci Archiepiscopi Cantuar iensis, quae post haec in manus nostras vnà cum alijs eius dem auctoris litteris venit, apparet hominè ceruicosum, nihil magis quam sanctis Patribus inuere notam studen tem adhuc schismaticum extra Ecclesiam permantille eum illam ipse scriberet, quae sic se habet:

Lanfrancus Antistes Dilectissimis fratribus Ramaldo Picta uorum vrbis Abbati, & Semuno monacho, & Henrico canonico salutem.

Lectis litteris à vestra mihi per hunc hominem fraternitate transmissis, voluntatem vestram intellexi, si facultas detur, ad me veniendi. Id comòdè fieri posse non arbitror. Nam & iter prolixum est, pericula multa terra marisq;, & ego tot tantuq; huius mundi negotijs obuolutus sum, vt talibus studijs dare mihi operam hac tem pte non liceat. Si diuina pietas expeditum me esse quandoq; voluerit, & doceri pariter & docere propter semper mihi animus erit.

Porrò quod schismaticus ille, \* Berengerum dico, sicut vestra e pistola testata est, constantè asserit, quia beatus Hilarius vestra vr bis, vestraq; gentis quondam Episcopus, in tractatu Fidei peruer sa senserit. Et in libro de diuina Trinitate improbabilis sententias de Domino IESV Christo protulit: mirari non debet beatitudo vestra, si, qui de isto capite tam multa, & tam nefanda credere, & docere verissimis relationibus infamatur, de ipsius capitis membro tam permissosa dicere, traditus in reprobum sensum, diuino iudicio permittatur. Re vera quisquis Hilario alicuius hereseos notam im ponit, multos Orthodoxos Patres, qui magnis eum laudibus extu ierunt, eiusdem erroris miracula inuoluit. Gelasius Papa in decretis suis omnes libros eius inter Catholicos scripturas enumerat. Eius auctoritas in sacris canonibus decentissime memoratur, recipitur & laudatur. Sanctus Augustinus in libro de Trinitate excellèti eum lau de extollit, & quadà ab eo de Patre, & Filio, & Spiritu sancto obscu re dicta enucleatius exponit. Beatus Hieronymus quantis eum, omnesq; libros eius in quibusdam scriptis suis praconijs effert, epi solari breuitate comprehendit non potest, vocans eum Romanorum luciferum, Ecclesiarum lucernam, lapidem pretiosum, ad quem mortalia vix ascendunt, pulchro sermone, aureoq; vniuersa lo quentem. Reliqui sacrae religionis doctores, quicunq; de eo aliquid locuti sunt, ab horum sententia in hac parte minime disenserunt. Tutius igitur est Lectori, in difficillimis sanctorum Patrum senten tijs, quas ingenij sui imbecillitas capere non potest, interrogato quod nescit, dicere se nescire, quam pertinaci arrogantia, & arro gante pertinacia non sine sua, & aliorum pernicie Fidei contraria desinire: praesertim si talis persona sit, quae vel scientia litterarum, vel probitate morum, vel potius vrbaq; parte, auctoritatis pondus praesereere videatur. Verba praesertim doctores, quae praesertim in uer sor in eius calumnia conatur inuertere, haec in vestris litteris reperi: Dei Filius hominem verum, secundum similitudinè nostri hominis, non deficiens à se Deo sumpsit, in quo quamuis aut ictus incidere, aut vulnus discederet, asserent quidem haec imperium passionis, nò tamen dolorem passionis inferrent; vt telum aliquod, aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aëra vulnerans.

Et paulò post: Virtus corporis sine sensu parua vim poena in se desauetis excepit. Haec sine praedicio melioris expeditionis, con

d Hildeb. ep. 13.

AETAS BE RENGARII.

XXI.

XXII.  
 \*idem Be rengerus, quod Berengarius LOCVS S. HILARII ELVCI DATVR.

XXIII.

XXIV.

sona, ut putamus, sanctis Patribus assipatione, sic exponitur à nobis. Dominus IESVS Christus in eadem persona verus homo, & verus Deus secundum humanitatem quidem esuriuit, sitiuit, fatigatus est, fleuit, appropinquante hora mortis pauere & taderè cepit. Vnde & orauit, dicens: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: plagas virgarum, vulnerumq; diffisiones, ut homo similis nobis sensit, & doluit, ceterasq; humane nature infirmitates, assumendo hominem, prater peccatum, assumpsit: secundum diuinitatem verd, qua Patri & Spiritui sancto per omnia equalis est, nihil horum sustinuit. Hoc velle approbare nihil attinet, cum apud omnes fideles hac semper sit fueritq; sententia, & sacra pagina huiusmodi documentis penè sit vbique referta. Et tamen propter vnitatem persona, in quam consociendam Deus & homo contenerat, sæpè qua hominis sunt, assignantur Deo, & que solius Dei sunt, dicitur habere homo. Vt illud Apostoli: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. Non enim te vera, quantum ad ipsum spectat, Dominus gloria est crucifixus, si propter assumptum hominem, quod hominis fuit, dicitur pertulisse Deus. Et ipse Dominus in Euangelio b: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Et rursus id quod Dei erat homini est assignatum. Neg, enim homo in terra degens, in cælo tunc esse poterat: sed quia vngentus Patris ita in mundum venit, ut tamen à paterno sinu nunquam discederet, quod solius diuinitatis erat, loquens, in terra assumpto homini propter vnitatem persona tribuebatur.

1. Cor. 2  
b Ioan. 5.

XXV.

Hoc locutionis modo superius dictum est, quia homini assumpto à Filio Dei ictus & vulnera impetum passionis afferrent, nõ tamen dolorem passionis inferrent. Et hoc suppositis similitudinibus declaratur: ut sitelum aquam perforet, & cætera, que sequuntur, ac si diceret: Homo assumptus impetum passionis, & vim doloris sensit, Deus assumens non sensit. Et hoc paulò post declarat, dicens: Virtus corporis, id est diuinitas assumens ipsum corpus sine sensu pœna, quantum ad ipsam pertinet, vim pœna in se, id est in carne assumpta defauiens excepit. Quod si virtus corporis magis robur ipsius corporis hoc in loco intelligenda est, eadem sententia in ceteris manet, vt sit sensus: Virtus corporis sine sensu pœna, quantum ad assumptam diuinitatem, vim pœna in se defauiens excepit, quantum ad assumptam humanitatem. Et hoc locutionis genere re vera, & salua Christiane religionis fide, dici potest, quia Christus, siue corpus Christi, siue caro Christi, in cruce patiebatur, & non patiebatur, dolebat, & non dolebat, moriebatur, & non moriebatur. Et in hunc modum multa, numeroq; carentia. Alioquin si presatus doctor contra vstratissimam Ecclesie Fidem, contra Euangelicam auctoritatem, contra omnium sanctorum Patrum definitionem, carnem Christi insensibilem, & doloris expertem intelligi voluisset, assumptum à Filio Dei, hominem similem nobis hominem in prædicta sententia minime retulisset. Quia enim similitudo sensibili, & insensibili? dolenti & doloris experti? Retulit autem, non igitur intelligi voluit. Obscuro vigilate omnibus modis, quia schismatici, & fautores eorum circa vos & inter vos sunt. Opponite eis scutum timoris Domini, impetentes eos: faculus diuorum eloquiorum. Adminiculamini nobis memores nostri in orationibus vestris. Omnipotens Dominus det vobis benè agere, & feliciter quo tenditis, peruenire. Hæc Lanfrancus de Berengario audacissimo, ac mendacissimo, cum adhuc vnà cū suis extra Catholicam Ecclesiam exularet.

XXVI.  
VRBA. PP.  
ACITPRO  
REST. EC-  
CLESIAE  
MEDIO-  
LAN.  
c Iuo part.  
6. c. 406.

Eodem tempore cum iam defuncto schismatico Archiepiscopo Mediolanensi in locum eius (vt dictum est suo loco) Anselmus Catholicus successisset: Urbanus papa pro restituenda collapsa Ecclesia Mediolanensi sollicitus collaborat, cuius ad Anselmum eundem apud Tuonem Rescriptum extat de reconciliatione lapsorum his verbis: Discretionis nostra videtur, quatenus secundum præcepti nostri tenorem, quando secundum Ecclesie vestrae morem sacros datus quibuslibet alijs ordines, benedicere caperis: eos quos tu duxeris solertia reconciliandos, inter benedicendum & manus imponendum facias interesse, quibus cetera omnia consecrationis instrumenta præter vinctiois explebis, & sic ad sancta ministeria reconciliabis. Hæc Urbanus ad Anselmum nauiter ad restituendam illam Ecclesiam laborantem. Hoc eodem anno ex hac vita miraculis clarus migrat in cælum sanctus Gebhardus Archiepiscopus Salisburgens. insignis propugnator Fidei Catholice, & Ecclesie Romanæ iurium de-

senfor aduersus Henricum Regem exactis in exilio annis nouem: de quo hæc ex Actis eiusdem Ecclesie prodita sic accipe d:

d Apud Ca  
nij 1000. 6.  
p. 8. 436.

Tandem miseratione diuina in ardente zelo Fidelium, anno exultationis sua nono presatus dominus noster Gebhardus, ab Engelberto Comite, & ab alijs quibusdam Ecclesia ministerialibus, & compluribus militibus reductus est in Episcopium suum, comitantibus se Suffraganeis suis Episcopis, Altmanno scilicet Patauenfi, & Meginvardo Frisingensi, & à Clero, & toto penè populo in sedem suam est receptus. Vbi confestim tam eum, qui suam sedem inuaserat, quam & eos, qui loca prædictorum suorum Suffraganeorum occupauerant, anathematizauit ipse, & Coepiscopi suiq; duobus ferè annis curam exercens Episcopalem superuixit.

Anno igitur Incarnationis Domini millesimo octuagesimo octauo, transfactis ab ordinatione sua annis viginti septem mensibus decem, hebdomadibus duabus, diebus duobus, exacto felicis agonis cursu, ad palmam supernam vocatus 16. Kalen. Iulij, in castro suo, quod Vernen dicitur, huius vite terminum beato sine fortitur, & deinde translatus in nostro monasterio debita veneratione sepelitur. Ipso die depositionis surdum & mutum, quem prædiximus, ad sepulchrum proprium curauit. Quo primo alysq; deinceps miraculis viuere se in cælestibus regnis testatur.

Hic à S. Rudberto primo Lunanensis sedis Episcopo vigesimus sextus fuit, ab Arnone primo eiusdem sedis Archiepiscopo sexagesimus decimus. Vir hic erat ingeniosus satis & litteratus, orationibus studens, & lectionibus, canonum maxime scrutator, Eleemosynarum largus, in contemptores & contumaces vltor irruocabilis erat. siue bano, siue alterius potestatis exercitij, vti in illos voluit. Dicitur idem de illa dissensione, que suo tempore in Ecclesia fuit, libellum ad Hermannum Metensem Episcopum, quo & semet excusaret, & quantos ex contraria parte posset, huic, cui ille fauebat, parti sociaret. Subijcitur ibidem eiusdem Sancti Epitaphium his verbis:

Quid fles Admuntis Gebhardi funere tristis?  
Restat post fletus, quod tibi, ceterne, decus.  
Est tibi pontificis corpus non gloria vilis.  
Cui locus hic tumuli prætor Episcopij,  
In te diuino qui fecit iugiter Hymnos,  
Et decantari canticum Psalmographi  
Fecit, & hoc in te, sint \* & solatia cuique:  
Plurima nam tribuit de quibus hæc statuit.  
Esuriens victum, petat vltro nudus amictum,  
Et vagus hospitium, vallus es, \* amicum.  
Propter iustitiam tolerauit, & ipse rapinam,  
Regis ob hanc odium fugit in exilium,  
Malens ille miser, quam schismatis esse minister,  
Transiit ad partes lite sibi similes.  
Complicibus banni studuit se dissociari,  
Seruans Roma tuo debita iudicio.  
Post in Episcopium plebs hunc nonnulla receptum,  
Gaudebat curæ post, vt, & ante sua.  
Hic pro lege Dei nesciunt cogere Regi,  
Vel cuiquam forti, vel quocq; dedecori.

\* vt  
\*

Pastore igitur tali subtracto de presentibus, quo dignus non erat mundus, Scriptura illa impletur Prophetica veritatis: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Mox enim Perchtoldus inuasor presatus fauore Regis Henrici, metropolitani sedem occupat, & more lupi, caulas ouesq; Christi, & Ecclesie atrociter laniat, locum nostrum fortiter deuastat. Sed Christus Dominus recolens promissionem suam, Petro, & Ecclesie sue à se factam, Tu es Petrus, & super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non preualebunt aduersus eam: contra eundem Perchtoldum suum, & Ecclesiam inimicum, per spiritum suigratiam suorum fidelium excitauit constantiam. Qui in vnum conuenientes, electione canonica venerabilem Thiemonem, S. Petri Abbatem in Archiepiscopum constituerunt, eiq; ad defensionem Ecclesie castra, & munitiones Episcopij tradentes, presatum inuasorem de finibus Salzburgeris parochie expulerunt. Sed de Thiemone suo loco inferius.

I E S V C H R I S T I  
Annus 1089.

VRBANI II. PAP.  
Annus 2.

HENRICI III. IMP. 6.  
ALEXII COMN. IMP. 9.

I.  
VRBA PP.  
LEGATIO  
NEM DE  
CERNIT  
CONSTAN  
TENSIS-  
PISC.

MILLESIMVS octogesimus nonus Christi annus, Indictione duodecima, sequitur ordine temporum, quo ab Urbano Papa decernitur legatio in Germaniam Gebhardo Constantiensi Episcopo, de qua ista Bertholdus: Dominus Papa Urbanus his temporibus, anno scilicet presenti Romae in insula, regi inter duos pontes sita est, morabatur, decretalemq; epistolam venerabili Gebhardo Constantiensi Episcopo decimoquarto Kal. Maij direxit, in qua ei Episcopalem potestatem super Clerum & populum Augiensis insulae, praeter monachos concessit, data etiam auctoritate, vt Abbatem inibi vice sua ordinaret, item & apud Augustam sine Curiam Episcopos constituitur procuraret. Nempe in tota Alemannia, Baioaria, Saxonia, & alijs vicinis regionibus praed. Gebhardo Episcopo vicem sua commisit, vt ordinationes improbandas improbaret, roborandas roboraret. Sententiam quoq; anathematis a praedecessore suo Papa Gregorio promulgat a ea discretionem confirmavit, vt in primo gradu Rauennatem haereticam cum Henrico Rege anathematizaret; in secundo gradu eorum fautores, qui eiusdem armis, pecunia, consilio, obedientia fuerent, quib; ab eisdem & ab eorum fautoribus Ecclesiasticos ordines & honores acciperent.

II.

In tertio autem gradu eorum communicatores posuit, quos etsi non excommunicaret, aded tamen eos externa communione commaculatos asseruit, vt in Catholicam societatem sine absolutione & penitentia recipi non deberent, videlicet qui excommunicatis salutatione, osculo, oratione, conuictu, & ignorant, communicassent. Ordinatos vero in excommunicatione, sed non simoniace ab Episcopo quondam Catholice ordiatis, vt in adepto ordine persisterent, sine promotioe permisit, sit tamen hoc eorum probitas & Ecclesia vitas a flagitis videretur; aliquantum etiam ad superiores ordines promoueri concessit, sed hoc rarissime & cum summa necessitate. Haec de epistola Synodali ad Gebhardum Constantiensem Episcopum. Ex Synodo enim scriptam esse patet ex eiusdem fragmento ab a Iuone recitato. Pergit vero Bertholdus: Guibertus autem haereticus eiusq; complices in parte Regis eorum Henrici anathematis ordinatione facere non cessarunt, ipsiq; suis sectatoribus non nisi rarissime vendit as impenderunt. Vnde & malum excommunicationis in tantum propagatum est eo tempore, vt Catholici vix se ab eorum contagio possent illas custodire. In Teutonicis partibus quatuor Episcopi in Catholica communione persisterunt, videlicet VVircburgensis, Patauenfis, VVormatiensis, Constantiensis, sed & Metensis Episcopus, quorum cõsortamentum reliqui Catholici sibi siniticus a principio resisterunt.

Inuerr.  
14. c. 45.

III.

Quod autem ad legatione decretam Gebhardo Constantiensi Episcopo ab Apostolica Sede pertinet, non pretereat illud, quod idem Legatus ad perferendas litteras ad Urbanum Papam vsus est nuntio viro magna virtutis Eginone, qui postea fuit Abbas S. Valrici Auguitę Vendelicorum: hic enim fidelis minister sic iussus mutato monastico habitu, in eo ministerio sapienter elusit schismaticos. Ita testatur Vdescaucus eius comes peregrinationis, dum res ab eo gestas enarrat:

SYNODVS  
GENERALIS  
RO  
MAE SVB  
VRBANO.

Hoc eodem anno (idem auctor Bertholdus sic pergit): Dominus Papa Urbanus generalem Synodum centum quindecim Episcoporum collegit, & Ecclesiastica statuta suorum praedecessorum Apostolica auctoritate confirmavit. Guibertus autem haereticus a Romanis impiter expellitur, & ne amplius Apostolicam Sedem inuadere praesumat, iuramento promittere compellitur. Sciam aliquantulum diuturna regi discordia inter Catholicos & schismaticos tepescere cepit, vt non iam bellum ad inuicem, sed pacem componere sanius iudicarent. Quapropter duces & Comites fideles S. Petri cum Henrico colloquium habuerunt, eiq; suum consilium & auxilium ad obtinendum regnum firmissime promiserunt, si Guibertum haereticum vellent dimittere, & ad Ecclesiasticam communionem per Catholicum pastorem remeare. Quam quidem conditionem nec ipse multum respuat, si tamen in hoc ei Principes

sui assentiri vellent, videlicet Episcopi, qui se cum Guiberto deponendos esse non dubitauerunt, eo quod in eius parte ordinationem, imò execrationem perceperunt.

Hi ergo penitus hac vice dissenserunt, ne S. Ecclesia reconciliaretur. Dominus Papa Constantiopolitanum Imperatorem ab excommunicatione per Legatos suos absoluit. Item litteras a Philippo Regis Francorum debitam ei subiectionem promittentis suscepit.

Quam autem strenue se gesserit Constantiensis Episcopus ab Urbano Apostolice Sedis Legatus per Germaniam decretus, vno hoc exemplo intelligere potes, quod subiecit idem auctor his verbis: In Alemannia Otto Comes impudens adulter, & pro adulterio a Constantiensi Episcopo excommunicatus, Dei iudicio turpissime decollatur a militibus Ludouici Comitis, cuius vxorem publicis nuptijs, eo viuente, sibi nefandissime copulauit. Qui apud monasterium in praedio ipsius constructum a suis sepultus, iussu Constantiensis Episcopi egestus; & (vs scriptum est) ad sepulturam afinis deputatur, &c.

Sed ad Urbanum Pontificem redeamus, quæ autumnali tempore in Apuliam se contulisse, vetera monumenta docent, inuitatum ad reconduendum S. Nicolai corpus Barim tranflatum, Barensemq; Episcopum consecrandum, vt ipsius diploma ibi datum ostendit, quod sic se habet:

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei charissimo fratri Elia Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia nostru temporibus Ecclesiam, quam Deo auctore regis, frater charissime, Barensem (qua & Canusina dicitur) omnipotens Deus B. Confessoris sui Nicolai corpore visitare dignatus est, nos auctore Deo Apostolorum Petri Pauliq; Vicarij, propter Ecclesiastica negotia exequenda, in Apulia prouinciam descendentes, charissimorum filioru Romane Ecclesie Rogerij Ducis & fratris eius Boamundi, atq; vestru deprecationibus inuitati ciuitatem vestra pro B. Confessoris Nicolai dilectione precipua visitauimus: cum magna vndiq; conuenientis populi frequentia, latitinq; B. Nicolai reliquias in locum parati adyti conferentes, contra morem nostrum Romanæ & Apostolice Ecclesie te, dilectissime frater, in sede propria consecrauimus, B. Nicolai reuerentia, & tu populi dilectione deuicti. Te igitur in specialem Romanæ Ecclesie filium amplectentes amoris intimi brachijs, tuamq; cui, Deo auctore, praesides, Barensem (qua & Canusina habetur Ecclesia) exaltare, & populum tuum tam temporalibus, quam æternaliter glorificare, largiente Domino, & fauente iustitia, cupientes: confirmamus tibi presentis pagine auctoritate integrum Barensem (qui & Canusinus est) Archiepiscopatum, vt tu, tuiq; successores, Episcopali iure illum regas, disponas, atq; possideas, salua Romane auctoritate Ecclesie, qua insistente Domino Ecclesiasticum omnium princeps est, cuiq; vt matri summa debet ab vniuersis reuerentia exhiberi.

Absg; praedictio ergo iustitia quarumlibet Ecclesiaru, sequentes tenorem, qui nostrorum continetur privilegia praedecessoru, Barensis sine Canusina Ecclesie possessiones, siue diocesces tibi, tuq; successoribus perpetuo possidendas, regendasq; cõradimus. He aut sunt, Canusina, Bistictum, Bitontum, Middunum, Iuuenarium, Melficta, Rubum, Trarum, Cannam, Mineruinum, Aquam techa, Mons melioris, Lauellum, Rapulba, Melfis, Bit albis, Salpicufraniam, Palmarum, simul & cetera, qua intra marini littoris ora sita esse cognoscuntur. Hac verò & alia municipia siue ciuitates, praedictis ciuitatibus adiacentes siue longè posita, sed ad eas pertinentes cõfirmamus vobis, & omnes fundos & casales, vna cum castis & vineis, cõseruis & ancillis, cum massis & massarijs atq; molendinis, cõportibus, montibus, & pratis simul cum plebibus siue Ecclesijs, cõ omnibus titulis siue capellis suis, simul etiam cum monasterijs viroru, seu seminarum, Graecis aut Latinis, cõ vniuersis ordinibus Ecclesiasticis, & quidquid honoris, possessionu, seu dignitatu per legalem largitionem, & iuxta concessionem antiquitus tenuisset, & quidquid iustitia non cõtradicit, & antiquitus super additum esse probatur, & in futurum iuste poterit Barensis & Canusina Ecclesie adipisci. Atq; huiusmodi privilegia praesenti auctoritatis nostrae decreto indulgetes: statumus, nullum Regum, vel Imperatorum, Antifritum, nullum quacung; dignitate praeditum, vel quemquam alium audere minuerre, alienare, se suis vsib; applicare de ijs quae eidem Ecclesie a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt, vel deinceps, Domino fauente, donari contigerit.

Praeterea fraternitati tuae pallij vsum ex more concedimus, vt eo inter Missarum solemnia ijs dumtaxat festiuitatibus vtaris, videlicet Natiuitate Domini, sancti Stephani, Epiphania, Cena Do-

IV.  
ALEXII  
IMP. AB  
SOLE VI  
TVR AB  
VRBA PP.

PAPA VR  
BA QVAE  
BARI FE  
CERIT.

V.  
VRBA AD  
ELIAM  
ARCHIE  
PISC BA  
RENSEM.

VI.

VII.



mini Resurrectione, Ascensione, Pentecoste, Natiuitate sancti Ioannis Baptistae, Natalibus Apostolorum, & trius festiuitatibus sancta Mariae festiuitatibus sanctorum Nicolai & Sabini festiuitate omnium Sanctorum, in annuo ordinationis tuae die, in ordinatione Episcoporum, seu ceterorum clericorum, in consecratione etiam Ecclesiarum, in translatione etiam domini Confessoris Nicolai. Hortamur itaque, si aternitatem tuam, ut honor tantae dignitatis, supplementum utique, totius sacerdotalis officii, moribus tuis conueniat; & non solum exteriori homini tuo decorem praestet & gratiam, sed & interiori quoque, multiplici virtute corroboret. Siquidem ista sunt pallij, ista sunt huiusmodi indumenti: ut Deum ex toto corde, tota anima, & omni virtute diligas, & proximum tuum sicut te ipsum. Nam licet ad usum pallij omnium virtutum ornamenta sint necessaria: inseparabiliter tamen charitas, quae omnes super excedit, hac pollentem dignitate comitari conuenit. Ad imitanda igitur omnium honorum instrumenta vita & scientia tua subditus tuus sit forma & regula; ut si quid in eis ex humana fragilitate & reprehensibile deprehenditur, intuitu S. conuersationis tuae ad rectitudinem sinceritatis tuae corrigatur. Quibus sic studeas dispersionis tuae iura moderari, ut in corrigendis vitijs & zelo rectitudinis ferueas, & modum temperantiae non excedas. Et ut multa pauca explicemus, quidquid in SS. Patrum dictis repereris: ad tuam, & eorum qui tibi subduntur, vitendum censeas ad imitationem, quatenus documentis tuis instruitur, atque boni pastoris vestigia consecutus, ad regnum summum Pastoris tecum valeant pertinere, & perpetuae vitae felicitatem, Domino annuente, percipere, Amen. His mox subiicitur sigillum.

VIII.

Datum apud Barum per manus Ioannis diaconi anno Dominicae Incarnationis millesimo octogesimo nono: anno vero Pontificatus domini Urbani Papae secundo, Indictione decimatercia, nono Octobris.

In Apulia autem cum esset hoc anno Urbanus Papa, Troiae Concilium celebrauit, ut apparet ex Petro diacono in Chronico Casinate, cuius Concilij meminit quoque Iuocarnotensis Episcopus istis verbis: Conuenit Troiae in Apulia Concilium Episcoporum fere septuaginta quing, Abbatum duodecim, in quo actum est de consanguinitatis linea coniugatis, cum nemo tamen dictum sacramenti impedimentum vellet assertionem firmare: praecipuum est, ut Episcopi, quorum diocesis sunt, eos per congrua species, trina aduocatione conueniant. Tunc si duo vel tres viri consanguinitatem iure iurando firmauerint, vel ipsimet forte confessi fuerint: coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit Episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi, in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, virum se (sicut fama est) consanguineos recognoscant. Si negauerint sibi ipsi relinquendi sunt; ita tamen, ut si aliud in conscientia habeant se a membris Ecclesiae & corpore & sanguine Domini, & fidelium communionem nouerint segregatos, atque infames effectos, donec ab incestui amore desinat. Si se Episcoporum iudicio segregauerint si iuuenes sunt, aliam matrimonia contrahere non prohibentur. Haecenus quod superest ex Concilio Troiano fragmentum. Quod & apud Gratianum, & Magistrum sententiarum inuenies. Sed iam quae sunt reliqua Urbani Papae anni huius describamus.

Chron. Casim. lib. 1. cap. 8. 1. no part. 2. c. 5. CONCIL. TROIAN. PRIMVM.

35. 9. 5. 4. Magist. 4. c. 4.

IX.

Visum est autem eidem Urbano Pontifici, hoc eodem anno, ob publicum Ecclesiae bonum, Mathildem Comitissam inuitam licet, iam prouectioris aetatis foeminam nuptijs tradere strenuo militi, Ecclesiae Catholicae defensori. Delectus est Vvelpho filius Vvelphonis Ducis Baioariae Azonis Marchionis Ferrariensis filij, de quibus saepe superius. Datur ipsa quidem, verum ita ut nunquam voluerit commiseri viro. Sed audi Bertholdum haec omnia ob oculos habentem: In Italia nobilissima Dux Mathildis, filia Bonisacij Marchionis, sed vidua Godesfredi Ducis Vvelphonis Ducis filio Vvelphonis Ducis coniugio copulatur, & hoc utique non tam pro incontinentia, quam pro Romani Pontificis obedientia videlicet, ut tantum virilius sanctae Romanae Ecclesiae contra schismaticos posset subuenire. Subdit, hoc coniugio Henricum Imperatorem valde trifidum esse, eundemque Ducem terrori fuisse schismaticis. At de contentia Mathildis cum viro ista habet inferius anno millesimo nonagesimo quinto: Vvelpho filius Vvelphonis Ducis Baioariae a coniugio dominae Mathildis se penitus sequestrauit, asserens illam a se omnino immunem permansisse: quod ipsa in perpetuum reticisset, si non ipse

VRBA. PP. INNGIT. MATRIMONIO. MATHILDEM. CVM. VVELPHONE.

prior illud satis inconsiderate publicasset. Vnde pater ipse in Longobardiam nimis irato animo peruenit, & frustra diu multumque pro huiusmodi reconciliatione laborauit. Ipsum etiam Henricum sibi in adiutorium adscuit contra dominam Mathildem, ut ipsam bona sua filio eius dare compelleret, quamuis nondum illum in maritali opere cognosceret. Vnde diu frustra laboratum est. Haec omnia Bertholdus. Erat autem Mathildis hoc anno Redemptoris iam annos quadraginta tres suae aetatis agens, ut ex supputatione numeri annorum, quibus vixit, facile colligi potest, quem alius superius nos subduxisse meminimus.

At de his, qui hoc anno decefferunt digni memoria Orthodoxi, & in caelum a Deo recepti aeterna vitae praemia meruerunt, ita Bertholdus: Bonizo pia memoria Sutrinensis Episcopus, sed inde pro fidelitate S. Petri iam dudum expulsus: tandem post multas captiones, tribulationes, exilia, a Placentino Catholico pro Episcopo recipitur: sed a schismaticis eiusdem loci, effusus oculis, & truncatus omnibus penè membris martyrio coronatur. Et inferius: Petrus pia memoria Albanensis Episcopus in causa S. Petri feruentissimus migravit ad Dominum. Hic est ille Petrus, qui Petrum Papiensem Florentini Episcopatus inuasorem per iudicium ignis simoniacum esse probauit. Vnde & deinceps illum sancta Ecclesia, Igneum cognominauit. Et inferius: Erat enim tantae sanctitatis, constantiae & fidei, ut vix aliquis sui temporis ei potuerit comparari. Hic ergo de hac vita discedens magnum moerorem Catholicis reliquit.

X. BONIZO EPISCOP. MARTYR.

PETRVS IGNEVS MORITVR.

Quod vero ad conflictus inter Henricum & Eggebertum Marchionem attinet, malè pugnatum ab Henrico narrat, captumque Liemarum Bremensem Archiepiscopum, occisum Burchardum Lofannensem Episcopum, & alios, vixque Regem ipsum fuga lapsum euasisse periculum. De iisdem quoque agit Dodechinus ad Marianum Scotum. De occisibus autem schismaticorum excommunicatorum extat Rescriptum Urbani Papae ad Godefredum Episcopum Lucanum seu Lucensem apud Iuonensis verbis:

XI. HENRICVS IMP. VICTVS.

1. no part. 10. ca. 54.

Excommunicatorum interfectores, prout morem sanctae Ecclesiae nostri, secundum ipsorum intentionem modum congrua satisfactionis iniunge. Non enim eos homicidas arbitramur, qui aduersus excommunicatos zelo Catholicae matris ardentes, eorum quoslibet trucidasse contigerit. Ne tamen eiusdem Ecclesiae matris disceptatione deficiat, tenore quem diximus, penitentiam eis iniungo congruentem, qua diuina simplicitatis oculo: aduersum se complacere perualeant, si forte aliquid dupliciter pro humana fragilitate in eodem flagitio contraxerunt. Haec Urbanus.

\* definit

Moritur hoc anno Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis. Vacauit autem ea Ecclesia annis quatuor afflictata nimium per Guillelmum Regem iuniorem. De quibus Edinerus in Anselmo.

XII. LANFR. OBITVS.

Remanserunt tanti viri scientia & sanctitate praestantis aliquot scriptorum monumenta, ut quae scripta contra perfidum Berengarium, & totius epistolarum, index ingenij fertilissimi, quarum aliquot ad Annales spectantes suis locis superius inrexiimus. Hic vero duas describimus, datas ad Regem Hiberniae, quibus eius Ecclesiae status huius temporis, qualis fuerit, significatur. Quarum prior sic se habet:

Lanfrancus non suis meritis, sed gratia Dei Archiepiscopus gloriosae Hiberniae Regi Gothrico salutem orationibus.

Venerabilem fratrem ac Coepiscopum nostrum Patricium, quem, reuerentis me filii, excellentia vestra ad nos consecrandum transmisit, honestè suscepimus, debitis officijs secundum canonicam institutionem sancti Spiritus gratia cooperante sacraui mus, sacrum ad propriam sedem cum testimonio litterarum nostrarum more antecessorum nostrorum remisimus. Qui quamuis de gloria vestra multa nobis bona, multisque laudibus digna retulit: non ab re tamen credimus esse, si predicanda vestra studia nostra adhortatione pulsamus. Sicut enim ignis flante vento clarus lucet, & maior efficitur: sic vera virtus veris precibus pulchritus enitescit, & in melius augmentatur.

DE STATV. ECCL. HYBER. NAE EX LANFR.

Rogamus igitur, sicut rogari oportet, pretiosum sanctae Ecclesiae filium, quatenus fidem rectam, ab ipso Deo & Apostolis eius sanctis, atque Orthodoxis Patribus traditam, cum omni mentis sinceritate inuolantem teneatis: fidei congrua opera, in quantum vires

Suppetunt, exhibeatis: super bis austeram, humilibus placabilem vestram celsitudinem ostendatis. In regno vestro perhibentur homines, seu de propria, seu de mortuarum vxorum parentela cōiuges ducere, alij legitime sibi copulatas pro arbitrio & voluntate relinquere; nonnulli suas alij dare, & aliorum infanda commutatione recipere. Hæc & si qua sunt alia crimina propter Deum & amorem vestram in terra potestatis vestra corrigi iubete; talesq; vos cū diuino adiutorio vestri subditis exhibete, & vt amatores bona amplius diligant, & appetitores mali prauas actiones nequam exercere presumant. Hoc enim facientes, & diutius cū reum temporalium felicitate in terra regnabitis, & post terrenum regnum sine fine regnaturi ad cœlestia regna migrabitis.

XIV.

Plura & prolixius vobis scripsissem, sed habetis vobiscum prædictum Antistitem vestrum, monasticis institutionibus à pueritia enutritum, scientia diuinarum litterarum strenuissimè eruditum, bonorum operum ornamentis, in quantum cognosci à nobis potuit, decentissimè adornatum. Quem de anima vestra sepius loquentem se intento corde audieris, audientes vt patri spirituali, in his que ad Deum pertinent, obediueris, obediens ea, qua vobis ab eo prolata fuerint, in arca peccatoris vestri reposueris, speramus per misericordiam Dei, qua neque vos peritiosè errabitis, neq; subditos vobis in priuarum actionum pertinacia diu stare permiseris. Omnipotens Dominus contra inimicos mentis & corporis baltheo virtutis sue excellentiam vestram defendat, & post longam huius seculi vitam, ad eam, qua finem non habet, feliciter vos perducatur. Sequitur ordine eiusdem Lanfranci alia epistola ad alium Regem isto titulo:

XV.

Lanfrancus peccator, & indignus sanctæ Dorobernensis Ecclesie Archiepiscopus, magnifico Hibernia Regi Terdeluaco benedictionem cum seruitio & orationibus.

Nullam Deus maiorem terris misericordiam impendit, quam cūm pacis ac iustitiæ amatores ad animarum seu corporum gubernacula prouehit: & maxime cum bonis Regibus regna huius mundi regenda committit. Hinc namque pax oritur, discordia sopitur, & vt breuiter cuncta complectar, Christiana religionis obseruantia stabilitur. Quod populis Hibernia diuinitus tunc collatum fuisse prudens inspector intelligit, quædum omnipotens Deus excellentia vestra in regia potestatis super illam terram concessit. Tot enim tantaq; bona de magnitudinis vestra erga bonos pia humilitate, contra prauas districta seueritate, circa omne humanum genus discretissima aequitate frater & Coepiscopus noster Patricius narrauit; vt quamuis vos nunquam viderimus, tanquam visos tamen vos diligamus, & tanquam visis ac benè cognitis vobis salubriter consulere, & sincerissimè seruire cupiamus.

XVI.

Verum inter multa, qua placent, & relata nobis sunt quedam, qua displicent, videlicet quòd in regno vestro quisque pro arbitrio suo legitime sibi copulatam vxorem, nulla canonica causa interueniente, relinquit, & aliam quamlibet, seu sibi, vel relicta vxori cōsanguinitate propinquam, siue quam alius simili improbitate deseruit, maritales seu fornicaria lege, puniendam sub temeritate conuenit. Quòd Episcopi ab vno Episcopo consecrantur. Quòd in villis vel ciuitatibus plures ordinantur. Quòd infantes baptismo siue christmate consecrato baptizantur. Quòd sacri ordines per pecuniam ab Episcopis dantur. Hæc omnia, & si qua sunt similia, contra Evangelicam & Apostolicam auctoritatem, contra sanctorum canonum prohibitionem contra omnium orthodoxorum Patrum, qui nos praeferunt, fieri institutionem, nullus qui sacras litteras vel mediocriter legit, ignorat. Quæ, quanto in conspectu Dei, Sanctorumq; eius amplius sunt horrenda, tanto studiosius vestris sunt sine aliqua dilatione iustionibus prohibenda, & nisi prohibita corrigantur, districtissima terroris vestri seueritate punienda. Nullum enim Deo vel maius, vel gratius munus esse potestis, quam si diuina & humana debitis legibus gubernare studetis.

XVII.

Memores igitur diuini Iudicij, quo de commisso vobis regno rationem reddatur estis Deo, Episcopos & religiosos quosque viros in vnum conuenire iubete, sacro eorum conuentu presentiam vestram cum vestris optimatibus exhibete, has prauas consuetudines, omnesq; alias, qua à sacris legibus improbantur, à regno vestro exterminare studete, quatenus Rex regum, & Dominus dominantium, cum viderit regiam maiestatem vestram præceptis suis non omnibus esse subiectam, seruis quoque ac fidelibus suis pro timore & amore eius mansuetam, inimici diuina religionis diuino zelo infestam, pfe quoque vos, vestrosq; fideles clamantes ad se proptiatu exadiat, hostes conterat, pacemq; vobis in hoc saculo sta-

bilem, & in futuro vitam aeternam concedat.

Non prætereundum, quòd hoc anno contigisse eiusdem temporis scriptor Sigebertus affirmat: nimirum quòd lues excrefcens, quos pertigit, eosdem igne sacro siue consumpsit, siue membris mutilatis deformes reliquit ostentui, cuius causa (asseritur in historia a Antoniana) frequentiori concursu creuit cultus sancti Antonij Magni in prouincia Viennensi, vbi eius corpus translatum à locello ex stirpe Comitum Pictauensium oriundi Constantinopoli, iussu Vrbanipapæ ab eius filio Guigone apud Motam sancti Desiderij fuerat collocatum, vbi omnes eodem morbo tacti, mirabile dictu, confestim sanabantur. Auctus est eò amplius erga Sanctum reuerentia, quòd sicut eo morbo ægrotantes sanari confueverint, ita sani in eundem Sanctum peccantes, siue per iurio, aliave irrogata in eum blasphemia vel contumelia, eundem mox experiri solerent vltorem, eodemque confestim morbo ignis sacri percuti: quòd pauendum cunctis prodigium hætenus perseverat, ad eò vt in proverbium verum sit: In sanctum Antonium neminem impunè peccare.

Eodem quoque anno Constantinopoli moritur Euthathius Patriarcha, cūm fedisset annis tribus, in cuius locum subrogatur Nicolaus cognomento Grammaticus, qui tenuit annis viginti septem & menses tres, temporibus quibus imperabat Alexius Comnenus. Hæc ex ferie Patriarcharum Constantinopolitanorum, quæ extat tomo primò iuris Orientalis.

## I E S V C H R I S T I

### Annus 1090.

VRBANI II. PAP.  
Annus 3.HENRICI III. IMP. 7.  
ALEXII COMN. IMP. 10.

**N**ONAGESIMVS post millesimum sequitur annus Indictione tertiadecima inchoatus, quo agente Urbano Papa per Legatos, Tolosana Synodus ex Galliarum Episcopis celebratur, de qua ista Bertholdus eius temporis auctor, hoc anno: Dominus Papa Urbanus generalem Synodum cum Episcopis diuersarum prouinciarum per Legatos suos in Tolosana ciuitate circa Pentecosten collegit, ibiq; multa in Ecclesiasticis causis qua corrigenda erant, correxit. In qua Synodo Tolosanus Episcopus de illatis criminibus canonicè expurgatur, & legatio pro restauranda Christianitate in Toletana ciuitate, Rege Hispanorum supplicante, destinatur. Hæc ipse. Insuper & per alium Apostolicæ Sedis Legatum, nempe Patauiensem Episcopum, in Baioaria præualentibus Catholicis, ordinatus est Catholicus Archiepiscopus Salzburgenis, vt idem auctor affirmat.

Adhuc etiam & ab ipso Urbano hoc anno Synodus Melfi in Apulia celebrata est, vt testatur Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in suo Chronico, dum ait: Anno Dominica Incarnationis millesimo nonagesimo, Indictione decimertia, mense Septembr. Urbanus Papa Synodum celebravit in ciuitate Melfia, in qua Rogerius Dux ligus eius homo effectus, promisit iureiurando se seruaturum fidem Romanæ Ecclesie, & eidem Papæ, eiusq; successoribus canonicè intrantibus. Accepit per vexillum ab eo terram cum Ducatus honore. Hæc Romualdus. Quæ autem in eadem Synodo sancita fuerint, codex Antonij Augustini, & Vaticanus his verbis docent: Ex Synodo Urbani Papæ apud Melfiam:

Sanctorum Patrum sententijs consona sentientes, Dei & Apostolorum eius parte præcipimus, ne quis vltius dato vel promisso, vel pretio, vel seruitio ea intentione \* intento, vel precibus Episcopalem nitatur assequi dignitatem, nec vllus eam prætaxato tenore indulgeat. Hoc idem etiam de omni Ecclesiastica dignitate vel officio, Apostolica potestatis auctoritate præfigimus: alias & dator & acceptor proprij ordinis dignitate priuetur. Episcopus omnia sui Episcopatus membra, videlicet Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanias, vel alias Præposituras Ecclesie, siue canonicas gratis absque omni venalitate disponat præbendas, etiam qua canonicatus dicuntur, sine venalitate distribuatur. Quisquis autem ea

XVIII.

\* Hist. An.  
par. 2. c. 31.  
32-33.  
S. ANTONI  
NII CVL  
TVS QVA  
OCCASIO-  
NE CELE-  
BRIS.

XIX.

NICOLA  
GRAMMA  
TICVS PA  
TRIAR-  
CHA CON  
STANTI-  
NOP.

I.

CONCIL.  
TOLOSA-  
NYM.

II.

ROGERI  
DVX VA-  
SALLVS  
S. R. E. IN-  
VESTI-  
TVR.

III.

QVAE  
SINT A-  
CTA IN  
CONCIL.  
MELFIT.  
\* f. impen-  
to

pretio dederit, quisquis acceperit, depositioni subiaceat, vt vnica tunica Domini nostri sponse sine macula aut ruga permaneat.

2 Sacrorum canonum instituta renouantes, precipimus, vt a tempore subdiaconatus nulli liceat carnale comertium exercere. Quod si deprehensus fuerit, ordinis sui periculum sustinebit.

IV.

3 Nemo prater ea ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probata sit castitatis, & qui vsq; ad subdiaconatum vnicam & virginem vxorem habuerit.

4 Igitur vt hac, annuente Domino, valeant conseruari, sanctorum Patrum decretis obsecundantes, & eorum precepta Apostolico moderamine temperantes constituimus, vt nemo ante annos quindecim, aut quatuordecim subdiaconus ordinetur, nemo ante annos viginti quinq; vel vigintiquatuor diaconus fiat, nemo ante trigessimum in presbyterum consecratur.

5 Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiam, aut quidquid Ecclesiastici iuris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessionem Pontificis monasterijs, aut canonicis offerre presumat. Quod si quis Episcopus improbitatis & auaritia causa consentire noluerit, Romano Pontifici nuntietur, & cum eius licentia quod offerendum est offerat.

1. q. 2. c. 3.

6 Nullus Abbas, nullus Ecclesiarum propositus qua iuris sunt Ecclesiastici, accipere sine Episcopi concessionem presumat.

7 Nullus Abbas pretium exigere ab eis, qui ad conuersionem veniunt, aliqua placiti occasione presumat.

8 Illud summopere & Apostolica auctoritate privilegio prohibentes interdiximus, vt nullus in clericali ordine constitutus, nullus monachus, Episcopatus aut Abbatie, aut cuiuslibet Ecclesiastica dignitatis inuestituram de manu laici suscipere audeat. Quod si presumpserit, depositione mulctetur.

V.

9 Quia nouum hoc tempore clericorum Acephalorum genus emerfit, qui morantur in curijs, & viris & feminis ad sui ordinis dedecus subditi, cum in canonibus cautum sit, ne quis sine licentia Episcopi clericus, nec Episcopus sine Metropolitano curiam adeat: precipiendo precipimus, & prohibentes prohibemus, ne quis retineat huiusmodi. Sed proceres ab Episcopi animarum suarum\* procuret clericos\* postulet, si Episcopi iustione pro tempore ac vicissim in curijs conuersentur. Ipsi itaq; omnino interdiximus, ne decimis procerum sine concessionem sui Episcopi abutantur.

\* f. procurant  
\* f. postulare  
\* f. ne clericis proceres

10 Prater ea constituimus, ne quis Episcopus, aut Primas monachum quemlibet vagatam in sua diocesi, prouinciate retineat, nisi Abbatibus proprijs litteris regulariter commendatus.

VI.

11 Ne grauen aliquid sancta patiatur Ecclesia, nullum ius laicis in clericos esse volumus & censemus. Vnde cauendum est, ne seruile conditionis, aut curialium officiorum obnoxij ab Episcopis promoueantur in Clerum. Neq; liceat laicis exactionem aliquam pro Ecclesia beneficijs, aut paternis maternis facultatibus quare. Quod si forte clericorum aliquis cuiuslibet laici possessionibus vsu fuerit, aut vicarium, qui debitum reddat, mueniat, aut possessione cadat, ne grauen Ecclesia inferatur.

diff. 32. c. 1

12 Porro eos qui in subdiaconatu vxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordine remouemus, officio atq; beneficio Ecclesie careere decernimus. Quod si ab Episcopo communiti non se correxerint, Principibus licentiam indulgemus, vt eorum vxoras mancipent seruituti. Si verd Episcopi consenserint eorum prauitibus ipsi officij interdictione mulctentur.

13 Vtq; omnia scandala, omnesq; occasiones laici subtrahantur: scissis vestibus clericos abuti vltius prohibemus, & ne pomposius induantur exuuijs, admonemus. Pensandum est namq; quantum viris flagitijs adscribatur, a quiis curam pastor Ecclesie exigit, & feminas prohibere, dicens: Non in veste pretiosa, quam Dominus ipse vituperans, nobisq; cauendum insinuans, ait: Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.

14 Presbyterorum filios a sacris altaris ministrarijs remouendos decernimus, nisi aut in canobijs, aut in canonicis religiose probati fuerint conuersati.

15 A suis Episcopis excommunicatos ab alijs recipi magnopere prohibemus.

VII.

16 Sande quia inter cetera vnum est, quod maximè sanctam peribat Ecclesiam, falsa videlicet penitentia: Constatres nostros Episcopos & presbyteros admonemus, ne falsis penitentibus laicorum animas decipi, & in infernum protrahi patiantur. Falsam penitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de vno solo peccato penitentia agitur. Aut sic cum agitur de vno, vt non disceda-

tur ab alio peccato scilicet. Vnde scriptum est: Qui totam legem serauerit, offendit autem in vno, factus est omnium reus: scilicet quantum ad vitam eternam. Sicut enim si peccatis esset omnibus inuolutus; ita si in vno tantum maneat, vita eterna ianuam non intrabit. Falsa sit penitentia, cum penitus ab officio curiali vel negotiali non recedit, qua sine peccatis agi vlla ratione potest; aut si odium in corde gesserit, aut si offensus cuiuslibet non satisfaciat; aut si non offenderit, offensus non indulgeat; aut si arma quis contra iustitiam gerat. Hucusque canones Concilij Melfitani ex codice Antonij Augustini, collatione facta cum codice Vaticano. Porro absoluto eodem Concilio Melfitano, Urbanus Papa magna instantia inuitatus est a Boamundo filio Roberti Guiscardi venire Barim. Cui cum consensisset; consecrauit illic Eliam Barensem Archiepiscopum. Constant hæc ex scripto Ioannis eiusdem Ecclesie Archidiaconi, quod inferius suo loco descriptum inuenies.

a Iac. 2.

Hoc pariter anno illustres Confessores Catholicorum propugnatores ex hac vita migrasse Herimannum Mentensem Episcopum, & Adalberonem Vireburgensem Antistitem, Bertholdus affirmat; Eggebertum Marchionem, nec non Bertholdum Ducem pariter ex humanis sublatos strenuos propugnatores Catholicorum idem asserit. Vnde patuit via, vt Henricus Imperator in Italiam denuo se conferret aduersus Mathildem. Ita collabentibus in Germania rebus Catholicorum, data est occasio Valtramo Episcopo Magdeburgensi scribendi litteras ad Ludouicum Comitem . . . quibus hortatus est eum, vt deficiens a Catholicis Henrico Regi inhæreret. Recitat eas Dodechinus in Appendice ad Marianum, simulq; aduersarias ei redditas, quibus scite prudenteq; eadem causa diliteritur, quarum in primis que data est a Valtramo Magdeburgensi Episcopo, sic se habet:

VIII.

Valtramus Dei gratia id quod est, Ludouico serenissimo Principi cum instantia orationum semetipsum ad omnia deuotissimum.

Omnis regno virilis est concordia; desiderabilis est iustitia: hac enim virtus mater est probitatis, & conseruatio totius honestatis. Qui autem intestina grassando dissensione, ad humani sanguinis alios irrat effusionem: profecto vir sanguinum est, atq; illius particeps, qui nostrum sanguinem sitiens semper circueit quærens quem deuoret. Tu igitur gloriosissime Princeps, attendens, quomodo Deus pacis est, & non dissensionis: quod ex te est, pacem cum omnibus habeas. Deus charitas est, diabolus odium. Tota lex & Prophetæ in dilectione pendent. Qui autem dicit fratrem suum, homicida est, nec habet partem in Christi regno & Dei.

EPISTOL. VALTRAMI SCHISMATICI. IX.

Hoc ipsa Veritas, hoc Discipulus ille Veritatis protestatur, qui de pectore Dominico Euangelij profundus potatus veritatem, summi impetu latificat abundantius cinitatem Dei. Sed ille, vas electionis, qui vsque ad tertium celum raptus, non secundum hominem, sed per reuelationem IESU Christi Euangelium suum didicit: Omnis, inquit, anima potest atibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas nisi a Deo. Qui autem resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sicut amici nostri inrer mulierculas & simplex vulgus somniant, regia potestati subditi non oportere: falsum esse ergo, quod omnem animam potestati subditi oporteat. Sed nunquid Veritas mendacij arguenda est? An experimentum querimus eius qui in Apostolo loquebatur Christus? an amulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Fortiorem se confidit, qui Dei ordinationi resistit, quonia non est potestas nisi a Deo. Sed quid ait Prophetæ? Confundantur omnes, qui pugnant aduersum te Domine. Et: Peribunt viri qui resistunt tibi. Rudolphus, Hildebrandus, Eggebertus, & innumeri Principes Dei ordinationi in Henrico Imperatore resisterunt: & ecce quasi non fuerint, perierunt, quia profecto necesse est, malum fuisse principium, quorum finis pessimus subseditus est.

b 1. Cor. 14.  
c Matt. 12  
d 1. Ioã. 3.

X.

Nunc ergo quoniam, qui ex aduersa sunt parte, suis aduersum nos eminus digladiantur ratiocinationibus: vestro iudicio, vbi ius, vel etiam in vestro iudicio conseramus, domicilio tantum non suo vsuario, sed Christi & antiquorum Patrum vt amur testimonio. Ac ne forte recusetur: Lex huius esto certaminis, vel me in populorum transfere sententiam, vel ex nostro triumpho vos Domino nostro Imperatori lucrifaciamus. Attendatur & illud: Si quis aliter euangelizat, prater quod euangelizatum est vobis: anathema sit. Hoc anathema non de profana vanitatis vsuario, sed de tertio into-

c Rom. 13

f 1. Cor. 10  
g 1. Sa. 4. 1.  
h Ibidem.

XI.

niuit

i Gal. 1.

a Rom. 10  
b Psal. 108

nuit caelo. De istis autem qui ignorant<sup>a</sup> Dei iustitiam, & querentes suam salutare, iustitia Dei non sunt subiecti. Fiducialiter dixerunt b: Maledicent illi, & tu benedices, qui insurgunt in me, confundantur. Seruus autem tuus latrabitur, quoniam, ut ait Dominus, sine me nihil potestis facere, nec damnas iustum cum iudicabitur illi. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo Domino stat, aut cadit. Hucusque litterae Valtrami, quem nostri saeculi Politici statuant sibi sui ipsorum dogmatis auctorem & defensorem.

XII.

Has sane litteras (pergit Dedochinus) praedictus Comes Ludouicus suscipiens, vocato ad se venerabili Stephano (qui & Herrandus) Haluerstadeni Episcopo eas tradidit legendas; rogauitq; eum, quatenus his diligenti examinatione perspectis, iuxta rationem veritatis congrua obuiaret responsione, & linguam blasphemantis, os quoque iniqua proferentis contra iustitiam auctoritate sancti Spiritus, & testimonio Scripturarum obstrueret, ne amplius contra Ecclesiam Dei latratus proferret insanos, & fureret. Venerabilis autem Episcopus secundum petitionem Comitum susceptis litteris, ac diligenti examinatione perspectis, vocato Notario epistolam dictaui, in qua primum Valtramum Episcopum haereticum, simoniacum redarguit, Regem etiam Henricum haereticum & excommunicatum, ideoque nec Regem dicendum comprobauit, Episcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro Sodomitica immunditia vendentem declarauit. Sed ipsius iam epistole textus exponatur, ut illius venerabilis viri seruior in tenore iustitia agnoscat.

c Rom. 3.

XIII.

EPIST. LV  
DOV. CO.  
MIT. CON  
TRA VAL  
TRAMVM  
SCHISM.

Comes Ludouicus domino Valtramo, quidquid tali vocabulo dignum est. Sicut bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum; ita malus homo de malo thesauro profert malum. Vnde tibi tanta arrogancia, ut me ad indignationem tam iniuriis iniurijs prouocares? Etenim Dominos & patres meos, qui me in via iustitia confortant, viros sanguinum similes satanae oblique appellas, & monita salutis, qua suggerunt, inter mulierculas & simplex vulgus somnariis dicitis. Nunquid Deus indiget tuo iudicio, ut pro illo loquaris dolo? Docuit iniquitas os tuum, & imitaris linguam blasphemantium, ita ut recte de te dicat Propheta d: Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quamuis ergo quantum peruersus, tantum peruersa locutus sis: nos tamen ori nostro custodiam ponere decreuimus, & siluimus cum confisteret peccator aduersum nos. Sed excitat nos sermo diuinus, dicens: f Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Nunquid enim fatuus as personabit, & sapientia obmutescet? Nunquid loquetur mendacium, & veritas asilebit? Nunquid tenebra operient terram, & Dominus non orietur? Immo lux in tenebris g lucet, & tenebra eam non comprehenderunt. Qua consideratione concauit cor nostrum, h & in meditatione nostra exarsit ignis. Loquimur igitur, & clamamus, vulpesq; paruulas, quae vineas Domini demoluntur, & quantum possumus, arcemus, timentes Prophetiam illam exprobrantem: i Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praedio in die Domini. Audiant, non tu qui k aures habes & non audis, qui oculos habes, & non vides, qui lumen quod in te est, tenebras fecisti: audiant, inquam, omnes cordati, qui aures audiendi habent: quam alte aut non intelligas, aut intelligere disimules, i neq; quid loquaris, neq; de quibus affirmes.

d Psal. 35

e Psal. 38

f Prou. 26

g Ioan. 1.

h Cant. 2

i Ezec. 13

k Psal. 113

l 1. Tim. 1

XIV.

Ad subiectionem domini Henrici, quem Imperatorem dicunt, nos inuitas, & (in quantum intelligere datur) ut per omnia subditi sumus, quasi Apostolico argumento necessitate imponis, dicens: m Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: no enim potestas, nisi a Deo. Qui ergo potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Quam Apostoli sententiam te male intelligere, peius interpretari, dicimus. Si enim omnis potestas a Deo est, ut tu intelligis: quid est quod de quibusdam dicit Dominus per Prophetam: n Ipsi egnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognouit eos? Si omnis potestas a Deo est (ut tu intelligis) quid est quod ait Dominus o: Si oculus tuus scandalizauerit te; erue eum, & proice abs te? Quid enim est potestas, nisi oculus? certe Augustinus in expositione Apostolica sententia, omnis anima potestati sublimioris subdita sit: Quod si potestas, inquit, aliquid ubeat quod contra Deum sit: hic contemne potestatem, \* timendo potestatem alioquin P Nunquid iniquitas apud Dominum? Nunquid Christus peccati minister est? Absit. Quid ergo dicemus? Nunquid ab Apostolo diuersa sententia Prophetia euulgatur? Augustinus: Minime

\* non timendo

P Rom. 9.

diuersas t bias inflat spiritus vnus.

Itaque audiamus Apostolum concordantem, & seipsum exponentem, & inimicum vltoremq; suum destruentem: Non est, inquit, potestas, nisi a Deo. Quid sequitur? Qui ergo, inquis, potestati resistit, & reliqua. Absit. Non hoc sequitur, sed quid sequitur? Quae autem sunt, a Deo ordinata sunt. Nempe hoc est quod quarimus. O lingua dolosa! o cor machinans malum spiritus vadens & non rediens, cur mentitus es Spiritus sancto? Arguat te conscientia tua. Ecce fugit impius nemine persequente. Cur vt deciperes, suppressere veritatem voluisti? Cur medullam, cur animam huius sententia furatus es? Nam si haec verba de medio sententia Apostolica tollantur, contraria sibi inueniens & ex animis iacabit. Impletur sermo diuinus: Qui parat proximo suo foueam; incidit in eam. Certè nec culpam forti nec poenam euadere poteris. Quid infelix, quid iudici venturo, cum a seruis negotiatoribus\* locum requireret, responsurus es, qui Dominica pecunia si auditor in medium produceris? Quare non iudicium & laqueum proditoris timuisti, ne similem reatum similis vindicta sequeretur? Prauides per Spiritum sanctum Apostolus, te, tuq; similes haereticos in Ecclesia emeruros, t qui bonum malum, & malum bonum dicerent, qui tenebras lucem, & lucem tenebras ponerent, qui de sententia veritatis occasionem inducendi erroris captarent cum praemisset: Non est potestas, nisi a Deo: vt coniectura n reprobis intellectus amputaret: Quae autem sunt, inquit, a Deo ordinata sunt. Da igitur potestatem ordinatam, & non resistemus, immo dabimus illud manus.

Miror autem, si in te vel gutta sanguinis est, quod non erubescis Dominum Henricum Regem dicere, vel ordinem habere. An ordo tibi videtur ius dare sceleris, fas nefasq;, diuina & humana confundere? An ordo videtur tibi, in corpus suum peccare? videlicet (proh pudor, proh nefas!) vxorem propriam sceleris omnibus saecula mundi in audio lupanar facere? An ordo tibi videtur, cum Dominus dicat v: Defendite viduam, viduas iudicij equitatem postulantem nefanda cotaminatione prostituere? Haec qui ordinata, qui sana dixerit, hunc insani capitis esse, insanus iurat Orestes. Vsq; ad haec miseriam tempora natura fecerit etum amauit: sed traditus in reprobum sensum Rex vester natura inuolucrum detexit, qui omnem pudorem ponit in propatulo. Vt autem illa quae sine numero sunt, taceamus, videlicet, concremationes Ecclesiarum, depradationes, homicidia, incendia, truncationes, & his similia, quae ille potest, nos enumerare non possumus: ea quae maxime Ecclesiam Dei grauant, loquamur. Audi ergo vera, non fucata, audi fortia, no faceta. Omnis qui dignitates spirituales vendit, haereticus est. Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Episcopatus & Abbatias vendit: etenim Constantiensem, Babenbergensem, Moguntinensem, & plures alias pro pecunia, Ratisponensem, Augustensem, Strazburgensem pro gladio, Abbatiam Fuldensem pro adulterio, Monasteriensem Episcopatu (quod dicere & audire nefas est) pro Sodomitica immunditia vendidit. Quae si impudenter negare volueris: teste caelo, teste terra, omnes etiam a furno redeuntes scioli concludent. Ergo dominus Henricus haereticus est. Pro quibus nefandis malis ab Apostolica Sede excommunicatus, nec regnum, nec potestatem aliquam super nos, quia Catholici sumus, poterit obtinere.

Sane quia fratrum nos odij fatigas, intellige nulli nos odium de inaffectione, sed de pietate intendere. Absit vt dicamus, Henricus inter fratres aut Christianos reputetur, qui toties corripientem Ecclesiam no audiens, sicut Ethnicus & Publicanus habetur. Cuius odium pro magno sacrificio Deo offerimus, dicente cum Psal mista x: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos t abesceba? perfecto odio odera illos, & inimici facti sunt mihi. Cuius odij dignitatem Veritas commendans, ait: y Si quis non oderit patrem & matrem, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Non ergo de odio iuste reprehendunt, qui animam nostram, cum a via Dei exorbitamus, qui patrem & matrem, & omnem affectum, qui nobis in via Dei obstat, odisse praecipimur. Inde est quod omni studio, omni conatu laboramus, vt hostes Ecclesiae non quoque vt aduersarios caueamus; & non quia nostri, sed quia Dei inimici sunt, odio habeamus. Porro quod de pace cum omnibus hominibus habenda persuades, meminisse debes, quia praemissit Apostolus: Si fieri potest.

Fieri autem non potest, vt cum ijs, qui Deo contrarij sunt, pacem habeamus. Quis autem nesciat, Dominum Saluatorem, non solum pacem commendare, cum dicit: z Pacem meam do vobis, pacem

XV.

r Rom. 13.

s Prou. 26

\* f. lucrū

t Isai. 5.

XVI.  
HENRICI  
IMP NE-  
FANDA  
SCELERA

v Isai. 1.

XVII.

x Ps. 138.

y Luc. 14

XVIII.

z Ioā. 14.

a Epb. 2.  
b Matt. 10.  
c Luc. 11.  
d ibid. 19.  
e Psal. 72.  
XIX.  
f Matt. 5.  
g Sap. 5.

relinquo vobis, sed etiam ipsam pacem existere (sicut ait a Aposto-  
lus) Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum. Quid ergo ait  
pax nostra commendans pacem? Nolite, inquit, b arbitrari,  
quia veni mittere pacem in terram non veni pacem mittere, sed  
gladium. Quid est hoc? Quare pax gladium? quare pax bellum  
indicit? Nimirum ut destruat pax diaboli. Habet enim & dia-  
bolus pacem suam, de qua Dominus dicit: c Cum fortis armatus  
custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet. O quam po-  
tenter per vos satellites suos atrium suum hoc tempore diabolus  
custodit, qui scuto falsitatis, & galea perfidia protecti, nulla ve-  
ritatis iacula, nulla fidei spicula admittit is! Potest tamē Dominus  
noster, ut potē fortior armatus superueniens, fortem vestrum vin-  
cere, & arma in quibus confidit, auferre. Non ergo corrētē cul-  
pamur, si pacem illam omni bello crudeliorē detestamur, quam  
ipsa Veritas super d Hierusalem flendo reprobat, dicens: Et qui-  
dem in hac die, quae ad pacem tibi. Et quam Psalmus: e Super  
iniquos zelavi, pacem peccatorum videns.

Quod verō Papam Gregorium, Regem Rodolphum, Marchio-  
nem Eggebertum pessimi interitus damnus; & Dominum tuum,  
quia illis superstes est, bonificas: liquet profectō ab omni spirituali  
te consideratione manere vacuum. Nonne beatus est bene mori,  
quam malē vivere? f Beati enim qui persecutionem patiuntur  
propter iustitiam. Iam & Neronem, quia Apostolis Petro & Pau-  
lo; iam & Herodem quia Iacobo Apostolo; iam & Pilatum quia  
Domino Iesu Christo superuixerint, beatos aestimas. Qua opinione  
quid infamius aut infelicius dici potest? Quapropter & ab hac bla-  
sphemia linguam magniloquam compeſce, nisi forte in numero il-  
lorum te constituis, qui in sine, iustorum videntes gloriam, seram  
& instructuosam agentes penitentiam, pra angustia spiritus ge-  
mentes dicent: g Hi sunt, quos aliquādo habuimus in derisum, &  
in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum aestima-  
bamus infamiam, & finem illorū sine honore. Ecce quomodo com-  
putati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est. Ergo  
errauimus a via veritatis, & sol iustitiae non luxit nobis. Quid  
nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit no-  
bis: & tranſerunt omnia velut umbra. Quae nos verba in memoria  
adamantina scribentes: omnem similitudinem extollemem se  
aduersus veritatem Dei contemnimus; & gloriantes in tribula-  
tionibus, calumniari, proſcribi, & exterminari, denique occidi  
possumus: flecti vel vinci non possumus. Et cum magno irpudio  
illud, quod tu puer adolescens, iuuenis frequentatus nondum cor-  
de senex concepisti, de patribus nostris exultamus, qui contemnen-  
tes iussa Principum meruerunt premia aeterna. Porro sententias  
tuas diligenti curiositate trutinantes, quasi spiritualia spirituali-  
bus comparare volumus. Sed sicut. Et reliqua non pauca. Huc-  
usque recitat Dodechinus ex epistola rescripta ad schif-  
maticum Magdeburgensem.

Fuerunt & alij Orthodoxi, qui aduersus huiusmodi  
schismaticos his ipsis temporibus cōmentarios edidere,  
inter quos memorię proditur Bernardus Constantiensis,  
de quo Bertholdus: Hic, inquit, multa nobis sui ingenij mo-  
nimenta reliquit, multaque pro Catholicis contra schismaticos  
sui temporis elegantissime scripsit. Ac primū quidem ad quosdam  
suos amicos de iudicio Gregorij Papa VII. super schismaticos, &  
de sacramentis extra Ecclesiam vsurpatis. Postea etiam ad vene-  
rabilem Hartungum Magdeburgensem Episcopum de eadem cau-  
sa magnū librum luculentissimum composuit ex persona sanctae  
Ecclesiae, in quo testimonijs sanctorum Patrum omnes insidiosas  
cauillationes eorundē schismaticorū prudētē annullasse videtur.  
Sed in istis scriptis nimio zelo ductus alicubi modū excessisse no-  
tatur, videlicet vbi agit de sacramētis schismaticorū; negat enim  
omnino ab eis, & ab eorum communicatoribus sacramenta posse  
conficij: ita et ab illis ordinatos si respiciant, iterū ordinandos cen-  
seat. Sed hoc sacratissimo Nicæno Concilio, aequē ut Euangelia,  
venerando repugnat, &c. Ostendit enim alijs plerisque san-  
ctorum Patrum sententijs, schismaticorum sacramenta  
ab Orthodoxis in Ecclesia fuisse recepta. Nitebatur ex ad-  
uerso contra Henricum Imperatorem schismaticū Apo-  
stolicæ Sedis Legatus h Altmannus Patauiensis Episco-  
pus, qui in Salisburgenſi metropoli vacanti obitu (ut di-  
ctum est) S. Gebhardi Archiepiscopi, subrogandum cu-  
rauit successorem sanctum alium, nempe Thiemonē Ab-  
batem: quod hoc anno fieri contigisse, in rebus gestis  
quas illæfas conferuauit eadem Ecclesia Salisburgenſis,

h canif.  
Antiq. lect.  
ro. 6. pag.  
1238.

expressum habetur, extant autem eiusdem Thiemonis:  
i Acta ab auctore illius temporis collecta, in quibus de  
his quæ passus est ab Henrico Imperatore pro fide Catho-  
lica, ista leguntur: Tredecim namque annis quibus præfuit,  
bellis, obsidione gladijs, captiuitate omnia exitia perpassus, in-  
star beatissimi Athanasij Alexandrini Episcopi, numquam penē li-  
berum corpus ne dum libera auctoritas fuit, &c. Quomodo au-  
tem post fratrum necem, & ipse iugulum præbens est di-  
uinitus liberatus, ex eisdem Actis sic accipie: Iamque mul-  
tū temporis fluxerat, nec flecti a rectitudine statuti sui tenax ani-  
mus quibat. Quare tadium Casarianis faciente, gladio finiendum  
decreuerunt. Ad quod piaculum castos pro se alium militem con-  
ducere maluit, quasi per alterum ipse rem agens immunior foret.  
sed mentita est iniquitas sibi. Speculator ergo ingrediens, vbi for-  
tis agonista Dei seruabatur, rem prius, pro qua venit, aperit. Res-  
pondit intrepidus Episcopus: Domini voluntas fiat. Sugenſq; di-  
cto Symbolo cum oratione, procubuit, & cervicem super lignum  
extendit. Accedens licitor, totis viribus fulmineum ensē adegit,  
sacram verē cervicem, ac si ferrum ac lapidem, secare non po-  
tuit. Tantum summa cutis vix tenuem velut lineā ictus, & quod  
solum ictus agnosceretur, accedit, quod signum ulterius obduci,  
quamdiu in corpore vixit, non potuit. Relinquere per hoc voluit  
omnibus, audita Dei omnipotentia, & suae virtutis indicium, &  
humani flagitij. Quo semel cepto minister diaboli frustratū ictum  
suum imputans, quod negligenter fecisset, donū cum cura, & eni-  
xius ferre parabat. Age, cernere erat, vim viribus exire conan-  
tem. Tum in altum vibrans gladium, ut ab alio grauiori ingere-  
retur in gulam, trabem super verticem dum non prouideret, vali-  
do prius ictu signauit. erat enim in aestuario, fractusq; continuū  
ensis in partes dissiſit. Indicium fuit pontifici, quod nondum ve-  
nerat hora eius. Non in tenebris, neque sub tecto, verum inter  
confertissimos hostes apud Corozaim triumphum illum manebat.  
Equidem & armiger satana casu credens rem factam sed mani-  
festam Dei manum expauescens, tum virtute, tum auctoritate  
viri permoius, flexit animum suum, & eiusmodi preces effudit  
coram Sancto prostratus: Confiteor Pater Domine, omnipotenti  
Deo, quia infelix ego homo peccavi multipliciter in sancti-  
tate tua, honorabile caput tuū, non vniformiter. Sed per illum, qui te al-  
uauit, obtestor & flagito, ut veniam reo indulgeas per tuam cle-  
mentiam. Ad hac tam pia felicitate, quam prudenti discretione  
in hunc modum respondisse Episcopum accepimus: quoniam penit-  
et delicti in nos admissi, ex parte mea cor de tenus illud indulgeo.  
Si quid verō in Deum perinde constat flagitiose commissum, notū  
a saeculo est Domino opus suum quod reddere oporteat. De hoc al-  
iter videas conuenit, &c. Quae haec secuta sunt, & quomodo  
collectitia pecunia redemptus fuerit, atque demum anno  
millesimo secundo, peregrinatus in Terram sanctam,  
egregiē martyrio perfunctus obierit, idem auctor inferius  
narrat, consule eum si scire libet.

Hoc eodem anno Urbanus Papa tyrannorum violenti-  
as reprefuit aduersus monachos illatas, aduersus quos &  
Principes Feudatarios Ecclesiae diplomate scripto com-  
mouit. Quenam fuerint ista, & quae iidem Principes Vr-  
bano parentes aduersus inuafores in monachorū defen-  
sionem constituerint, quae sequuntur scripta declarant,  
accepta ab eorundem monasterij archiuo, quae sic se ha-  
bent:

Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei Rogerio Duci & Bo-  
mundo fratri eius, salutem & Apostolicam benedictionem.

Proclamationem ante nostram praesentiam fecit Vrso Banti-  
nus Abbas de quibusdam Comitibus & Baronibus, qui callida, \*  
inuidiosa, Episcoporum machinatione seducti, ipsum & eius mo-  
nasterium nostris manibus consecratum modo plus conturbant.  
Vnde quia predictum monasterium ad ius beati Petri pertinere,  
vestram non latet notitiam, ex auctoritate beati Petri nostra,  
monasterium & Abbatem vobis commendamus, quatenus custo-  
diatis, adiuuetis, & a malis hominibus, sicut beati Petri proprie-  
tatem, fideliter defendatis, & neque depraedationes, neque ali-  
quam sui iuris diminutionem a quocumque fieri patiamini.

Semper recordantes, quia \* in consecratione eiusdem mo-  
nasterij Abbatem & ipsum in manus vestras specialiter commenda-  
uimus. Itaq; e priore commendatione, & harum litterarum ius-  
sione ab omnibus monasterium nostrum, & praecipue a Goffredo  
Amici Comitibus filio, sicut fideles beati Petri, defendite. Qui Abbati

i Id. to. 4.  
Antiq. lect.  
pag. 637.

XXI.  
VRBANVS  
PAP. PRO  
MONA  
CHISLA-  
ORAT.

\* inuidio  
saque.

XXII.  
\* f. &c

\*f. subrepto.

etiam, pro defensione suarum Ecclesiarum partes maritimas contulerunt, conscriptis latronibus sese obuiam contulit: atque ab eo sub recto pretioso privilegio nostro, vestris supplicationibus constituto, & alijs scriptis, spoliata eius diripiens, cum suis confratribus satiatum opprobrijs eum peditem dereliquit: ac inde quae iam a patre suo comite eidem monasterio debita restorationis gratia condonata, ad suas manus sacrilegas nequiter reuocauit. Quod si privilegium & quae, direpta sacrilegus ille renuerit reddere, & Abbatibus ac Fratribus dignissime satisfacere, precipimus vt cogatis. Alioquin ipse & fautores eius anathemati subdentur. His mox subiunguntur ista simul iuncta & annexa litteris Apostolicis:

Privilegium Rogerij Ducis & Boamundi fratris.

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis Rogerius Dux & Boamundus Roberti magnifici Ducis Italiae heredes & filij.

Nos diuino amore & rogatu Vrsonis Bandusienfis Abbatis venerabilis patris nostri Bantimum monasterium in honore Dei Genitricis constitutum a Domino nostro Vrbanio vniuersali Papa fecisse consecrari, & cum suis rebus omnibus habitis & habendis ab omni . . . & Episcopali iure & publica omni exactione subtrahi, triginta duobus Catholicis Patribus innixis singulis pastoribus virgibus altantibus, posteriorum memoria innotescimus. Inter quos Comitum & Baronum innumera non desuit multitudo. Attamen monasterium ipsum \* predictus dominus Papa consecrare omnimodo renuit, priusquam idem & sua omnia in nostra ad heredum nostrorum speciali cura & defensione omnimodo reciperemus, & conuicti Comites & Barones qui aderant, Apostolica iussione Euangelicis sacramentis astricti eidem monasterio, & rebus omnibus suis pacem & defensionem perpetuam & generalem libertatem se vbiq; custodire promitterent. Nos autem cum supradictis Comitibus & Baronibus nostris pro anima memorati genitoris nostri, & anima matris nostrae \* Sibulgaita & remissione peccatorum nostrorum, donamus predicto sancto monasterio Ecclesiam sanctae Mariae de Carratello iuxta Sarracenam sitam cum casali suo & Ecclesijs suis & villanis intus & de foris a Sarracenis constructis, cum territorijs & pertinentijs earum, sicut Abbas Cunthubus & eius antecessores tenuerunt, & vt eorum scripta testantur. Praefatum etiam monasterium, Ecclesias & homines, & cuncta quae possidet, aut in futurum largiente Domino possidebit, ab omni onere & seruitio publico subtrahimus donationes & concessionis ipsi monasterio factas & faciendas omnimodo confirmamus, maxime praefati genitoris nostri, & Principis Siconolphi, a cuius stirpe nobilem maternam originem Dux ego suscepi.

XXIII.

PRIVILEGIUM ROGERII ET BOAMUNDI.

\* praedictu

\* Sicelgaita.

XXIV.

Insuper autem venerabilem Apostolicam constitutionem venerantes, sancimus, vt omnes cuiuscumque conditionis homines clericos & laicos, qui in morte vel vita ad praescriptum monasterium, Ecclesias, & loca cum rebus suis transferre, aut in suis domibus commorantes se & qualibet bona temporalia sua elemosinarum largitione conferre voluerint, nullius contraditio inhibeat, & collata eisdem quacumque fuerint, patrocinio Apostolicae Sedis, nostraeque ordinatione Bantini Fratres quiete & generaliter libere perpetuo possidebunt. Et vt monasterium idem de suscepta libertate & pace semper congaudeat, & de redditibus suis in nullo sustineat detrimentum, statumur, vt seditores domorum eius carentes proprijs domibus, & homines & oblatos eius & cuncta mobilia & stabilia, & locorum eius iam habitatores & habitaturos, vbiunque constituerint, cum omni potestate generalis domini perpetuo dominetur atque possideat.

XXV.

Et quacumque iura, dominationes & auctoritates habemus nos in nostris ciuitatibus, castellis & locis, haec eadem rectores ipsius monasterij perpetim habeant in cunctis obedientijs & possessionibus suis, atque hominibus & oblati, & domorum suarum habitatoribus domos proprias non habentibus, per vniuersas terras nostras constitutis & constituendis per montanas & maritimas partes. Et sicut praedictus Dominus noster vniuersalis Papa a prenominato monasterio Ecclesijs eius, & locis omnibus suis omnia Episcopalia iura & publicas omnes exactiones, interuenientibus nostris & nostrorum Comitum & Baronum precibus, funditus rescocat & repellit: sic communi voluntate omnium nostrum statuimus, vt monasterium ipsum obedientiae eius, & homines per vniuersas terras dominationis nostrae, & eorundem Comitum & Baronum securae & generaliter libere laborent & maneant, & cum suis omnibus animalibus proprijs & aggregatis, aquis, lignis, & piscibus, & quae natura, non cultura producit, generaliter per-

fruantur, omni publica exactione remotas. Dent tamen soli homines ipsius monasterij tantum consuetum terrarum dominum terrarum, quas laborauerint, cum iustitia & moderacione. Vtrumque autem plateaticum emptionis & venditionis omnium rerum, quas pars monasterij cum quibuscumque contraxerit, eis vbiq; pariter condonamus.

XXVI.

Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum fas sit praefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuire, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, omni titulo & specie quarumlibet oppositionum semper excluso.

Decimas quoque omnium rerum, quae sub vniuersa dominatione ipsius monasterij, & per omnia eius loca & pertinentias humano labore vel studio acquiruntur lucrariue possunt, Fratres similiter percipiant & extorqueant, nostra semper auctoritate muniti. Indulgemus autem eis haec omnia, Apostolicae Sedis paterna sancta constitutione inducti, & Comitum & Baronum nostrorum benigno consilio. Et quia monasterium ipsum post introitum Northmannorum praedecessorum nostrorum, cum intrinseca sua expoliatione, & locorum suorum miserabili depopulatione, cum sacrilegis vsurpationibus Episcoporum, innumera lugenda detrimenta, & indigna sustinuit, quae breuiatim in privilegio Comitis Amici notantur. Quicumque ergo nostrum vel heredum, aut successorum nostrorum hanc nostram sanctam, spontaneam, communem ordinationem temere violare tentauerit, per statutam conuenientiam centum libras puri auri tenetur componere, medietatem earum Lateranensi palatio, & medietatem praefato monasterio.

XXVII.

Et quae praeguntur, perpetuo inlibata permanerent. Nos itaque tacti dolore intrinsecus, & extrinsecus aspersi rubore, quoniam labor debita nostra sollicitudinis pretiosum Apostolicum instrumentum, nostris supplicationibus constitutum, & subreptum tempore nostro, nunc vsque petri non potuit: secundum quod fideliter ab eo exemplatum inuenimus, nostra nostrorumque Comitum & Baronum pari memoria protestante praesens hoc simile liberatorium scriptum per manus magistri Theodosij Notarij nostri scribi mandauimus, & plumbea bulla nostro solito typario impressa confirmari, & praetitulo Domino Abbati dari in ciuitate Canusio. Anno Dominicae Incarnationis millesimo nonagesimo, Ducatus autem nostri quinto, mense Iulio, tercia decima Indictione.

XXVIII.

- † Ego Rogerius Dux me subscripsi.
- † Signum propriae manus Boamundi fratris eius.
- † Robertus Comes de \* Lauratello.
- † Roberti Aliorum
- † Crux manus Goffredi Comitis Cuperfani.
- † Alexandri ipsius Comitis
- † Signum manus Comitis Richardi Andriae.
- † Tancredi Cuperfani
- † Signum manus Roberti \* Ansa.
- † Signum Roberti Comitis filij Guillelmi filij Iuonis Comitis.
- † Signum manus Astruensis G.
- † Ego Gratianus Senescalcus pro Domino meo Poletnen. Comite in Acherocia languente hanc crucem feci.
- † Signum manus Vnfridi montis Cabiosi dominatoris.
- † Signum gratiae Dei inclitus Comes.

\* Loritello \*f. filioru.

\* de Ansa.

Hoc eodem anno Vrbanus Papa monasterio Vallisumbrosae contulit privilegium, est eius exordium: Cum vniuersalis sanctae Ecclesiae filij, &c. In fine autem de tempore dati diplomatis sic: Dat. Roma per manus Ioannis sanctae Romanae Ecclesiae diaconi Cardinalis, anno Dominicae Incarnationis M. XC. Indictione XIII. Idibus Aprilis. Anno Pontificatus Domini Vrbanii Papae II. tertio.

XXIX. PRIVILEGIUM DATUM MON. VAL LISVMB.

IESU CHRISTI Annus 1091.

VRBANI II. PAP. HENRICI III. IMP. 8. Annus 4. ALEXII COMNENI IMP. II.

NONAGESIMVS PRIMVS post millesimum sequitur annus, indictione decimaquarta inchoatus, quo (inquit Bertholdus Constantiensis temporis huius scriptor) Dominus Vrbanus Papa in partibus Companie morabatur, & ab omnibus Catholicis debita reuerentia colebatur,

I. VRBANO PAP. EX. TRA VR BEM POS.

TO GVI-  
BERTVS  
ROMÆ  
RECIPI-  
TVR.

II.  
CONCILLI-  
VM BENE-  
VENTA  
NVM.

Exiat a-  
pud Swr.  
tom. 2. die  
7. April.

III.

CAPTA  
MANTVA.

IV.  
VRBANI  
PAP. CON-  
STANTIA

b2. Cor. 4

c Ibidem.

videlicet à Constantinopolitano Imperatore, & à Philippo Fran-  
corum Rege, aliisque diuersorum regnorum Principibus tam Ec-  
clesiasticis, quam secularibus, excepto Teutonicorum regno, vbi  
multi ex catholicis in partem excommunicatorum auaritia de-  
cepti sponte sua se transtulerunt. Romani quoque, turrim Crescen-  
tium, nempe munitiorem S. Angeli, quæ eatenus Domino Papa  
obediebat, dolo captam diruere tentauerunt. Dominus autem  
Papa facillè Romam cum exercitu intrare, & rebellium contum-  
aciam domare potuisset, si non magis cum mansuetudine causam  
suam agere deligisset. Et inferius, eodem anno receptum  
rursus Romæ Guibertum Antipapam, narrat his verbis:  
Romani quoque Guibertum hæresiarcham, quem iam dudum ex-  
pulerunt, iterum Romam intrare, & sanctam Ecclesiam suis  
non benedictionibus, sed maledictionibus infestare permis-  
erunt.

De Urbano autem subiicit paulò post ista: Urbanus Pa-  
pa generalem Synodum Beneuenti collegit, & sententiam ana-  
thematis super Guibertum hæresiarcham, & omnes eius compli-  
ces synodali iudicio confirmauit. Cum Beneuenti esset Vrba-  
nus Papa, conuenit eum sanctus Aibertus Abbas Crispin-  
ienlis pro confirmandis regulæ monasticæ institutis,  
quam suis seruandam præscripturus erat. Cui, quæ pos-  
tulauit, Urbanus Papa concessit. Scribit hæc qui res ab  
eodem Sancto præclarè gestas profecutus est Robertus a  
Archidiacono. In hoc Concilio factum putamus, quod  
Urbanus Papa residenti cum alijs Abbatibus S. Petro Ca-  
uensi Abbati, alumno monasterij Cluniacensis tribuit  
vsum mitræ, quæ ille vti nunquam voluit. Res gesta ita  
in actis vitæ ipsius describitur: In Synodo ei more suo capite  
nudo residenti sanctæ memoriæ Papa Urbanus pontificalem insu-  
lam misit, nempe mitram, quam vtique vir Domini & pro-  
summi Pontificis reuerentia venerabiliter recepit, & officiosissime  
salutauit, & tamen eiusdem sacerdotalis mitræ vsum, etiam ro-  
gante Papa, contempsit. Quod non ob aliud fecisse creditur, nisi vt  
quorundam arrogantiam humilitatis exemplo condemnaret, qui  
dum se maniter extollunt, indebitos sibi S. Ecclesiæ honores non  
metuunt usurpare. Hæc de his ibi. Nec quidquam licuit  
præterea de eadem Synodo reperire.

Porro schismaticorum tyrannide valde laborabat Vr-  
banus. Quod enim Henricus Imperator iam in Italiam  
post Eggeberti obitum cum exercitu descendisset, atque  
Mantuam ciuitatem dolo cepisset, auctæ plurimum vitæ  
sunt vires schismaticorum, deficientibus ad schismaticos  
illis, qui non ratione, sed præpollenti potentia seculari,  
vt ventis potentioribus agitata arundines mouerentur.  
Capta est ciuitas Mantuana post obsidionem vndecim  
mensium hoc anno, vt Dominizo qui aderat, testatur his  
verbis:

Anno millesimo nonageno quoque primo  
Mantua fordescis, de prodicione nigrescis. Quam contigit  
capi nimirum pridie diei Paschalis vt idem auctor affir-  
mat. Capta sunt & alia plurima oppida, vix paucis muni-  
tissimis saluis. Quorum causa Henricus elatior more suo,  
schismaticorum Pseudopapam iam arescentem virefcere  
fecit, rursus intrudens in Urbem, Urbano apud Samnites  
sedem habente. Qui tamen nequaquã animo concidens,  
sed magis magisque Christi promissionibus fidens, quibus  
pollicitus esset, quod neque inferi portæ essent præualit-  
uræ aduersus Ecclesiam: sacerdotali robore aduersus  
cuncta contraria fortis atque immobilis persistebat, vt  
diceret cum Apostolo: b In omnibus tribulationem patimur,  
sed non angustiamur: aperiimur, sed non destruiimur: perse-  
cutionem patimur, sed non derelinquimur: deijcimus, sed non pe-  
rimus: semper mortificationem habemus in corpore nostro circumfer-  
rentes, vt & vita IESU manifestetur in corporibus nostris. Sed &  
sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abun-  
dat consolatio nostra. Etenim qui in Germania Catholici  
permanserunt in obedientia Sedis Apostolicæ egregiæ  
sanctitatis specimen edidere, nimirum vt etiam sæculares  
homines obligati coniugio perfectioris vitæ religiosorum  
institutum arriperent, quod scirent Fideles in Ecclesia  
primitiua temporibus Apostolorum esse sectatos, quom-  
modum viuendi rationem Urbanus Papa laudauit, atque di-  
plomate pro eis edito confirmauit. De his hoc anno

idem qui supra Bertholdus hæc ait:

His temporibus in regno Teutonicorum communis vita multis  
in locis floruit, non solum in clericis monachis religiosissime com-  
morantibus, verum etiam in laicis, se suaque ad eandem commu-  
nem vitam deuotissime offerentibus. Qui etsi habitu nec clerici  
vel monachi viderentur: nequaquam tamen eis dispares meritis  
fuisse creduntur: se enim seruos eorundem pro Domino fecerunt,  
imitantes eum d qui non venit ministrari, sed ministrare, qui &  
suos sectatores ad maioritatem per seruitij exhibitionem docuit  
peruenire, nempe ipsi abrenuntiantes seculo, se & sua ad congre-  
gationes tam clericorum quam monachorum regulariter viuendi  
deuotissime contulerunt, vt sub eorum obedientia commu-  
niter viuere, & eis seruire mererentur. Quapropter inuidia dia-  
boli contra eorundem fratrum probatissimam conuersationem  
quosdam emulos incitauit, qui eorum vitam maleuolo dente cor-  
roderent, quamuis ipsos ad formam primitiue Ecclesiæ communi-  
ter viuere viderent. Vnde Dominus Papa Urbanus illorum con-  
uersationem ab ipsis Apostolis plantatam, sed ab eorum successo-  
ribus latissime propagatam decreti sui Apostolica auctoritate fir-  
matam, ipsiusque decretum Prælati eorundem fratrum his ver-  
bis denunciare curauit:

Quosdam, inquit, accepimus morem vestrorum cœnobiorum  
corrodentes, quod laicos seculo renuntiantes, & se suaque ad  
communem vitam transferentes regendos obedientia suscipitis.  
Nos autem eandem conuersationem & consuetudinem, sicut oculis  
nostris inspeximus, laudabilem, & eo pro perpetua conuersa-  
tione dignissimam, quo in primitiua Ecclesiæ formam impressa est,  
iudicantes, approbamus, sanctam & Catholicam nominamus, &  
per præsentis litteras Apostolicæ auctoritate confirmamus. Huc-  
usque ex diplomate Bertholdus recitat. Scripsit & aliam  
epistolam eodem argumento ad eisdem idem Urbanus  
Papa, vt qui communiter viuere, suis Episcopis, pareant,  
ex qua Iuocarnotenfis Episcopus in suo Decreto  
eiusmodi fragmentum recitat: Quod autem sedes Episco-  
porum non nisi in Ecclesijs excelsæ constituta & præparata inue-  
niuntur in throno: speculationem & potestatem iudicandi, &  
soluendi atque ligandi à Domino sibi datam, maxime docent. Vnde  
ipse Saluator in Euangelio ait: Quæcumque ligaueritis super ter-  
ram, erunt ligata & in caelis. Et alibi: Accipite Spiritum sanctum,  
quorum remisistis peccata, remittentur eis, & quorum reti-  
neritis, retenta sunt. Idem ipsa prætulimus charissimi, vt intelli-  
gatis potestatem Episcoporum vestrorum, in eisque Dominum ve-  
neremini, & eos vt animas vestras diligatis, & quibus illi non  
communicant, non communicetis, & quos eiecerint non recipia-  
tis. Valde enim est timenda sententia Episcoporum, licet iniuste liget,  
quod tamen summopere prouidere debet. Subiicit autem ista  
Bertholdus:

Non solum autem virorum & feminarum innumerabilis mul-  
titudine his temporibus sed ad huiusmodi vitam conuenerunt, vt sub  
obedientia clericorum sue monachorum communiter viuere,  
eisque more ancillarum quotidiani seruitij pensum deuotissime  
persoluerent: in ipsis quoque villis filiarum rusticorum innumera con-  
iugio & seculo renuntiare, & sub alicuius sacerdotis obedientia  
uiuere studuerunt: sed etiam ipse coniugata nihilominus religio se  
uiuere, & religiosi cum summa deuotione non cessauerunt obe-  
dire. Huiusmodi autem studium in Alemannia potissimum vsque-  
quaque decenter effloruit. In qua prouincia etiam multa villa ex  
integro se religioni contradiuerunt, seque inuicem sanctitate mo-  
rum præuenire incessabiliter studuerunt. Sic vtique Deus sanctam  
suam Ecclesiam in periculossimo tempore mirabiliter consolari  
dignatus est, vt de multorum conuersione gauderet, quæ de ex-  
communicatorum auersione iam dudum non cessauit dolere.

Hoc quoque anno (mirum dictum) cum Henricus Rex  
fuit, & debacchatur in Romanæ Ecclesiæ iura: hono-  
rat eam Barchinonensis Princeps. Nam Berengarius Auo-  
nenfis Episcopus Romam veniens, translatus in Archie-  
piscopatum Tarraconensem accipit pallium ab Urbano  
Papa, & priuilegia pro eadem Ecclesia Tarraconensi; ob-  
tulit verò eidem Urbano Pontifici Berengarij Comitibus  
donationem factam anno superiori de ciuitate Tarraco-  
nensi è Sarracenorum manibus vindicata, quam hic tibi  
ista cupienti, ex eius diplomate describendam putauim.  
Habetur in Vaticana bibliotheca in codice Cencij  
Camerarij sub isto titulo.

V.  
VITA COM-  
MUNIS A-  
PVD LAI-  
COS.

d Mar. 10.

VI.  
VRBANI  
PAP. DE-  
CRETVM  
DE VITA  
COMMUNI  
LAICO-  
RVM.

e Iuo p. 4.  
cap. 74.

f Matt. 18  
g Ioan. 20

VII.  
PROBATA  
VITA COM-  
MUNIS.

VIII.  
TARRACO-  
NENSIS  
CIVITAS  
DONATA  
S. PETRO.

IX. DIPLOMA DONATIONIS CIVITATIS TARRAC.

Instrumentum donationis facta de ciuitate Tarracoenſi Romana Eccleſia à Berengario Comite Barchinonenſi.

Quoniam audiui me, necnon etiam ſapientiſſimè vidimus res veriti in contrarium mortuis teſtibus: principalibus & ſapientioribus placuit, vt res geſtaſ litteris denotent. & ita quomodo res ſe habuit, poſteris ſuis traderent. Quapropter ego Berengarius Raymundi Comes Barchinonenſis & Marchio hanc chartam ſcribi iuſſi, vt ſemper ſtaret memoria huius rei, ſcilicet: Quod ego Berengarius Comes prædictus, amore Dei ductus, donauit Domino Deo & Apoſtolorum principi beatiſſimo Petro, eiſque Vicario Romana Sedis Apoſtolico omnem meum honorem, qui mihi competit ex iure paterno, quemadmodum ego diuiſi cum Raymundo Berengario fratre meo, ſicut ego eum habeo, vel habere debeo, ſpecialiter dono ei in Dei nomine Tarracoenſem urbem cum omnibus qua pertinet aut pertinere debent ad eiſdem urbis nobilitatem, ea ſcilicet deliberatione, vt ego & mei poſteri omnes, ſicut ſupra ſcriptum eſt, teneamus hoc totum per manum & vocem ſancti Petri, eiſque Vicarij Romana Sedis Apoſtolici, per quinquentium perſoluentes ei cenſum viginti quinque librarum puriſſimi argenti ad iuſtum penſum. Et vt Principes vniuerſi, vel omnes alij, qui mecum inſudauerint ad præſatæ urbis reſtaurationem, habeant in conſinio huius urbis paralogium, ſuam \* apriſionem, vel quod acceperint per manus noſtræ largitionem, non inde perſoluentes aliquam penſionem, niſi forte compuncti amore Dei voluerint ipſi perſoluere ſua gratuita voluntate. Ob hoc etiam hanc chartam ratam eſſe volo, vt omnis hic honor, ſicut ſuperius continetur, nullatenus tranſferri poſſit in alterius poteſtatis dominium, ſed ego tantummodo & poſteri mei in perpetuum teneamus hoc totum per manus principis Apoſtolorum Petri & eiſ Vicarij domini Urbani Secundi Papæ, & ſucceſſorum eiſ beati Petri Sedem canonicè regentium.

X.

Hanc oblationem offero Domino Deo & Principibus Apoſtolorum Petro & Paulo propter redemptionem peccatorum meorum, & patris mei Raymundi, & parentum meorum, per conſilium & voluntatem Berengarij Archiepiſcopi Tarracoenſis, & Epicoſci Gerundenſis aſſocii Berengarij, & Vicecomitum Deusſedit Tarracoenſis & Arual † Mironiſſis Barchinonenſis, & Gerardi Alemani, & Gereberti Girardi, & Guillelmi Raymundi, & Dorche fratris ſui & Hugonis Dalmacij, & Huberti Gouſberti, & Angeri Gonfredi, & Alberti Bernardi per manum domini † Rainerij Romana Eccleſie Cardinalis, qui nunc legatione fungitur in partibus noſtris † Era milleſima viginti octaua, anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo. Hucusque diploma, cui illa ſubſcribuntur ab alio addita: Tarracoenſis ciuitas per Berengarium Comitem & ceteros prouincia ipſius Principes reſtaurari & inhabitari capta eſt, anno autem ſequenti Berengarius Auſonenſis quondam Epicoſcus, per quem potiſſimum ciuitas eadem reſtauratur, Sedem Apoſtolicam adiit, domino Urbano Papa ſe præſentauit, pallium accepit, priuilegium promeruit, per quod in Tarracoenſem metropolim tranſlata, Archiepiſcopus inſtitutus eſt. Pontificium autem diploma ſic habet:

Vrbanus Epicoſcus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto fratri Berengario Auſonenſi Epicoſo in Tarracoenſem metropolim tranſlato, eiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

XI. VRBANI PAP. DIPLOMA AD BERENG.

Inter primas Hiſpaniarum Vrbes Tarracoenſem fuiſſe inſignem & gentilem, etiam Chriſtiana pagina iudicijs demonſtrat. Iuſtus autem Dominus in vjſ ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui cum in plerique iudicijs incomprehenſibilis habeatur, in nullo vnquam valet reprehendiſtiſtari. Ipſe tranſfert regna, & mutat tempora. Ipſi viſum eſt in eadem vrbe olim Tarracoenſis urbis gloriam exaltare: ipſi viſum eſt in eadem vrbe peccata populi ſui viſitare. Cum enim in ea Chriſtianorum populus habitaret, viſitauit in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed ecce iam tranſactis trecentis nonaginta annis, ex quo præſatam urbem Agarenorum gens propè ſolitariam fecerit: Principum ſuorum cordibus inſpirare dignatus eſt, vt eiſdem urbis reſtitutioni, ſecundum præceptum Apoſtolice Sedis, cui \* auctoritate Deo, licet indigni præſidemus inſiſterent. Berengarius ſiquidem Barchinonenſis Comes auctoritate noſtræ perſuaſione commoſitus pro anime ſua ſalute cum ſua poteſtatis magnatibus non ſolum reſtitutioni præſatæ urbis inſiſtit, ſed & urbem ipſam & omnem poteſtatis ſua terram beato Petro, eiſque Vicarij le-

\* f. auctore.

galitiſtulatione tradidit, cenſumque quinque librarum argenti Lateranenſi palatio \* annis ſoluendum inſtituit.

Nos itaque præſtante Deo, reſtitutionis huius optamus cooperatores exiſtere, prædicti Comitis inſtitutum, libertateſque & conſuetudines, quas nouis Tarracoenſis urbis colonis promulgaffe cognoviſtunt, collaudamus, & rata manere auctoritate noſtra decernimus. Cum vniuerſa ſiquidem ipſius comitis terra, quam beato Petro obtulit, & Tarracoenſem urbem ac populum, Domino ibi aſpirante, collectum, ſub Apoſtolice Sedis tutela ſpecialiter conſouendum ſuſcipimus, libertatemque illius per Comitis Berengarij \* ſcripto collatam eatenus confirmamus, vt nemini quidquam ultra perſoluant, niſi ſponte propria Romana ſe faciant Eccleſie debitores. Vt igitur hæc omnia Deo auctore inconcuſſa permanent: nos antecceſſorum noſtrorum priuilegia ſequentes, qui Auſonenſem Eccleſiam Tarracoenſis quondam inſtituere vicariam: tibi, o chariſſime ſili Berengari, quia tuo potiſſimum ſtudio hæc eſt reſtitutio inſtituta, ex Romana Eccleſia liberalitatis gratia pallium, totius ſcilicet ſacerdotalis dignitatis plenitudinem, indulgemus.

Prætere tibi, tuiſque ſucceſſoribus legitime ſubſtituendis, qui in Tarracoenſis ciuitatis & Eccleſie reſtaurationem pari ſtudio inſudauerint, præſatam Tarracoenſem Eccleſiam iure proprio poſſidendam per huius priuilegij paginam confirmamus vna cum omnibus Eccleſijs, quas proprio iure noſcitur antiquitus poſſeſſiſſe, præcipientes de his, qua Sarracenorum ad præſens ſubiacent ditioni, vt cum eas Deo placuerit poteſtati populi Chriſtiani, \* ad debitam Eccleſia veſtre obedientiam referantur, ſalua tamen in omnibus Romana Eccleſia auctoritate. Porro Auſonenſem Eccleſiam tibi, tuiſque ſucceſſoribus tam diu concedimus poſſidendam, donec, auctore Deo, ad priſtini ſtatus plenitudinem veſtro ſtudio Tarracoenſis Eccleſia reformetur. Pallio itaq; in Miſſarum ſollemnijs intra Eccleſiam ſolum modo vti debebis, in præcipuis tantum feſtiuitatibus, videlicet Natuitate Domini, Epiphania, Hypapante, Cæna Domini, Sabbatho ſancto, reſurrectionis prima & ſecunda feria, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, tribus feſtiuitatibus ſanctæ Mariæ, ſancti quoque Michaelis, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, in natalijs omnium Apoſtolorum, & eorum Martyrum quorum pignora in veſtra Eccleſia continentur, in commemoratione nihilominus omnium Sanctorum, in conſecrationibus Eccleſiarum, Epicoſporum, clericorum, in annuo conſecrationis tue die, in ſolemmitatibus etiam ſanctæ Virginis Theclæ, ſanctique martyris Fructuoſi ac ſociorum eiſ. Te igitur reuerentiſſime frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honoris pontificio ſemper exhibeas, Chriſtianiſ ac Sarraceniſ ſine offenſione eſſe procurans, ad fidem Inſideles querere, Deo largiente, verbis ſtudeas & exemplis. Sic exterius pallij dignitate præcellas in oculis hominum, vt interius virtutum excellentia polleas coram ſuperna oculis maiſtatis.

Planè per præſentis priuilegij paginam officij noſtri auctoritate decreuimus, vt quicumque ſe Tarracoenſis Eccleſie bona iniuſtè hæcenus obtinuiſſe cognoviſtunt, ea deinceps eidem Eccleſie reſtituere, præ iudicij diuini formidine, & Sedis Apoſtolice reuerentia ſtudeant. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epicoſcus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, Iudex, aut quilibet Magiſtratus, vel perſona Eccleſiaſtica, vel ſacularis, huius priuilegij paginam ſciens, contra eam venire temere tentauerit: ſecundo terrioue commoſitus, ſi non ſatiſfactione condigna emendauerit, eum honoris ſui & officij periculo ſubiacere decreuimus, & à Chriſto, atque Eccleſia corpore ſegregamus. Conſeruantibus autem pax à Deo & miſericordia præſentibus & futuris ſeculis conſeruetur. Etiam. Amen. Dat. Capue Kalend. Iulij per manus S. R. E. Ioannis diaconi Cardinalis, Indictione decima quarta, anno Dominica Incarnationis milleſimo nonageſimo primo, Pontificatus autem domini Urbani Secundi anno quarto.

Hoc eodem anno inuentum eſt Bari metropolitana in Apulia ciuitate corpus ſancti Sabini Epicoſci Canuſini, de quo plura ſanctus Gregorius habet in tertio dialogorum libro. Inuenta autem ſunt in ſepulchro eiſdem inſcriptiones.

\* f. ſingulis.

XII.

\* f. ſcriptum.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.



A dextris.

† Tumba beati membra Sabini continet ista.  
 Condidit hic Prasul membra Angelarius illa  
 Quæ Bari Primas primus patefecit Elia  
 Tandem Sanctorum sublimatore fauente.  
 Vrbs est Barenfis patre consolata Ioanne,  
 Qui simplex, iustus, prudens, pius, atq; pudicus,  
 Istam Basilicam veterem nimis & tenebrosam,  
 Vt decet, & decuit digno cultu renouauit.  
 Cum tribus hanc aris postquam de more sacravit,  
 In media sancti Sabini membra locavit.  
 Quæ Magdalene sacra sub honore Marie,  
 Membrorum non est primi quoque Martyris experts. V.  
 Idus Februarij Indict. IV.

Ioannes Archidiaconus.

XVII.

Temporibus Vrsonis Archiepiscopi, qui prius fuerat apud Rappullam Episcopus, sed postea per potentiam & voluntatem Ducis Roberti à Papa Gregorio, qui & Hildebrandus dictus ad Ecclesiam Barensem traductus fuerat, Archiepiscopus ordinatus est, qui me à primo gradu Ecclesiastico vsq; ad leuiticū ordinauit, & Archidiaconatus honorē mihi cōcessit indigno. Sermocinatio inter clericos veteres Ecclesia nostra illo prasenti de altari veteri, quod erat in Cōfessione, multotiens orta est. Requirebat enim ipse Archiepiscopus à sacerdotibus veteranis de eodē altari & illius cōsecratione, vel reliquijs, vel à quo fuerat olim consecratū: de multis etiam Ecclesia nostra rebus quemadmodum hominibus consuetudo est, scire volens interrogabat. Illi autem retulerunt ei respondentes, eandem fuisse Archiepiscopatus Ecclesiam, quæ modo est Cōfessio, postea verò desuper incepta est Ecclesia ad honorem beatae Deigenitricis & semper Virginis Mariae à Bisantio Archiepiscopo, & à Nicolao Archiepiscopo, eius successore consummata. Veruntamen de altari prædictæ Cōfessionis incerti erant, à quo fuerat pontifice consecratum, vel cuius Sancti reliquie suppositæ, à suis autem prædecessoribus relatum memoria retinebant, sanctorum Confessorum Memorij & Rufini, qui olim Ecclesia fuerant Pontifices Canusina, corpora recondita conseruari. Colloquium itaq; inter nos cum eodem Vrsono habebatur Archiepiscopo de inquirendis sub prædicto altari Sanctorum istorum corporibus, quoniā id quod de eisdem referebatur, mentibus nostris versabatur ambiguum. Verum quia ipse Archiprasul multis & varijs impeditus erat at negotijs, inquisitio ista protracta est, suoque in tempore omnino dimissa.

DE VRSONE ARCHIEPISCOPI BARENSES SVB ROBERTO GVISCARDO.

XVIII.

Er at namq; maiorum causarum fere omnium Ducis Roberti & consiliorum intimus & particeps, quia & fidelissimum sibi suis in negotijs iam & probatum habebat aliqua in legatione Apocrisarium. Nam frequenter ad prædictum Papam legauerat, & Hispaniam illum miserat, quoniam filiam suam Comiti Barzelonensi nuptijs dederat, quam suæ de regno prouincia pro nuptijs confirmandis vsq; in terram istam, quæ sub eius Ducis erat dominio, cum multo comitatu & apparatu sumptuoso conduxerat. Præterea cum eodem Duce, quocumque ibat, equitabat ferè totius anni per spatium, quoniam pro his, quæ retulimus & alijs propè se illum volebat degere, suisq; in negotijs, vt prænotauimus, habere particeps. Rarissime igitur suum ad Episcopatum veniebat, aut in Passcha, vel in natalis solennitate Domini, aut in quibusdam paucis anni partibus, non tamen diu morabatur, sed tribus vel diebus quatuor, aut, vt multum, per septimanam. Hoc itaq; modo transiit per temporis a fatigatus & inquietus, sicut ipse nobis retulerat sæpe multis sub laboribus, & itineribus, & sollicitudinibus, utpote tanto Duci seruire ac placere volebat, vixerat. Tandem autem Hierosolymam causa orationis ad Sepulchrum profectus est Domini, & in eodem anno exinde Barum redijt, & aliquanto transactō tempore inuit Canusum, ibi infirmatus obiit, & sepultus est sexto decimo Kal. Martij. Hic vixit in Archiepiscopatu Barenfi annis nouem & mensibus octo.

XIX. ELIAS ARCHIEPIS. TEMPORE SYNODI MELFITANÆ.

Huius autem post obitum successit Elias Archiepiscopus, qui primus Abbas fuerat, corpusque sancti Nicolai sua in procuratione absque ordinatione tenebat. Hoc autem electo in Archiepiscopum voluntate atque consensu Ducis Rogerij filij Ducis dicti Roberti, Melsiam Papam Vrbano adiunxit, qui ibidem Synodum celebrabat mense Septembri, quem rogauimus, vt vsque Barum descenderet, prædictumque consecraret Elam in Archiepiscopatus honorem, domino Boamundo eundem Papam nobiscum de-

A sinistris.

† Angelarius Archiprasul Canusij attulit huc corpus sancti Sabini à Canusio, quod fuit occultum in hoc templo vsq; ad tempus Elia Archiepiscopi Barinorum, & Canusinorum, à quo fuit inuentum & hic honorificè collocatum. Mense Februarij Indictione xv.

Porrò rei gestæ historia tunc temporis à Ioanne Archidiacono scripta memoria digna videtur, quæ incipiens ab vrsonis Archiepiscopo prædecessore Eliæ, sub quo eiusmodi inuentio facta est, continet alia plura eius temporis scitu vtilia. Sic enim se habet:

precante, qui eo tempore Barum iam suo tenebat sub dominio: ipso verò consecrato ab eodem Papa in Ecclesia nostri Archiepiscopatus, sepe cum eo loquebamur de prædictis corporibus atque altari. Cæpit ergo sollicitus esse, vt quereret quatenus de hoc, quod ambigue dicebatur, & habebatur, certus foret, & amplius non dubitaret. Nam de corpore sancti Sabini mentio nulla erat, sed de suprædictis Confessoribus nec temporibus prædicti Elia Archiepiscopi, neque Archiepiscopi Vrsonis. Estimabatur enim, quod apud Ecclesiam Canusinam illius sanctæ recondita fuissent reliquie, quod probauit postea rei veritas fuisse mendacium. Multotiens enim quasitum est in eadem Ecclesia de confessoris eiusdem corpore, & à Mordaco nomine prædictæ Præposito Ecclesie, atque Rainerio & alijs, qui præfuerant: sed nunquam & nusquam ab illis potuit hæcenus inueniri. Quippe quod ibi non erat, quomodo inuenire valebant? hoc autem modo in Ecclesia nostra voluntate diuina, quod multos ignotum per annos fuerat, scriptura nulla significante repertum est tandem.

Nam prædictus Elias Archiepiscopus cæpit simulacrum esse, esse sollicitus de Memorij atque Rufini Confessorum in altari iam dicto, vt certus esset, requirendus corporibus, non quærit, vel obliuioni quemadmodum Vrso fecit Archiepiscopus, tradidit, sed iussit altare destrui. Quo diruto, apparuerunt ossa in anteriori altaris facie veluti sub quadam spelunca, vel sepultura condita quodam contexta panniculo. Quo viso statim cæpit dem Archiepiscopus illum auferre cautè atque sauauiter. Veruntamen illum non sequebatur integer totus; particula namque illius ab illa, quæ prius fuerat integritate corrupta, iam putrefacta cadebant; multorum quippe annorum curricula transierunt. Ab illo etenim tempore, quo suprædicta fuerunt ossa vsque ad hoc ibi supposita, inuenimus ducentos & quasi quadragesimæ præterisse annos, numerantes diligenter, vt valuimus, Episcoporum annos, qui huic nostre præfuerunt Ecclesia. Prædicto autem panno modo suprædicto inuento, litteræ sunt visæ atque relectæ, quæ dicebant: ANGELARIUS EPISCOPVS ATTVLIT CORPVS SANCTI SABINI. Huiusmodi etiam scriptura inuenta est in tabula vna marmorea, quæ ibidem tunc reperta est similiter & in vno tofo: à quo videlicet, tempore huius Episcopi Angelarij vsque ad tempus eiusdem Elia Archiepiscopi anni præscripti sunt numerati. Archiepiscopus igitur cum omnibus nobis, qui aderant, effectus letissimus, hoc, quod inopinatè inuentum est, mox cæpit vt decebat, reuerenter extrahere, atque capsula lignea deinde honorificè collocare.

XX. INVENTIO CORPORIS SABINI EPISCOPI.

XXI.

Interea velocibus alijs fama subitò volauit per vrbs, auresq; omnium verberans, id quod actum est nuntiauit. Cucusrit igitur repente vt erque sexus & omnis atas letitia, & gaudio plena, Dominoque omnipotenti meritis reddidit laudes, qui suo in tempore tantam gratiam sui largitate concessit. Sanctos autem artus ad horam sic collocatos, Archiprasul idem non ita in tempus posterum permanere negligenter permisit, sed marmoream sepulturam, vt solet fieri, aptè compositam, tabulam quoque marmoream itidem ad tegumentum, litteris ibi per sculpturam designatis inuentionem, & tempus, nomenque suum, vt est desuper notatum, significantibus à nobis dictatis, preparari præcepit. His & alijs quæ necessaria erant denique consummatis, Episcopus Ecclesia nostra suffraganeos, Clerum omnem & populum die præordinata conuocatū, ordinatis ex more deinde ordinibus Ecclesiasticis, vt solet in diebus fieri solennibus cum luminibus, & thymiamatibus, Prasulibus sustentibus eandem reliquias, sub eodem loco

vbi inuenta fuerant honorifice collocavit. His demique solemniter ita consummatis, altare desuper construi precipit, & vt istius festum inuentionis celebraretur decimo die inuante mense Decembris, qui & dies fuit inuentionis constituit, anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo nonagesimo primo, Indict. quarta decima.

XXII.

Pro munere autem isto nos gratias meritaque laudes omnipotenti Deo referre debemus, qui nobis est suam per gratiam dignatus concedere. Vnde letitiam habemus communem: meritum enim nos collatari debemus, quia si quilibet homo sicut scriptum est, in agro thesaurum aliquem inuenit, vendit vniuersa quae habet, & gaudens emit agrum illum: quanto magis nos pro isto thesauro auro & argento multo meliore gaudere debemus, quem nos non emimus, pro quo nullam commutationem fecimus, sed gratuita largitate? Vnde nostrum est honorare, quod in Ecclesia inuenientes accepimus, acceptum autem omni cum reuerentia honoremus, quoniam reuerentia, quam illi exhibemus, nobis proculdubio proderit. Deus omnipotens suis retribuit fidelibus, suos qui sanctos honorant, venerantur suisque, in necessitatibus deprecantur. Quoniam, qui sanctos honorat, Deo exhibere honorem dubium non est. Ipse namque dixit: Qui vos honorat, me honorat; qui vos accipit, me accipit. Oportet ergo nos modis omnibus quibus possumus illos honorare, nostraque pro salute rogare, quatenus Dominus Deus noster ad gloriam illorum per gratiam suam nobis ire concedat, qui semper viuunt & regnat per infinita secula seculorum.

a Matt. 13

b Ibid. 10.

Fidem facio ego Notarius Ioannes Baptista Pirris de Baro, presentem copiam diligenter extractam esse à libro antiquo lectionum Sanctorum grandibus syllabis manuscripto in paginis papyreis, existente in Archiuo regalis Ecclesiae S. Nicolai Barenfis inibi relicto mihi. Coll. Ideo presentes feci & signavi requisitus. Laus Deo & beatae Mariae Virgini. Hactenus de inuentione S. Sabini.

XXIII.

CONFES-  
SORVM  
ET DE-  
FENSO-  
RYM CA-  
THOLICÆ  
VERITA-  
TIS OBI-  
TVS.

Ad postremum, hoc etiam anno gloriosos meritis Confessores ex hac vita decessisse Altmannum Episcopum Patauiensem, Vuillelmum Abbatem Hirsangensem, ex mulieribus Iuditham sanctae conuersationis foeminam, vxorem quondam Hermannii Marchionis, Adelaidemque Taurinensem Comitissam, de qua superius ex litteris Petri Damiani, testatur Bertholdus in Appendice ad Hermannum, cuius etiam assertione liquet, hoc eodem anno diem obiisse Fridericum Comitem de Catholica Ecclesia optime meritum, de quo Bertholdus anno sequenti: sed quae gesta sunt hoc anno videamus, ait enim: Hic autem Fridericus Comes sub habitu seculari more S. Sebastiani strenuissimus miles Christi fuit, videlicet Ecclesiae & religionis feruentissimus amator, & Catholicae pacis indefessus propugnator. Hunc venerabilis Papa Gregorius, hunc beatus Anselmus Lucensis Episcopus, quasi vnicum filium amauerunt, hunc clerici & monachi, in omnes religiosi feruentissime dilexerunt.

XXIV.

FRIDERI-  
CI COMI-  
TIS LAV-  
DES.

Hic in fidelitate sancti Petri contra schismaticos vsq; ad mortem studioissime certauit, in cuius etiam sancti Petri festo de huius vita ergastulo ereptus, eadem in caelestipatria creditur associatus. Erat autem filius domine Sophiae, & Ludouici Comitis, quae erat mater tera Comitissa Mathildis, quae cum domino suo Vuelfphone Duce in Italia contra schismaticos multum laborauit. Obijt autem praedictus Comes in praeterito anno, id est Dominica Incarnationis millesimo nonagesimo primo, Indictione decimaquarta, tertio Kal. Iulias, in festo sancti Petri, & in crastinum, id est, in solemnitate sancti Pauli sepelitur. Huius ergo filium ex nepte domine Adelaidae susceptum Henricus Rex cum filio exheredare proposuit, terramque eius hostiliter inuadendo, ac circumquaque deuastando etiam Fructuariensi monasterio multa mala intulit. Hucusque Bertholdus.

XXV.

Conrad.  
vit. Vuol-  
phel. extat  
apud Sur.  
tom. 4. die  
22. April.

Migravit quoque ex hac vita sanctus Vuolphelmus Abbas Bruuilarenis apud Coloniam Agrippinam doctrina & sanctitate clarus, cuius adhuc contra Berengarium extat epistola Scripsit res ab eo praclare gestas d. Conradus monachus eiusdem temporis scriptor, eiusdem Vuolphelmi auditor, ex quo quidem de ipso dicta superius sunt accepta.

IESU CHRISTI  
Annus 1092.

VRBANI II. PAP. HENRICI III. IMP. 9.  
Annus 5. ALEXII COMNENI IMP. 12.

SEQUITUR millesimus nonagesimus secundus Redemptoris annus, Indictione decimaquinta, Quo (Bertholdus inquit) dominus Papa Natalem Dominum in terra S. Petri extra Romam celebravit. Nam Guibertus heresarcha ita se prope domum S. Petri incastellauit, vt non facile absque humani sanguinis effusione expelli inde potuerit. Henricus quoque impius Imperator in Longobardia iam biennio morabatur, ibique circumquaque terram Vuelfphonis Italici Ducis praedae, ferro, & incendio deuastare non cessauit, vt eundem Ducem, & prudentissimam eius vxorem à fidelitate sancti Petri discedere, sibi que adherere compelleret, sed frustra. Nam Dux in sua sententia persistit, ipsique suis viriliter restitit. Sed & pater eiusdem Ducis Vuelfpho Dux Baioaria eundem Henricum ante proximam Natiuitatem Domini mirabiliter confudit, quem ad colloquium peruenire prohibuit, quod idem Henricus & Rex Hungarorum condixerant, ad quod etiam penè iam conuenerant. Et inferius: Iterum Principes Alemanniae ad defensionem sanctae matris Ecclesiae contra schismaticos vnanimiter conuenerunt; sibi que ad hoc negotium exequendum fratrem Constantiensis Episcopi Bertholdum Ducem totius Suaeuae constituerunt, qui nondum aliquem Ducatum habuit, et si iamdudum nomen ducis habere consueuerit. Ac rursum: In Baioariam venit Salzburger Episcopus Dimo, qui Patauiensi Ecclesiae iam dudum viduata ordinauit Episcopum nomine Valstricum, sanctae Angustiniensis Ecclesiae Praepositum, eumque in ipso die Pentecostes cum ipso Constantiensi & Vuormatiensi solemniter consecrauit: hocq; magnam fiduciam dedit Catholicis, vt in fidelitate sancti Petri persistenter, & schismaticorum vesania indefessus obsterent. Hactenus auctor de statu Ecclesiae Catholicae huius anni, prosequamur autem res gestas Urbani Papae:

I.  
VVELPHO  
DVX PRO  
VIGNA  
TOR CA-  
THOLICO  
RYM.

Hoc eodem anno (Sigebertus huius temporis scriptor & ipse, inquit) dominus Iuo sancti Quintini Belluacensis Praepositus à Papa Urbano consecratus, sit Carnotensis Episcopus. Quod faciendo Urbanus planè lucernam ardentem perspicuum vniuerso Occidentali orbi super candelabrum collocavit. Quantus hic probitate atque doctrina fuerit, recitante de eores gesta suis locis significabunt. Meminisse oportet, praedecessorem Iuonis Gausfredum Carnotensem Episcopum sub Gregorio Papa septimo Romae diu detenturum simoniaca prauitatis, sed cum deficerent, qui ista probarent testes, permillum ab eodem Pontifice, vt se ipsum iuramento purgaret; sicq; purgatus Roma ad suam est restitutus Ecclesiam vt eiusdem Gregorij Papae littere d. datae significant. Verum cum postea eiusdem Episcopi crimina plenè innotuissent Apostolicae Sedi: Urbanus Papa, cum dissimulandi nullus locus esset, eundem Gausfredum Sede Carnotensi deposuit, atq; in eius locum consecrauit tunc praesentem Iuonem, de quo mox has litteras dedit ad Ecclesiam Carnotensem verbis istis: e

II.  
IVO CAR-  
NOTEN-  
SIS EPISC.  
ORDINA-  
TVR.

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis Clero & populo Carnotensi salutem & Apostolicam benedictionem. Nos quidem tempore beatae Mariae semper Virginis deuotione & reuerentia, tum pro nostri officij debito, Ecclesiae vestrae dilectionem, protectionem, & curam specialius impendentes, eiusque labores diuturnos, quos à Gausfredo quondam Episcopo passa est, propensiore animo perpendentes: rei veritate diutius atq; diligentius pertractata, largiente Domino, iustitia satisfacimus. Bonam itaq; animi vestri voluntatem praeuenientes ac subséquentes, venerabilem virum Iuonem presbyterum, quem Gausfredo per nos deposito, Catholice atq; canonicè secundum nostra monita elegistis, ne quod vltioris hac in re detrimentum vestrae Ecclesiae pateretur, sine mora & longioris obstaculo consecrauimus.

d Greg. lib.  
9. epi. 16.  
et 31.

e Iuo ep. 1.  
III.  
VRBANI  
P. PAP.  
EPIST. DE  
IUVONE  
CONSE-  
CRATO.

Nunc eum ad vos remittentes, tanquam B. Petri manibus consecratum B. Petri vice vos rogamus & obsecramus, quatenus eum benigne suscipientes, debita vt pastoris veri membrum, obedientia honoreris, debita sollicitudine quae vobis annuntiauerit, obseruetis: & vt ipse Deo placere, & cum pro vestris valeat excessibus dignè

IV.

inter

intercedendo placare, vos quoque placere Deo totis conaminibus procurate. Si enim placere Deo studueritis, pastorem proculdubio Deo placente habebitis, nos quoque in vestris opportunitatibus ad exaudiendum paratos inuenietis. Porro de Gaufrido, qui sine conditione omni nostris manibus Episcopatum reddidit, indignum se patenter agnoscens, precepimus & precipimus, ne quis ei vlllo modo ad Episcopatum reinuadendum vel inestandum, assensum accommodare presumat, alias & ipsam & ipsius fautores ex communicatione subiacere censemus. Obedientes vero monitiis nostris gratia diuina custodiat. Dat. Capua octauo Kalendas. Hæc Urbanus Papa, qui & eodem quoque argumento scripsit litteras ad Richerium Senonensem Archiepiscopum, commendans à se consecratum Luonem. Incipit epistola: *Quantas pro Gaufrido. Cui subijcitur dictio, siue oratio Urbani Papæ ad Luonem, cum consecratus est digna quidem tanto Pontifice, quæ sic se habet:*

V. SERMO VRBANI PAPÆ POST CONSECRATIONEM IVONIS.

a Matth. 20.

\* macula.

a Id 25. \* fuiti.

VI.

c Tuo epi. 8.

QVÆ IVO ADRICHE RIVM.

VII.

Quoniam (ut credimus) diuino te nutu vocante, Clerus & populus ciuitatis illius unanimiter elegerunt Rectorem, & ad nos vsque perducentes petierunt consecrari Episcopum, & idem Deo annuente, per manus nostras impositionem Episcopum consecratus es: amodo, frater charissime, scias te maximè pondus suscepisse laboris, quod est sarcina regiminis animarum, & commodis deseruire multorum, omniumque fieri minimum atque ministrum, & pro credito tibi talento in die diuini examinis ratione redditurum. Nam si Saluator noster dixit: *Nō veni ministrari, sed ministrare & animam suam ponit pro ouibus suis: quanto magis nos desidijs seruis summi Patris familias, debemus maximo sudore incumbere oues Dominicas nobis à summo Pastore consignatas ad ouile Dominicū, seffragante diuina gratia, absque morbo & \* mancha perducere? Exhortamur itaque dilectionem tuam, ut fidem quam in exordio tuæ consecrationis breuiter dilucideque digessimus, illibatam & inuolabilem custodias, quia Fides est fundamentum omnium virtutum. Scimus autem quod ab infantia sacris es litteris eruditus, & canonum institutis edoctus: at tamen breuiter ad te noster est dirigendus sermo. Nullus te fauor extollat, nulla aduersitas atterat, id est, non in prosperis cor tuum eleuetur, nec aduersis in aliquo deiciatur; sed omnia & in omnibus caute, & cum discretione agere te volumus, ut absque reprehensione ab omnibus viuere comproberis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam sua protectione custodiat, ut dum tali moderamine in Domino nostro onus quod suscepisti, peregeris: in die æternæ retributionis, eo dicente, audire merearis: *Beuge serue bone & fidelis, quia super pauca \* fidelis, supra multa te constituitam, intra in gaudium Domini tui.**

Iuo autem ita consecratus ab Urbano Papa Cartonensis Episcopus minimè recipitur à suo Archiepiscopo Senonensi, sed ab eo & litteras contumeliosas accepit, ad quas ipse cōstans animo cum redarguens, istas sapientia plenas rescripsit, ex quarum tantū titulo & salutatione instrui, ac respicere quis saperet, valuisset, sic enim se habent: *c*

Richerio Dei gratia Senonensi Archiepiscopo, Iuo, per eandem gratiam Petri manibus Ecclesie Carnotensi consecratus & delegatus Episcopus, à Romana Ecclesia pace non discedere, & si quid aliter sapuit, valde celeriter respicere.

Litteras contumeliosas & amaritudinis plenas sigillo vestro signatas, & nomine vestro titulas à quibusdam clericis nuper accepti. In quibus primò depressionem meam, & falsas criminum obiectiones in me factas, postremo Sedis Apostolicæ maiestatem non laute lasam, vehementer indolui. Cum enim ut pacem mecum haberetis, & in silium susciperetis, Apostolica auctoritate fuisset commonitus: nec ut fratrem salutastis me in litteris illis, nec ut Coepiscopum, qui nullum vobis Coepiscopi adiutorium, vel filij abnegauit obsequium. Cur igitur alienigenam ad iudiciū vocatis, cur obedientiæ vinculis astringitis, quem nec Suffraganeum, nec collegam esse cognoscitis? Huic iniuria mea grauiorem superadditis, quod demembratorem metropolitana sedis non aptè satis appellatus. Nam cum ramus aridus, qui in radice arboris matris nunquā coaluit, nec in se virens fructū fecit, magni cultoris manu excisus esset: eadem manus que ramū premortuum excidit, me non ad demembrationem, sed ad supplendum locum demortui, eidem arbori, quantum in se erat, inseruit, que hoc & cum aliqua spe fructus, & sine vulnere matris arboris posse fieri existimauit. Cui ergo sine vestra contradictione licuit quod nocebat excidere; que ratio impedit, ut ei non liceat quod profuturum sperabat, inserere?

Dicitis enim in litteris illis, me sedem inuasisse Gaufridi Coepiscopi vestri. In quo manifestè contra Sedem Apostolicam caput erigitis, dum quod illa edificat, vos quantum in vobis est, destruitis, & quod illa destruxit, vos edificare contenditis.

CVIUS IVDICIIS ET CONSTITVTIONIBVS, OBVIARE PLANE EST HAERETICAE PRAVITATIS NOTAM INCURRERE, CVM D SCRIPTVRA DICAT: HAERETICVM ESSE CONSTAT, QVI ROMANAE ECCLESIAE NON CONCORDAT. Preterea fame vestra non bene consultis, qui Coepitū emissarū, cuius aduertia, fornicationes, periuria, prodiones, per omne fermè Latinā Ecclesiam publicatae sunt, qui pro his & alijs similibus à Sede Apostolica damnatus est, ita ut se purgare non valens, virgū pastorem redderet & annulū, de quo Apostolicū accepistis decretū in hac verba (Quicumque Gaufridū depositum deinceps inuenerit ad inestandum vel reinuadendum Carnotensem Episcopatum excommunicatū eum esse censemus) adhuc Episcopum vocare, in Episcopum reformare contenditis: cuius malefacta defendere, quid est aliud, nisi similem damnationis sententiā in se pronocare? Cum enim secundū c Apostolum, satis sit ad damnationē, peccatis alienis consentire: cur non magis sufficere, eadem forere & defendere? Neque enim in hoc protegit vos clypeus ignorantia, cum hæc, sicut dixi, nota sint non tantum Ecclesie Lugdunensis Gallie, sed omnibus fermè Ecclesie Latinae linguae.

VIII. d dist. h. r. Noliue.

c Rom. 1.

Est & aliud in litteris illis, in quo euidentissime & irreuerentissime os vestrum posuistis in celum, & lingua vestra transit in terra, cum benedictionē per impositionē Papæ datam & Cardinalium Romanae Ecclesie, non simpliciter benedictionem, sed qualemcumque hostili irratione appellastis: cum ad ipsam principaliter & generalissime pertineat tam Metropolitanorū quàm ceterorū Episcoporū consecrationes confirmare vel infirmare, cōstitutiones vestras & iudicia retractare, suas verò incōcessas detinere, & nullius inferioris iudicio retractandas vel corrigendas concedere. Sic enim de non infirmandis Apostolica Sedis iudicijs scribit Papa Gelasius in epistola Fausto Magistro directæ de iusta depositione acatij: *Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod prima Sedis sana rectaque suadenti parere diffugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationem totius Ecclesie ad huius Sedis examen voluere deferri: ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt: Ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commutare iudicium. Nec eius vnquā praeceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constraxerunt non oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandauerunt. Et paulo post: Quæ traditione maiorum Apostolicam Sedem ad iudicium vocat? & item: Viderint ergo si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur.*

IX.

Ceterum isti qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, Sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt. Item Gregorius in epistola de Aldrico Carnotensi Episcopo ad Gallias directæ. Nullus Aldricum iudicet, aut iudicare presumat; sed si (quod absit) graue quid intolerandumque ei obiectum fuerit: nostra erit expectanda censura, ut nihil prius de eo, qui ad sinum sanctæ Romanae confugit Ecclesie, eiusque implorat auxilium, decernatur, quam ab eius Ecclesia fuerit preceptum auctoritate, que vices suas ita alijs imperitū Ecclesie, ut sint in partem vocata sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Proinde dilectio vestra quorum deuotione gaudemus, iungat curam suam dispositionibus nostris. Et post plura: *Nec pigeat fortè, aut pudeat nostris obedire mandatis aut Apostolicæ Sedis obsecundare preceptis, qui humilibus dat gratiam, non superbis. Nam nullus fas est, velle, vel posse transferri Apostolicæ Sedis precepta; nec nostra dispositionis ministerium, quod vestram sequi oporteat charitatem. Sit ergo ruma sua dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis; nec locum deinceps inter sacerdotem habeat, sed extorris à sancto fiat ministerio, nec de eius iudicio postea quisque curam habeat; quoniam iam damnatus à sancta & Apostolica Ecclesia ac auctoritate, pro sua inobedientia atque presumptione à quoquam esse non dubitatur.*

X.

Inobedientem me quoque littera vestra non rectè accusant; quia cum obediuntur me paternitati vestrae litteræ domini Papæ commendauerunt: nulla à me paterna vestra admonitio refusa est, que nec audita. Quod aliunde me expedisse benedictionem, calumniarumini: veritate teste, verū dicam, quod nec Episcopatum,

XI.

nec benedictionem Episcopalem à vobis petij, nec ab aliquo. Sed cum clericorum primo ingenio, postea violentia Regi fuissem presentatus; & inde cum virga pastorali à Rege mihi intrusa ad Ecclesiam Carnotensem adductus, cumque clericis petentibus & pulsantibus, nullum diem consecrationis mea velletis praesigere: interea consilium mihi fuit, electioni eorum non omnino de assensum præbere, donec certus fierem & de Gausredi depositione, & summi Pontificis voluntate. Ad quem cum peruenissem, ad petitionem Ecclesie Carnotensis, Apostolica auctoritate sum constrictus, & ita in Episcopum consecratus. His & huiusmodi tam rationibus, quam auctoritatibus munitus, licet irritatus magis quam canonicè vocatus, licet tam in me, quam in capite meo & vestro, si tamen vestro, iniuriam passus: tamen paratus ero tempore opportuno & loco tuto intra Senonensem prouinciam, vel etiam Stampis, si conductum tuum, Comitem videlicet Stephanum ex parte domini nostri Regis, & vestra propter circumstantes inimicos habuero, paratus, inquam, ero, vobis occurrere, & quantum salua reuerentia Sedis Apostolicæ licuerit, obiectionibus vestris respondere, ad cuius audientiam aliquando forsitan oportebit ista referre. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat cor vestrum & animam vestram, vt obedientia vestra Prælati vestri exhibita nos vobis obediens exhibeat & deuotè subiectus. Hucusque Iuo ad Archiepiscopum Senonensem, qui non quieuit, Sed Stampis aduersus Iuonem collegit iudicium, in quo idem Iuo ab ipso damnatus, Sedem Apostolicam appellauit, sed hoc anno sequenti, vt suo loco ex eiusdem Iuonis ad Vrbanum Papam datis litteris dicturi sumus.

tus, qui sacri insignis prerogatiua nostræ gentis sacerdotium adornaret: cum celeberrimis Danorum vrribus inspectis, cuncta curiosissimè collustrando, non minorem personarum quam ciuitatum respectum egisset, Lundia ob egregios Asceni Episcopi mores, tum quod ad eam è finitimis regionibus terra marique transitus abundè pateat, hunc potissimum honorem deferendum curauit. Nec solum eam Saxonica ditio eruit, sed etiam Suecia, Noruegiaque religionis titulo magistram effecit. Nec parum Danica Romanæ benignitati debet, qua non solum libertatis ius, sed etiam externarum rerum dominum affecta est. Hactenus Saxo. Sic igitur Hamburgensis primatus sub Vrbanò Papa Secundo magno opere imminutus est, quando eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopus Liemarus inhaerens Henrico schismatico Regi, factus erat omnium schismaticorum antesignanus, quo permotus Gregorius Papa Septimus, iam de separatione Danicæ Ecclesiæ ab Hamburgensis dominio cepit per litteras habere sermonem, quod & Sueno Rex iam tempore Alexandri Papæ aggressus est pertentare. At de his fatis.

DANTA INSTITUTE TA.

Greg. lib. 2. epi. 75.

XV. VRBANVS DEDICAT ECCL. S. TRINITATIS.

Hoc item anno Vrbanus Papa in prouinciam se contulit Picentiorum, atque apud Salernum, ad nobile monasterium sanctæ Trinitatis, ad Caum Metellianam dictum perrexit, vt basilicam illic in honorem sanctissimæ Trinitatis erectam sacris ritibus consecraret: quod feliciter expleuit. Cuius rei memoriam verbis istis lapis incisus affixus parieti indicat:

*Crucem hoc in lapide sculptam quam cernis, sanctissimus Vrbanus Secundus Romanus Pontifex in sacra huius Ecclesiæ dedicatione proprijs manibus in sacra rei signum oleo liniuit, anno salutis M. XCII. Nonis Septembris, Indictione xv.*

Propensiori namque studio erga eisdem monachos idem Vrbanus Pontifex ferebatur, quod Cluniacensis ordinis essent, Cluniacensis & ipse alumnus eiusdem, vt testatur in diplomate priuilegij eidem monasterio tunc post eiusdem Ecclesiæ dedicationem concessi; quod repperit, & ad nos delatum per Constantinum Caietanum monachum Calsinensis congregationis, hic describere, consultum visum, quod plura in eo sint scitu digna, contineatq; priuilegium tunc eidem monasterio concessum à Rogero, qui eiusdem Ecclesiæ dedicationi per Vrbanum Papam peractæ præsens fuit. Sic enim se habet:

*Vrbanus Episcopus seruis seruorum Dei reuerentissimo Fratri Petro cœnobij Cauensis Abbati, & successoribus canonicè promouendis salutem & Apostolicam benedictionem in perpetuum.*

*Cum vniuersis sanctæ Ecclesiæ partibus pro Sedis Apostolicæ auctoritate ac beneuolentia debitores existamus; illis tamen locis atq; personis, qui specialius ac familiarius Romana adhaerint Ecclesiæ, quib; amplioris religionis gratia eminare noscuntur, propensiori nos inducunt charitatis studio imminere. Apostolica ergo memoria prædecessoris nostri Gregorij Septimi institutis tenacius adherentes, Cauense cœnobium, cui summa religio viget, quod ipse singulariter dilexit, & sue institutionis priuilegio communiuit, nos quoq; huius nostri priuilegij pagina cõmunimus, & ab omni tam secularis, quam Ecclesiasticæ personæ iugo liberum esse omnino decernimus. Idem namq; Apostolicus Pontifex, dum in Romana sancta Ecclesia Archidiaconatus adhuc officio fungeretur, prædictum locum à G. sulpho Salernitano tunc Principe, in cuius manu fuerat, postulat. Cellas quoq; plurimas, quas vsq; ad id temporis spatium idem Princeps in manu propria detinuerat, ab ipso acquirens, eidem sancto loco contulit absolutè cum omnibus habitantibus & habitaturis, tam in Cilenti monte, eiusq; pertinentijs, quam in locis Pasciano, Metelliano, Castro sancti Adiutoris, & pertinentiarum eorundem locorum, cum iuribus, angarijs, per angarijs, pensionibus solutis tam ratione terrarum, quam pro quolibet focalari ipsorum locorum sicut nos ipsi in Registro ipsius Principis enucleatus vidimus contineri. Quam donationem nos auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus.*

XVI.

XVII.

Præterea Cluniacum locum illum famosum dirigens, inde te vt Abbatem prædicto monasterio preponeret, adsciuit, quem deinceps cum vniuersis subiectis siue locis, siue personis, singulariter dilexit, fuit, atque tuitus est, mox Pontifex factus, eorundem libertatem decreti sui pagina confirmauit sic præstante Deo ab omnium viuentium iugo liberum vsq; ad tempora nostra permansit. Nostris autem diebus Alphanus Salernitanæ Ecclesiæ Archiepiscopus

confirater

XII. S. BVRNO VOCATVR ROMAM AB VRBANO PAPA.

\*Pet. Ven. lib. 2. mirac. c. 28.

XIII. ERICVS REX DANORVM BIS AD SEDEM APOSTOLICAM ACCESSIT. b Sax. Gram. lib. 12.

\*difficillimum.

XIV. METROPO LIS LVNDIÆ IN

Hoc eodem anno, qui sextus (vt vidimus superius) numeratur incolatus sanctorum monachorum in Carthusia, Vrbanus Papa accersiu it ad se ex eadem Carthusiana solitudine sanctum Brunonem eius instituti auctorem quem iam diu antea coluisset, inuitumque licet diu apud se retinuit, eius opera vfus in Concilijs celebrandis vsque ad Placentinum Concilium, quo celebrato vix missionem obtinuit ab eo in Gallias profecturo, cum iam vsque ad triennium apud eundem Pontificem mansisset. Nonagesimo autem quinto post millesimum ab eo recedendo obrinuisse licentiam, eiusdem Brunonis vitæ Acta testantur sicq; ad optatam eremum rediisse, non tamē in Carthusia, ne ita Pontificè proficentem in Gallias sequeretur, sed in Calabriam, vbi Carthusianum propagauit institutum. Porrò primarium ipsorum vitæ ordinem magna cum admiratione & laude scripsit a Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis, & miracula quædã ab ipsedem edita narrat.

Eodem quoque tempore ex remotioribus orbis partibus Ericus Danorum Rex Romam ad Vrbanum Papam se contulit, pulsatus iudicio Archiepiscopi Hamburgensis, quod appellatione ad Sedem Apostolicam anteuertit. Hic quidem anno superiori Olauo fratri, qui annis decem regnauit, est subrogatus, cultor pietatis eximius, de quo b Saxonem Grammaticum audi dicentem: Fortè autem Hamburgensis Antistes ob imanes & falsas suspiciones Erici regem execratione multandum censuerat quod veritus Rex, appellatione sententiam præcurrit, Romamque è vestigio petiuit, vbi causa sua examine diligentius habito, Pontificus accusationem potenter repulit, cunctisque defensionis partibus actore superior redijt. Nec contentus efficacissimum causæ dictionis sue propugnator em egisse, aduersario: partis odio penetr alium sacrorum decus externo sacerdotio subiectum habere passus non est. Quamobrem Romam regressus tum se, tum etiam patriam ac domestica sacra Saxonica prelacione liberare petiuit, ne religionis ratione exterius admodum obsequi cogeretur, aut eius disciplinam ab alienigenis petere, necesse haberet. Hoc \* difficilum Curia consensum habuit: quæ ne Clarissimum virum repulsa afficeret, tum dignitatis, tum etiam fatigationis eius intuitu mota, petitioni annuit: seque regnum ipsius summi sacerdotij insignibus adornaturum spondit, atque ea promissorum spe à se exhilaratum dimisit. Et post nonnulla inferius de exactione promissionis per Legatos à Rege facta hæc subdit.

Ne enim Dani sub externo Pontifice sacrorum munera celebrarent, missis ad Curiam Legatis, in ornamentum domestica religionis maximi sacerdotij insignè expetendū curauit. Nec eum Romana promissionis fides sefellit. Protectus en in e curia Lega-

confrater noster ad eiusdem loci subiectionem modis cepit omnibus anhelare. Nobis itaq; disponentibus basilicam ipsius loci dedicare, ille sua Ecclesie minui iura clamitabat, qui nos ex abundantis satisfactionem iuris obtulimus: ille autem cum ad postulatum, & acceptatum actionis terminum pervenisset, actionem aggredi refutavit.

XVIII.

Sic nos presentibus fratribus nostris reuerendissimis Episcopis Vbaldo Sabinesi, Oddone Albanensi, Berardo Præstino, Ioanne Truculanensi, Brunone Signino, Rangerio Regitano, Gerardo Troiano, Ioannem Riopollano, & Cardinalibus Ecclesie nostre Hermanno presbytero ex titulo Quatuor Coronatorum, Gregorio presbytero tituli sancti Vitalis, Benedicto presbytero sancte Susanna, Gregorio ex diaconia sancte Maria in Vialaria, Ioanne ex diaconia sancte Maria in schola Græca, Petro ex diaconia in sancto Adriano, Iacobo ex diaconia sancti Eustachij, & Tencrone ex diaconia sancti Georgij ad Velum aureum diaconibus, astante etiam dilectissimo filio nostro Duce Rogerio cum innumeris clericorum & laicorum turba, præstante Domino nostro Iesu Christo, cuius vicem, licet immeriti, gerimus in terris, ad honorem summæ & indiuiduæ Trinitatis manibus nostris proprijs in eodem loco, qui Metelliana Cava vulgariter nuncupatur, basilicam dedicauimus die nonarum Septembrium, indulgentes eidem monasterio contemplatione cuiusdam prærogatiue specialis charitatis, quam experti fuimus in eodem cœnobio, imò potius perfectam religionis obseruantiam, dum adhuc essemus in minoribus ordinibus constituti.

XIX. CONCES. SÆ IN. DVLGEN. TIA.

Vt quicumque in statu penitentiæ Domino opitulante fuerit positus, & ad dictum locum accedens fuerit ibi vno die ante ipsius basilicæ consecrationem, & per totum diem sequentem, necnon in die Iouis sancti, atque per totam diem Veneris sancti sequentem, de omnibus peccatis, de quibus verè contritus fuit & confessus, illam indulgentiam & veniam à Domino consequatur, quam mereretur in eundo, & redeundo ad sanctum Iacobum Compostellanum; reliquis verò temporibus, & diebus singulis causa deuotionis illuc accedentes quatuor annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam suorum peccatorum obtineant de Sedis Apostolicæ gratia speciali. Qui verò ad capellam tuam sitam in eodem monasterio, ac eodem die consecratam per venerabilem fratrem nostrum prædictum Brunonem Episcopum Signinum, in diebus & festiuitatibus supradictis venerit, septem annos & totidem quadragenas de indulgentia pro suis peccatis confectus à Domino consequatur. Accedentes similiter ad Ecclesiam constructam in Casale eodem monasterio adiacenti & eminenti, dedicatam ipso die per iam dictum venerabilem fratrem nostrum Rangerium Episcopum Regitanum, in diebus & festis prædictis, necnon & in omnibus festiuitatibus Virginis gloriose, ad cuius vocabulum constructa est Ecclesia memorata septem annos, & quadragenas totidem de indulgentia à Domino promerantur.

XX.

Concedentes & edicto perpetuo confirmantes, vt tam tu, quam successores tui per terras tui monasterij habitas & habendas, liberè possis Ecclesias construere, cum cruce signare, aliaque pontificalia & spiritalia exercere, sacrorum ordinum collationis, basilicarum & altarium consecrationis, ac christianis confectionis, tibi tuisq; successoribus dumtaxat abdicata penitus potestate. Decernentes vt tam ipsius cœnobij caput, quam Ecclesia, quas nunc habet, vel quas ex nunc in antea habebit, siue plebane fuerint, vel rurales, in ciuitate & diocesi tantummodo Salernitana situata, ab omni iure & iurisdictione Episcopali sint exempta de plenitudine potestatis & gratia speciali; ita vt nullo iure seu foro contentioso, vel tuis successoribus Fratres ipsius monasterij, seu clerici seculares in prædicta ciuitate & diocesi per Salernitanum Præsulem ac capitulum aliquatenus constringantur, quinimmo Ecclesia cum omnibus suis iuribus & pertinentijs pleno iure ipsi monasterio sint subdita. Si verò aliquos de tuis monachis, seu clericis seculares in Ecclesijs ciuitatis prædictæ & diocesis commemorantes ad sacros elegeris ordines promoueri, liceat tibi, tuisque successoribus, quemcumque malueris Episcopum conuocare, dummodo Catholicus fuerit; sed in alijs diocesisbus requisito dumtaxat primitus Diocesano: de quibus Ecclesijs sitis in iam dicta ciuitate & diocesi nihil Diocesanus exigere præsumat, imò potius tam monachi, si clerici defuerint, quam ipsi clerici absque quorumlibet contradictione totum officium sacerdotale, quod animarum cura exigit & requirit, exerceant.

De his autem quæ à Catholicis Christianis eidem monasterio tam inter viuos, quam in vltima voluntate donata fuerint, vel legata à quocunque, vel vbiunque, nulli Episcoporum diocesis notum licitum sit, quartam vel tertiam partem in ipsi legatis seu donatis, tam in stabilibus, quam in mobilibus exigere prætextu consuetudinis cuiuscunque. Et si processu temporis per quoscunque contrarium huiusmodi nostre concessionis fuerit per aliquos attentatum, illud ex nunc decernimus iuribus vacuatum, præscriptione in hoc longi temporis non currente. Si quis verò ad eundem locum, vel eius Ecclesias sibi sepulturam elegerit, licitum sit tibi tuisque successoribus & fratribus in Ecclesijs ipsius cœnobij commemorantibus ipsum in suo cœmeterio sepelire absque cuiuslibet contradictione dummodo Christianus & Catholicus habeatur. Statuimus insuper perpetuo valiturum, vt quotiens inter vassallos eiusdem monasterij orta fuerit questio, quod ipsum quicumque contingat cœnobium, liceat tibi, tuisque successoribus & partibus ipsius querelas huiusmodi decidere, iustitia mediante, iure communi super hoc edito in aliquo non obstante.

Insuper memoratus excellentissimus Dux vrsi huiusmodi dedicationis solemnitate, compunctus, vt credimus, diu no spiritu, nobis & nostro Apostolatus athenis supplicauit, vt donationem, & confirmationem, quam ipse eidem monasterio facere ob reuerentiam sanctæ & indiuiduæ Trinitatis & suorum peccatorum remedium intendebat, dignaremur auctoritate Apostolica confirmare, nostroque mandarem inferi priuilegio diligenter. Nos igitur suis in hac parte precibus iustissimis inclinati, in fauorem ipsius loci, quem speciali prosequimur dilectione pariter & deuotione, concessionem, & donationem ipsas in nostro presenti priuilegio inferi fecimus ad cautelam. Concessit siquidem prædictus Dux eidem monasterio in perpetuum, vt Patres dicti monasterij absque qualibet contrarietate hæc dum & successorum suorum possint ex gere & recipere integram decimam partem piscium, qui capti fuerint in mari à Vallone, qui de Gallocauda dicitur, vsque ad fluuium de Cetara, qui est de territorio ipsius monasterij per quinque millia passuum intra mare. Prædictum verò monasterium mercimoniam suam absque omni datione, solutione, seu exitura liberè vendat, n. dum in suis litoribus, vel portibus, imò per totum suum Ducatum tam ipsum cœnobium, quam emptionem eius mercimoniam liberos constituit perpetuo à qualibet præparatione.

Indulset etiam quod omnes homines, quos dictum cœnobium habet & habebit in prædictis locis, Metelliano, Pasciano, Villula adiacenti, castro sancti Adiatoris in clienti monte & pertinentijs eorundem locorum, tam clerici, quam laici semper sint liberi ab omni exactione pecunia, vel rerum quarumlibet aliarum, quas pro aliqua opportunitate vel causa ipse, sui hæredes, & vt de ipsis hominibus liberam & caram & forisfacturas omnes sine vlllo suo baculo vel ministro, habeatis, in curia ipsius monasterij per eius summam veniam ad iustitiam faciendam, & à iudicibus quos eis statueritis, debeant rationabiliter iudicari, quos & Notarios publicos statuendi liberam vobis tribuit facultatem, tam in causis civilibus, quam in criminalibus omnibus, præter missis causis, de quibus condemnati legitime debeant mori, de alijs autem criminalibus omnibus, de quibus penam aliam absque morte subire debeant, quidquid volueritis, faciatis. Similiter & de duellis, si ex ipsis causis interuenerint. Appellationes verò si fuerint vestris hominibus opportune, ad vestram curiam appelletur, quoniam quidquid in prædictis hominibus locorum ipsorum & in tenimento, in quo morantur, posset ipse Dux, & eius successores erigere, statuere, & ordinare statuendi, & erigendi vobis perpetuo tribuit potestatem. Concessit etiam vobis in perpetuum, vt in quacunque parte sui Ducatus, tu, vel successores tui personaliter fueritis, & vnus, vel plures homines ibi fuerint ad mortem, vel ad quodlibet supplicium iudicati positis eos, sicut volueritis, liberare, & vbiunque per suum Ducatum transitum feceritis, obuiosque habueritis in vestro transitu condemnatos, qui ad suspendium vel de collationis supplicium deportentur, valeatis eos, si vobis placuerit, facere liberari.

Si verò homines vassalli ipsius monasterij vendunt, offerunt, donant, & modis alijs alienant terras, quas ab eodè monasterio tenent, afferantq; eorundem consuetudines esse, vt id possint facere: sanctius & firmiter inhiibuit prædictus Dux, vt omnes terras, quas ipsi homines ab eodè cœnobio tenent, & qua alienantur absque ipsius requisitione, dummodo euidenter appareat quod ipsius monasterij

XXI.

\* f. Patri- bus.

XXII. ROBERTI DVCIS PRIVILEGIUM.

\* Gallocauda \* Cetera

XXIII.

\* &amp; \* curiam \*

XXIV.

f. ni,

sint, liceat vobis eas capere, & ad dominium ipsius cenobij reuocare, consuetudine aliqua non obstante, nisi forsitan, quod terras ipsas habuerint prescriptionibus legitimis, vel alijs iustis rationibus inde valeant se tueri.

XXV.

Largitus est quoque iam dictus Dux, vt si quis ex suis Comitibus, Baronibus, militibus, alijsque Catholicis hominibus totius sui Ducatus, de eo quod ab ipso in feudum tenent, voluerint in partem, vel in totum dicto monasterio offerre & alienare, potestatem illud habeant faciendi qualiter voluerint, dictumque monasterium bona ipsa ad ipsum taliter deuoluta sine omni sua, hereditate, & successorum suorum contraditione liceat percipere, valeat in suo dominio retinere, & a quolibet seruire, vel preparatione feudum ipsum, vel pars ipsius, deinceps sit immune. Si vero aliquis tam de vassallis ipsius monasterij, quam de alijs, tenens de bonis suis stabilibus vel mobilibus, sine herede legitimo vel naturali deceaserit, vel foris factum fecerit, per quod ipsa ad manus reipublice de iure possent applicari, licitum sit vobis per vos eadem bona ad vestrum dominium reuocare, omni sua, hereditate, successorum, officialium contraditione remota, nulla super bonis ipsis potestate sibi, vel reipublice reseruata. Tenentes nihilominus bona ipsius monasterij concessit vos posse ad vestram curiam vocare, ad docendum qualiter bona ipsa teneant, & nisi rationabiliter docuerim bona eadem ad se spectare, vel se prescriptione legitima, videlicet centenaria, ostenderit se munitos, bona ipsa valeatis taliter occupata ad dominium eiusdem monasterij auctoritate, huius indulgentie reuocare, iure communi super hunc articulum penitus reuocato.

XXVI.

Concessit insuper vobis in perpetuum, vt si tua, successorum, & patrum ipsius monasterij manifesta culpa non interuenerit contra eundem Ducem, heredes, & successores suos, & predicta sua congregationis futuris temporibus propter quamlibet causam aliam fuerint vel in totum, vel in parte obliuioni tradita, vel omisa, & prescriptio ipsa per suum sacramentum tunc nobis presentibus praestitum, & per suam hanc sanctionem constituit vt prorsus irrita reputetur, & quocumque tempore ipsum heredes & successores suos super hoc duxerint postulandos, dedit & reliquit eis omnibus sub diuina nostraque benedictionis obtentu firmiter in mandatu, vt ipsas omnes concessiones & exceptiones per eorum vobis priuilegia debeant confirmare sine omni pretio, & iactio tarditatis; & nullus ipsorum praesumat eas infringere, vel mutare, sed ipsas illas seruare debeant & tenere, donec vos in sua, hereditate, & successorum suorum fide sincere fuerint permanentes. Quas concessiones, confirmationes, exceptiones, & indulgentias collatas eidem monasterio per ipsum dilectissimum filium Ducem Rogerium ratificamus, approbamus, & ex certa sententia confirmamus auctoritate Apostolica & plenitudine potestatis.

XXVII.

Decernentes & edito perpetuo roborantes, vt quicumque dictum monasterium in suis iuribus, possessionibus, et libertatibus laeserit, aut etiam perturbauerit, liceat tibi, successoribus tuis, & patribus ipsius monasterij, cuiuscumque praesentia, siue status fuerint, ipsos auctoritate praesentis nostri priuilegij canonica monitione praemissa, excommunicare, & excommunicatos fore denuntiare, atque quod absoluti non possint, nisi digne satisfecerint, priuilegio eis concessio, vel concedendo, quod excommunicari & interdici non possint aliquatenus, non obstante, nisi de indulto huiusmodi plenam & expressam fecerint mentionem. Si quis autem contra hanc nostri decreti auctoritatem venire tentauerit, salua Sedis Apostolica & Legatorum eius reuerentia & dignitate, sciat se beati Petri Apostoli gratiam amissurum, & indignatione Apostolica ferendum: obediens vero & huiusmodi priuilegij scripta seruantes dignam a Deo retributionem recipiant, & benedictionem Apostolicam consequantur.

XXVIII.

Ego Urbanus Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.  
Ego Baldus Sabinenfis Episcopus subscripsi.  
Ego Berardus Pranciscinus Episcopus subscripsi.  
Ego Oddo Albanensis Episcopus subscripsi.  
Ego Ioannes Asculanus Episcopus subscripsi.  
Ego Bruno Signinus Episcopus subscripsi.  
Ego Ioannes Rioppolanus Episcopus subscripsi.  
Ego Rangerius Regitanus Episcopus subscripsi.  
Ego Gerardus Troianus Episcopus subscripsi.  
Ego Hermannus presbyter Cardinalis subscripsi.  
Ego Gregorius presbyter Cardinalis subscripsi.  
Ego Benedictus presbyter Cardinalis subscripsi.  
Datum Salerni per manus Ioannis S. R. E. diaconi Cardinalis

octavo decimo Kalen. Octobris, quinta decima Indictione, anno Dominicae Incarnationis millesimo nonagesimo secundo, Pontificatus domini Urbani Papae Secundi anno quinto. Haec nos, ne tantum Pontificis aliquod pereat monumentum, Porro eius monasterij historiam scriptam, auctore Alexandro Rodulpho monacho Casinensi, vidimus. Sed de his pro ratione instituti modo satis.

## I E S V C H R I S T I

### Annus 1093.

VRBAN. II. PAP. HENRICI III. IMP. 10.  
Annus 6. ALEXII COMNENI IMP. 13.

ANNVS sequitur Redemptoris millesimus nonagesimus tertius, Indictione prima, quo Bertholdus Constantiensis res Urbani Papae per annos singulos prosequutus ait: Dominus Papa Urbanus Natalem Domini extra Romam in terram sancti Petri celebravit, eo quod nondum Romam absque armata manu intrare potuerit, Gubernatibus quidem & excommunicatis multum adhuc ibi praesentibus, nec facile se absque violentia inde expelli permittentibus. Ipse vero Gubernatibus eo tempore cum Imperatore suo Henrico in Longobardia morabatur, & quidquid potuit cum ipso contra Ducem Vuelphonem & eius uxorem Mathildam sancti Petri filiam, machinabatur. Haec huius anni principio ipse, qui a Natali Domini annum incipit numerare, sed nos ab ipsius Ianuarij Kalendis. Idemque inferius de eodem Urbano Pontifice eodem anno: Dominus Papa Urbanus generalem Synodum centum pene Episcoporum in quadagesima ex diuersis prouincijs in Apulia congregauit, & diuersis Ecclesiarum necessitatibus synodali prouisione competenter succurrere curauit. Troiae hoc Concilium celebratum, habet Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in suo Chronico, dicendumque potterius respectu prioris, de quo suo loco dictum est. De hoc nihil inuenimus, nisi forte huic tribuenda sint, quae superiori Troiano Concilio sunt adscripta.

I.

CONCILIUM TROIANVM POSTERIUS.

Hoc insuper anno Conradus Henrici Imperatoris filius aduersum patrem rebellans, regnum sibi Italiae vendicauit, atque Mediolani coronatur ab Anselmo eius ciuitatis Archiepiscopo: cuius causa schismaticorum vires mirum in modum labefactatae, minui coeperunt, Catholicorum vero inualescere. De his enim haec Bertholdus habet hoc anno: In Longobardia prudensissimi milites sancti Petri Vuelpho Dux, & vxor eius Mathilda iam triennio contra schismaticos viriliter dimicantes, tandem multum contra ipsos, Deo optulante, confortati sunt. Nam Conradus filius Henrici Regis a patre discessit, & Vuelphoni Duci, reliquisque fidelibus sancti Petri contra patrem cum suis adiunxit. Ciuitates quoque de Longobardia, Mediolanum, Cremona, Landa, Placentia contra Henricum in viginti annos coniuauerunt, qui omnes predicto Duci fideliter adhererunt. Transiit etiam Alpinum in Longobardiam obtinuerunt, vt fautores Henrici ad ipsum non possent proficisci. Et inferius post multa eodem anno: In Longobardia Conradus filius Henrici Regis a patre dolo circumuenitur, & captiuatur, sed Dei misericordia inde ereptus a Mediolanensi Archiepiscopo & reliquis fidelibus sancti Petri in Regem coronatur, annuente Vuelphone Duce Italiae, & Mathilde eius charissima coniuge.

II.

CONRADVS FILIVS HENRICI CONTRA PATREM REGNAT.

\*

Sed & pater eius Dux Vuelpho Dux Baioariae non multo post ad eum nouiter coronatum Regem in Longobardia venit, eique cum filio suo fideliter adherere saegit. Henricus vero pater Regis in quandam munitionem se contulit, ibique diu absque regia dignitate moratus, nimioque dolore affectus seipsum (vt aiunt) morti tradere voluit, sed a suis praesentibus ad effectum venire non potuit. Locus autem in quo velut obessus morabatur Henricus, vt nec in Germaniam redire, nec in Italiam se conferre posset, ciuitatem Veronam fuisse, Vdescalcus in rebus gestis Eginonis Abbatis narrat, eius temporis scriptor; tuncque accidisse, vt solutione pecuniae intruderetur per eundem Henricum Imperatorem in ecclesiam Augustae Vindelicorum Hermannus perditissimus homo, cuius causa diu multumque laborandum fuit ciuibus Catholicis apud Paschale Papam, vt pelleretur. Sed redeamus ad Conradum Regem.

III.

Porro

IV. NEFANDUM HENRICI SCHELVIS.

Porro rebellionem Conradi aduersus patrem ex hac causa prodijisse Dodechinus enarrat: *Henricus Rex Adelaidem Reginam, hanc Praxedem alij nominant, quam duxerat uxorem, odio capiti habere; ideò incarcerauit eam, & concessit ut pleriq; vim ei inferrent, immò filium hortans, ut eam subagitarer. Quo recusante patris polluere stratam, eum Rex non suum, sed peregrini filium esse affirmauit cuiusdam Principis de Suecia, cuius etiam faciem predictus Conradus plurimum asimilauit. Regina autem post plurima & inaudit a malorum genera sibi innocenter illata, de custodia qua tenebatur, quoquo modo Dei misericordiam liberata, ad potentissimam tunc temporis foemina Matildam nomine fugiendo peruenit. Qua susceptam Reginam ad venerabilem virum perduxit Vrbano, Apostolica Sedis Antistitem cuius prouoluta pedibus, profusus lacrymis ac intimis singultibus omnem suae, qua pertulerat, calamitatis intimaui miseriam. Papa autem agnita Regina calamitate humanitatis miseratione compassus facta concione Catholicorum, denuo Henricum Regem excommunicauit pro illicitis ac nefandis omnibusq; seculis inauditis rebus, in legitima uxore sua perpetratis. Regina autem reuersa est in regionem suam, & ingressa monasterium facta est Abbatissa, ut quidam dicunt. Et paulò post:*

IMPERATRIX PRAEDES AD VRBANVM PAM.

V.

Conradus igitur patri suo rebellans, venit ad Papam Vrbano, & solutus ab excommunicatione, in Longobardia regnauit contra Patrem. Erat denique Conradus iste omni bonitate & probitate conspicuus, humilis & modestus, qui paucos annos superuiuens, postquam coronatus est, immaturè obiit. Haecenus Dodechinus hoc anno. Eadem Albertus Stadenfis, qui eam in Rufsiam ad suos esse reuersam affirmat. At Nouatores hostes Romanorum Pontificum, & haereticorum sui confimilium studiosi, turpia ista de uxore Henrici negant, nullaque alia ratione, nisi quod in vita eiusdem Henrici scripta non sint. At qua fronte? Cum ista de Regina Praxede annis sequentibus, spectante orbe, in duabus Synodis fuerint publicè declamata? sed de his, ut annis singulis reddantur singula, loco suo dicaturus sumus.

VI. CATHOLICI RESERVANT AD VERSVS SCHISMATICOS.

Harum occasione nouitatum collapsi penè Catholici resumpserunt vires, & quae depressi tentare ausi non sunt aggredi forti animo non timuerunt. Nam (inquit hoc eodem anno Bertholdus) *Augustenses Episcopum, quem Henricus illis dedit, expulerunt, ipsique sibi Catholicum pastorem canonicè elegerunt, qui Episcopum in castello, quo transitus Alpinum custoditur, captiuauerunt, quod ipse illi facere deliberauerat. Metensis Ecclesia & Tullensis & Virduuensis ab obedientia Egberti excommunicati discesserunt, eiq; non amplius obedituros apertissimè demandauerunt. Quarum Metensis resutato Episcopo, quem Henricus ei dare voluit, ipsi sibi canonicè Catholicum pastorem elegere, eumque à Gebhardo Constantiensi Episcopo Sedis Apostolica Legato consecrari fecere sexto Kalendas Aprilis in medio Quadragesima. Et inferius de eodem Legato, eodem anno: Item Legatus Vuelphonem Ducem Baioariae per manus in militem accepit, sicut & proprium fratrem Bertholdum Ducem Alemanniae iam dudum fecit, cum quibus & reliquis Alemanniae Principibus magnam conuentum apud Vlnam habuit. In quo conuentu firmissimè laudatum est, ut Constantiensi Episcopo Legato Vrbani Papa omnimode secundum statuta canonum obediret, &c. Sic igitur rebus Catholicorum in meliorem statum reparatis, confternatis schismaticis, nec ut prius, eos ferociter appetere audentibus, Vrbano Papa est reuersus in Vrbem, ubi à suis receptus) Natalem Domini (ut idem Bertholdus testatur) solenniter celebravit. Cui congratulati Catholici omnes Episcopi, inter alios Iuo Carnotensis Episcopus has ad eum ea occasione scripsisse litteras reperitur:*

Iuo ep. 26

VII. IVO GRATVLABVR VRBANO PAPAE.

*Domino & patri suo Vrbano summo Pontifici Iuo humilis Ecclesiae Carnotensis minister cū Petro pugnare, & cū Petro regnare. Quoniam Romana Ecclesia post multa naufragia sub vestro regimine ad portum iam penè peruenit & Italia regnum iam diu rebelle in conspectu vestro totum penè conticuit, ita ut nouus Rex ad voluntatem Dei & vestram in manus vestras se dederit: gaudeo in Domino, & gaudium meum nullis syllabarum metis explicare sufficio. Quotidianas etiam preces coram Deo pro vestra incolumitate & pace multiplico, ut sermo Dei per vos currat, & de die in diem magis proficiat; & bona quae per vos inchoauit, ad finem usque perducatur. His subiungit de causa electi Parisiensis. Por-*

ro idetuo hoc anno vexatus ab Archiepiscopo Senonensi, appellans Apostolicam Sedem, has ad eundem Vrbano Papam litteras dedit ante priores superius recitatas:

*Reuerentissimo Patri patrum Vrbano fidelissimus eius filius Iuo Carnotensis datus Episcopus non desicere in tribulationibus. Quoniam per sacram manus vestrae impositionem me de stercore erectum diuina prouidentia suae messis ordinavit operari: in ipsa Dei agricultura exercenda, quantum valeo me moueo, sed tanquam formicino gressu incedens, praepediente imbecillitate mea, non quantum volo, promoueo: in erogando verbi semine curam, prout diuina gratia subministrat, adhibeo. Sed quia messis multa est, & ab inimico homine multum zizaniorum prius seminatum, vel superseminatum est: paucos fructus ex meo labore capere me sentio. Timens igitur triticum ei adicere cum lolio, & tanquam de discretione prudentis agricolae mihi blandiens, multa tolero, multa dissimulo. Sed rursus, viri hoc sit viri discretions vel viri remissionis sub specie virtutis occurreret, non satis acutè distinguo. In qua meīs anxietate cū diuinū à me studiosius imploratur auxiliū insufficientia mea necessariū ac debitū à vestra paternitate pro orationis imploro suffragiū. Neq; enim aliqua ratione hoc onus subire voluissim, nisi vestra praeuocasset sanctitas; nisi ut ipsum subire, vestra perfecisset auctoritas. Paternè igitur filio vestro consulte, paternè succurrere; ut si quid per me diuina manus dignata fuerit operari, non mea paruitati, sed vestrae post Dominū adscribatur sanctitati. Multa enim inordinata fieri video in domo Dei, quae me torquent, maxime quod apud nos, qui altari non seruiunt, de altari viuunt; à quo sacrilegio cum eos absterere velim, monendo, increpando, excommunicando: altaria à me redimere volunt sub nomine persona, sicut à praedecessoribus meis ex praua consuetudine redemerunt. In quo maxime indigno consilio vestro, si id tolerabile vobis videtur, vel auxilio, si intolerabile iudicatur. Cetera quidē tolerabilia vel corrigibilia mihi in parochia nostra videntur, si hoc consilio vestro & auxilio ad ordinē redigi cogeretur.*

b r l. ep. 12. IVONIS APPELLATIO AD SEDEM APOSTOLICAM. VIII.

De cetero notum facio beatitudini vestrae, quod Senonensis Archiepiscopus consilio Parisiensis Episcopi insatutus, adhibito sibi eodem Parisiensis Episcopo, & duobus alijs non dissimilibus vecordia, Meldensi & Tricassino, hoc anno de Stampis, de ordinatione qua à vobis acceperam, me inordinatè satis accusauit, dicens me in maiestatem regiam offendisse, quia à Sede Apostolica consecrationem praesumpseram accepisse. Cum itaq; conuentur Gaufridum depositum contra decretum vestrum in statum pristinum reformare, & in me depositionis sententiam proferre: Sedem Apostolicam appellauit, & decretis Apostolicis, quauis ea non nisi in futurum timerent, à sua praesumptione reuocauit: appellationem tamen nec prosequi taxauerunt, nec planam pacem mecum habere voluerunt. Unde necessarium mihi videtur, ut litteras communes tam Archiepiscopo, quam Suffraganeis mittatis, quatenus aut planam mecum pacem habeant, aut praesentiam vestram, rationem inde reddatur mecum adeant. Suggero etiam paternitati vestrae, ut partibus nostris ordinatis aliquem Legatum, virum boni testimonij, qui non sua quarat, sed qua Iesu Christi. Necessarius enim esset Ecclesiae Dei, in qua quilibet quodlibet audeat, & quod audeat, facit, & quod facit, impunitè transire. Aduersa an prospera erga vos sint, spirituali filio vestro mandate; quatenus (quantum Deus donauerit) orare studeamus, ut si prospera sint, firmentur; si verò aduersa, pellantur. Si venerit ad vos quidam propter infamiam de Ecclesia nostra pulsus, rogone de eo quidquam statuatur, donec à vobis causa eius plenius audiat. Bene valeat sanctitas vestra. Fuit iste clericus, qui falsam monetam fabricari fecit, de quo extant aliae Iuonis litterae, de quibus vobis loco dicendum anno sequenti, quae autem ad ista Vrbano scripserit, quod careamus eius volumine epistolarum penitus ignoramus.

IX. DE IVONIS CONTRA IVO NEM AGITATO.

X.

c Iuo ep. 19

Ad finem rerum gestarum anni huius idem qui supra Chronici auctor de Alphonso, siue Adefonso eiusmodi memoria dignū insuit monumentū his verbis: *His temporibus Rex Hispania Aldefonsus infide Catholicus, & in conuersatione Cluniacensis Abbatis obedientiaris, sapissimè contra paganos pro Christianis viriliter dimicauit; multaq; Ecclesiis iam dudum penitus deuasat as in pristinum statum restaurauit. Ipse etiam Cluniaci maiorē Ecclesiā à fundamentis edificauit, ad cuius Ecclesiae adificationem infinitam pecuniam Cluniacum direxit. Qui etiam iam dudum se ibidem monachum fecisset, si dominus Abbas ad tempus eum sub seculari habitu retinere, non satius iudicasset.*

ALPHONSVS HISPANORVM REX SIVDTIOSVS CLVNIA CEN.

Hoc

XI. S. ANSEL- MVS OR- DINATVR CANTVA- RIEN. AR- CHIEP. a Ed. lib. 3. vna S. Ansel. a- pud Sur. tom. 2. die 21. Aprilis.

Hoc eodem anno magnum illud decus & splendor Ec- cleſiæ Anglicanæ ſanctus Anſelmus ſubigit & confecra- tur Archiepiſcopo Cantuarienſis, ſubrogatus Lanfran- co quartum poſt annum eius obitus. De quo eius tempo- ris ſcriptor ſinceriffimus Edinerus eius à ſecretis miniſter hæc ait: a Raptur ergo & violenter in vicinam eccleſiam cum hymnis & laudibus portatur magis quam ducitur. Acta ſunt hæc anno Domini a Incarnationis milleſimo nonageſimo tertio, pridie Nonas Martij prima Dominica Quadrageſima. Et inferius: Igitur Anſelmus propter multas rationes, que interuenerant, nondum conſenſerat electioni, qua de ſe facta fuerat, vt pontifex fieret. Sed tamen detinente illum Rege, morabatur in Anglia, conuerſante cum eo iuſſu Regis præſato Gundolpho Roſſenſi Epifcopo, vt ei qua opus erant, miniſtraret. Ablatis autem de medio rationibus illis, tandem poſt longum temporis ſpacium obedientia ſimul ac neceſſitate conſtrictus conſenſit, & pridie Nonas Decembris debito cum honore ab omnibus Epifcopis Angliæ Cantuaria cõſecratus eſt. In qua conſecratione Euangelica illa ſententia ſuper eum reperta eſt: Vocauit multos, & miſit hora cœna dicere inuitatis, quia iam parata ſunt omnia, & ceperunt ſe ſimul omnes excuſare. Planè prænuntium futurorum, cum vir ſanctiſſimus ex Anglia exire coactus eſt.

XII.

Pergit Edinerus quomodo quem citiſſimè exulare compulſus ſit, iſta paulò poſt ſubijciens: Dehinc cum ſe re- gali Curia in Natiuitate Domini præſent aſſet, & honorificè à Rege ſuſceptus, primos dies feſtiuitatis circa Regem latus tranſeſſet: poſt inſtinctû diabolî, hominumq; malorû mutatus eſt animus Regis contra eum, eo quod ipſe, ſpoliatus hominibus ſuis, mille libras denariorû ei pro agendis munificentia ſua gratijs dare noluit, & ita Principe turbato à Curia diſceſſit. Fuit ſanctus Anſelmus patria Auguſtanus eius nominis ciuitatis, quæ in finibus Burgûdiæ ſita eſt Italiã verſus. Verſus eſt Lanfranco prædeceſſore ſuo, antequam eſſet Epifcopus, præceptore; inde monaſticum amplexus eſt inſtitutum in Beccenſi cœnobio in Normandia, anno ſuæ ætatis vigefimo ſeptimo, in quo Lanfrancus Prioris munere fungebatur, cui in præfectura eadem Anſelmus ſuccedit; inde verò Abbas Hir- luino ſubrogatus eſt; poſt verò ad Archiepiſcopatû Cantuarienſem hoc anno exaltatus. Hæc autè pluribus Edi- nerus: ſed nobis iſta fatiſ ad inſtitutum. At hunc creatum Archiepiſcopum b Iuo Carnotenſis iſta ſcripſiſſe reperitur:

b Iuo epif. 112.

XIII. IVONIS AD AN- SELMVM EPISTO- LA.

Anſelmo reuerendo Cantuarienſium Archiepiſcopo Iuo humilis eccleſiæ Carnotenſis ſeruus, pro modulo ſibi collato fidelium ora- tionum munus. Quamuis placuerit ei qui te inuitauit, tibi non alia requirenti dicere: Aſcende ſuperius: non tamen idè credimus Paternitatem tuam nulli religioſo oneroſam minus eſſe memorè eorum, quos aliquando ex quotidiana Eccleſiaſticorû negotiorû inſtantia contingeret; tamen non immemores noſtri paruitatis noſtræ memoriam tuæ ſublimitati, quibus poſſumus vehiculis, ad mentè reducimus, vt pote qui tuis deſideramus orationibus fulciri, & copijs ſi neceſſè fuerit releuari. Aſtitimus enim hoc anno pro multa in te beneuolentia monachis Beccenſibus, &c.

XIV. CONFES- SORVM DECES- SVS.

Adpoſtremum, quot glorioſos Confefſores triumphatores Henricianæ perfidiæ hoc anno cœlum exceperit, idem qui ſupra Bertholdus ſic narrat: Venerabilis Vuernhe- rus Merſeburgenſis eccleſiæ Epifcopus poſt multos conſictus contra ſchiſmaticorû tergiverſationes, tandem in fidelitate ſancti Petri diem extremum clauiſit, qui ſolus tunc in Saxonia Catholica com- munionis Epifcopus remanſit. Vnde & Catholicis magnam trifti- tiam, & excõmunicatis magnã lætitiã obeundo reliquit. Obijt autè ſatis feliciter tertio Idus Ianuarij. Et inferius: Nobiliſſima Comitiffa Sophia vidua Ludouici Comitû, mater pia memoria Beatricis Ducis & Friderici Marchionis in ſenectute bona, cum iam multos filiorum videret, diem clauiſit extremû. Et in fine: In Longobardia venerabilis Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus in cauſa ſancti Petri ſtudioſiſſimus, & qui nuper Conradum Regem incoronauit, ſatis laudabilè fecit ſinem, magnamq; mæro- rem fidelibus ſancti Petri reliquit, cui venerabilis Arnol- dus de Porta argentea in Epifcopatu ſucceſſit. Hucusq; Bertholdus.

I E S V C H R I S T I Annus 1094.

VRBAN. II. PAP. HENRICI III. IMP. II. Annus 7. ALEXII COMNENI IMP. 14.

MILLESIMVS nonageſimus quartus incipit annus, Indictione ſecunda, quo res Vrbanæ ſub Urbano Papa etſi tranquilliores, nondum tamen pacatæ penitus extitere, perdurantibus Romanorum nonnullis in perfidia Henriciana, eo quod adhuc Guibertini munitiõnem ſancti Angeli poſiderent, cum Vrbanus Papa vitaret armis rem agere aduerſus eos. De his igitur hæc Bertholdus rerum inſpector: Dominus Papa Vrbanus Natiuitatem Domini Romæ ſolemniter celebravit, quamuis plures Guibertini in Vrbe adhuc latuerint, quos dominus Papa abſque militari manu non facile potuit \* appellere. Maluit ergo eorum iniuriã à tempo- re tolerare, quam Romanos ciues armata manu inquietare. Gui- bertus autem hæreſiarcha cum Imperatore ſuo apud Veronam eo tempore ſuit; ſequè libenter Papatum deſerere ſimulauit, ſi alio modo pax in Eccleſia recuperari non poterit. Et inferius eodè anno. Dominus Papa Romæ prope ſanctam Mariam Nouam in quadam firmiſſima munitiõne morabatur. Sed Guibertini turrim Creſcentij, ipſam molem Hadriani, diſtam ſancti Angeli, obtinentes, adhuc liberum viatoribus tranſitum ad Papam per pontem Tiberis nondum permiferunt. Nam Abbatem quendam de cella ſancti Petri in Alemannia, à Gebehardo Conſtantiensium Epifcopo, & fratre eius Bertholdo ad Papam directum, dum per illum pontem tranſire vellet, in captione detinuerunt. Hæc de rebus Vrbanis iplè, qui & de his quæ geſta ſunt per Legatum Apoſtolicum in prouincijs, hæc inferius ſubijcit:

I. ROMANI NONDVM OMNES OBEDI- VNT.

\* al. expel- lere.

Gebehardus Conſtantiens Epifcopus magnam Syno- dum Conſtantiæ in hebdomada Maiore ante Paſcha cum Abbati- bus & clericis innumerabilibus, & cum prædictis Ducibus, & reliquijs Alemannia Principibus canonicè celebravit. Ibi que multa, qua corrigenda erant, correxit. Ibi etiam incontinentiam præ- byterorum ac violentiam ſimoniacorum aded prohibuit, vt etiam populum ab eorum officio ſub banno prohibuiſſet, ſi ipſi in tali facio- re poſti contra ſas & ius miniſtrare præſumpſiſſent.

II. CONCILII VM CON STANTI- ENSE.

Statuit etiam iuxta ſtatuta ſanctorum Patrum, vt ieiunium Martij in prima hebdomada Quadrageſima, & ieiunium Iunij in hebdomada Pentecoſtes ſemper celebretur.

Item ſtatuit, vt iam in hebdomade Pentecoſtes, quam in heb- domada Paſchali tres tantum dies feſtiui celebrarentur. Nam vſque ad illud tempus Conſtantiens Epifcopatus morem Compro- uincialium non eſt ſecutus, videlicet integram ſeptimanam in Pa- ſcha, & vnam tantum diem in Pentecoſte obſeruando, quamuis vtraq; ſeptimana eius ſidè obſeruatiõnis eſſe debuerint, & quamuis alij Epifcopatus pene omnes prædictam conſtitutionem iam ab anti- quo tenuerint. Hæc, inquam, ipſe in proprio Epifcopatu & ex Epifcopali auctoritate, & ex Apoſtolica legatione canonicè potuit inſtituere. Nam Legatus fuit Sedis Apoſtolica per totam Teuto- nicam terram vſque quaque.

III.

Querimonia Præcedis Regina, qua dudum ad Vuelphonè Du- cem Italia à marito ſuo Henrico Rege diſceſſit, ad Synodum Con- ſtantiens peruenit; qua ſe tantas, tamque inauditas fornicati- onum ſpurcitas, & à tantis paſſam fuiſſe, conqueſta eſt, vt etiam apud inimicos fugam ſuam facillimè excuſaret, omneſque Catho- licos ad compaſionem tantarum iniuriarum ſibi conciliaret. Ibi- dem pertractatã controuerſiam Sigefridi Abbatis enar- rat. Atque hæcenus de Concilio Conſtantiens.

IV. CONCILII GALLI- CAVM CONT. IL- LEGITI- MVM RE- GIS CON- NVBIVM.

Rurſus autem ab alio Apoſtolice Sedis Legato in Gal- lia aliud Concilium, idemque generale nominatum, cele- bratum eſt, & quidem magni momenti, in quo nimirû Philippum Francorum Regem Patres excõmunicarunt. De his acturi, in primis de legatione credita Hugoni Ar-chiepiſcopo Lugdunenſi, à quo celebratum eſt Conciliû, dicendum eſt. Verum iſtum apud Gregorium Septimû magnæ æſtimationis fuiſſe meminimus, eodemque ab eo legationis munere inſignitum, & ſummo Pontificatu dig- num iudicatum, ſub victore Papa autem (vt vidimus) aliquantulum reſiſſe ab Apoſtolica vnione, non tamen

vt de-



vt deficeret ad schismaticos. Sed liber absq; publica functione manens fide Vrbanu Papæ communicatione ab exordio eius Pontificatus coniunxit. Cùm verò Iuo Carnotensis (vt vidimus anno superiori) suis litteris ad Vrbanu, Legatum in Gallias mittendum esse, exorasset: Vrbanus flexus petitionibus Iuonis, legationem eiusmodi eidem Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo decernit, eam cum ipse obire omnino renueret, idem Iuo hās ad eū litteras dedit, quibus eum ad suscipiendum oblatum munus hortatur. Epistola sic se habet. <sup>a</sup>

<sup>a</sup>Iuo. ep. 18 V.

Hugoni reuerendo Lugdunensium Archiepiscopo Iuo humilis Carnotensium Episcopus in Christi esse visceribus. Audi dominum Vrbanum Apostolicum legationem Apostolicā tua credidisse charitati, qua laudabiliter functus es tempore predecessoris sui beatæ memoria Papæ Gregorij. Audiui & latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, tum propter sinceram qua te amplector charitatem, tum propter communem Ecclesiæ Christi vtilitatem. Sed hanc meam letitiam postea perturbauit, quod mihi dictum est, te in tanta perturbatione humerum huic oneri nolle supponere, dissuasione quorundam, dicentium propter languidum caput egrotanti corpori pene viribus definitio non posse commodè subueniri. Sed imperitorum medicorum est tale consilium, tumores palpatium, & palpando putredines degustantium, amantium suam tranquillitatem, non egrotantium sanitatem, nec attendentium, quod Veritas dicit: <sup>b</sup> Non est opus sanis medicus sed male habentibus. Licet enim in regno Italico surrexerit alter Achab, in Gallico autem altera Iezabel, quærentes altaria suffodere, Prophetas occidere; non est tamen dicendum Elie: Relictus sum solus, & querunt animam meam, ne diuinum dicat ei responsum: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua sua ante Baal.

LEGATIONEM SVSCIPERE HVGONEM LVGD. ARCHIEPISC. IVO MONET. \*al. defituito

<sup>b</sup> Mat. 9.

Licet ad placitum Herodis saltet Herodias, petat caput Ioannis, concedat Herodes: dicat tamen Ioannes: Non licet tibi vxore tuam inordinatè relinquere, & contribulis tui coniugem vel pellicem in coniugium habere. Licet Balaam doceat Balac edere & fornicari, Phinees tamen non parcat Israeliticum Madianitide fornicanti. Licet ad persuasionem Simonis Nero Petrum liget, in carceret, non minus tamen Petrus Simonem dicit: Pecunia tua tecum sit in perditione. Quanto enim studiosius peruersorum temeritas & audacia reſtitutionis statum labefactare conatur: eo vehementius est eorum improbitati resistendum, & religioni Christianæ consulendum, & lamentabilibus Ecclesiæ ruinis obuiandum. Non hæc quasiignoranti scribo: sed persuasum esse vellem tua paternitati, viterum manum ad aratum mitteres, & de agro Domini spinas quas posses euelleres, & semina quæq; messem laturo supereminare non differres. Hæc hæcenus. De cætero deuotissime postulo paternitatem tuam, quatenus paruitati meæ rescribas, vtrum nauipericlitantis Ecclesiæ, etiam pòne naufragum patientis manum adhibere disponas; & quo in loco circa initium Quadragesime te valeam inuenire. Quædam enim Ecclesiastica negotia tractanda sunt mihi cum tua prudentia, quod mihi operosum, tibi autem non erit onerosum. Vale. Hæc Iuo ad Archiepiscopum Lugdunensem Legatum designatum in Gallijs.

VI. <sup>c</sup>Ibid. c. 6.

At quodnam fuerit istud tam grande malum exortu in regno Francorum, cuius causa monemus plures Hugonem recusare munus legationis? Illud vtiquei. amentum ac detestabile, quod Philipus Francorum Rex ditortio dimissa legitima vxore, cognatam suam, vxor Fulconis Comitis Andegauensis, sibi iunxit matrimonio, iuuenili furore percitus, non considerans quod horrenda simul scelera perpetraret. At verò antequam de his agamus, hic priuim de ipsa Regina, quam Philippus Rex dimisit, dicenda sunt aliqua, quibus intelligas iudicia Domini esse recta & iustificata in femetipsa, dum quæ ipsa fecit, eadem sit parico acta, prædicente hæc omnia quæ ei obuentura essent, S. Arnulpho tunc Abbate, postea Episcopo Sueslionensi, cuius vitæ Acta d Lisiardus itidem Sueslionensis Episcopus eius successor dum scribit, hæc habet de expulsiōe Geraldii Abbatiss monasterij sancti Medardi, quem ipse Sanctus in sui locum elegisset: Eo Abbate ocyus instituto, de repente aduolat supradictus ille Pontius vesanus monasticis ordinis temerator, ducens secum Reginam \* Bertradam, qua auctoritate Regia Geraldum expelleret, & Pontium contra fas in sancti loci a. i. ministratiōnem intruderet. Id vbi rescuit Christi seruus Arnulphus, è cella egreditur, Reginam furibundam bläditer appellat, submisit rogat, vt licet Regina sit, memor tamen muliebri conditionis, memor diuinorum iudiciorum, contra leges Ecclesiasticas venire formidet ab iniuria tanti viri recundè se temperet.

VII. PHILIP PVS REX FRANC. DIMISSA VXORE ALIAM SVPERIN DVXIT. VIII.

Cum autem ea præ regio fastu & timore viri sancti monita non admitteret, prophetico spiritu dixit ei: Crede (si lubet) d Regina, Fratri Arnulpho, imò potius crede Spiritui sancto. Nam si tu Fratrem Geraldum hinc eieceris, Deo vindice, tu quoque ante obitum tuum è regno extruderis, contemptaq; & arumosa morieris. Eam viri Dei prophetiam, luce clarus est, completam esse, quando omnes norunt Reginam illam post annos aliquot Regis animu ad eò offendisse, vt conciliari prorsus noller, amor amq; à regni consortio, & in pagum Pontinum translata, post diuturnam calamitatem, illic plebeio more defuncta & sepulta. Hæc Lisiardus de Bertra Regina, qua dimissa, ipse Rex Bertradam accepit. Ita enim, ne confundatur nomina, Bertram Reginam, Bertradam scias pellicem appellatam. Sed iam ad Philippum Regem reuocemus oratione, qui cum eiusmodi scelera perpetrasset, vt legitimam vxorem dimitteret, & pellicem duceret: quod scelestius est, inuenit Galliarum Episcopos, qui fauerent adeò nefandis criminibus, vno contradicente omnibus illis Iuone, cuius recitandæ sunt breues Epistolæ eo argumento tunc scriptæ, atque ea primum, quæ secunda ordine posita perbreuis ad Episcopos ad Regis nuptias inuitatas data est, qua hortatur, Regi tot in concessa legibus præfumentis relistere, quæ sic se habet:

d Lisiard. in vit. Arnulph. b. c. 16 apud Sar. tom. 4. die 15. Aug. \*al. Bertradam

Archiepiscopis & Episcopis ad regales nuptias inuitatis Iuo humilis cum spiritu consilij spiritum habere fortitudinis. Exemlar litterarum, quas misit domino nostro Regi, charitati vestra transmissio, vt eandem causam me habere sciat, quam & vos habetis: cur nuptijs ad quas vocati estis, subtrahere vos debetis. Vos igitur qui conuentus, nolite fieri canes muti, latrare non valentes, sed sicut boni speculatores, videntes gladium venientem super terram, buccina insonante. Vt cum feceritis quod debetis, vestras animas & eorum qui ad vocem buccina se obseruauerint, vobiscum liberetis. Exor. plar autem hoc est:

DE BERTRA REGINA PAS SA FA. DEM QVA FECIT. IX.

Domino suo Philippo magnifico Francorum Regi Iuo humilis Carnotensium Episcopus sic militare in regno terreno, vt non priuatur æterno. Si ut serentati vestra dixi præsens ante iuramentum vestrum, ita nunc scribo absens, quia huic nuptiarum solemnitati, ad quam me vocatis, interesse nec volo, nec valeo, nisi prius generalis Concilij desinitione decretum esse cognoscam, inter vos & vxorem vestram legitimum interuenisse diuortium, & cum ista quam ducere vultis, legitimum vos iure posse Matrimoniu. Si autem inuitatus fuisset ad huius discussionem in eo loco, in quo cum Episcopis canonicis securè possem conferre sententias, vbi temerariam nõ timere multitudinem: libertissime ad hoc venire, quod lex & iustitia dicitaret: cum audientibus audirem, cum dicentibus dicerem, cum sententibus facerem. Num verò, quia absolute vocor, vt \* Parisium cum vxore vestra veniam, de qua nescio, vtrum possit esse vxor: propter conscientiam meam, quam coram Deo conseruare debeo, & propter famam, quam Christi sacerdotem bonam habere oportet apud eos, qui foris sunt, malo cum mola asinaria in profundum mergi, quam per mentibus infirmorum tanquam cæco offendiculum poni. Nec ista contra fidelitatem vestram, sed pro summa fidelitate dicere me arbitror, cum hoc & anima vestra magnum credo fore detrimentum, & corona regni vestri summum periculum. Mementote, quia primum parente, quem Dominus vniuersæ visibili creaturæ præfecerat, mulier in paradiso seduxit, & ita vterq; à paradiso exulauit. Samson quoq; fortissimus per mulierem seductus, fortitudine amissa, qua hostes superare solebat, ab hostibus est superatus. Salomon sapientissimus propter mulierum concupiscentiam à Deo apostatavit, & ita sapientiam, qua præcellerat, amisit. Caveat ergo sublimitas vestra, ne in horum incidatis exemplum, & ita cum diminutione terreni regni amittatis æternum. Consulite ergo Angelum magni consilij, vt accepto ab eo spiritu consilij, inhonestæ & inutilia vitare, honestæ & vtilia in omnibus negotijs vestris valeatis perficere. Valete.

<sup>c</sup>Iuo ep. 14 QVA IVO AD EPIS.

X.

Archiepiscopis & Episcopis ad regales nuptias inuitatis Iuo humilis cum spiritu consilij spiritum habere fortitudinis. Exemlar litterarum, quas misit domino nostro Regi, charitati vestra transmissio, vt eandem causam me habere sciat, quam & vos habetis: cur nuptijs ad quas vocati estis, subtrahere vos debetis. Vos igitur qui conuentus, nolite fieri canes muti, latrare non valentes, sed sicut boni speculatores, videntes gladium venientem super terram, buccina insonante. Vt cum feceritis quod debetis, vestras animas & eorum qui ad vocem buccina se obseruauerint, vobiscum liberetis. Exor. plar autem hoc est:

<sup>c</sup>Iuo ep. 14 QVA IVO AD EPIS.

XI.

Domino suo Philippo magnifico Francorum Regi Iuo humilis Carnotensium Episcopus sic militare in regno terreno, vt non priuatur æterno. Si ut serentati vestra dixi præsens ante iuramentum vestrum, ita nunc scribo absens, quia huic nuptiarum solemnitati, ad quam me vocatis, interesse nec volo, nec valeo, nisi prius generalis Concilij desinitione decretum esse cognoscam, inter vos & vxorem vestram legitimum interuenisse diuortium, & cum ista quam ducere vultis, legitimum vos iure posse Matrimoniu. Si autem inuitatus fuisset ad huius discussionem in eo loco, in quo cum Episcopis canonicis securè possem conferre sententias, vbi temerariam nõ timere multitudinem: libertissime ad hoc venire, quod lex & iustitia dicitaret: cum audientibus audirem, cum dicentibus dicerem, cum sententibus facerem. Num verò, quia absolute vocor, vt \* Parisium cum vxore vestra veniam, de qua nescio, vtrum possit esse vxor: propter conscientiam meam, quam coram Deo conseruare debeo, & propter famam, quam Christi sacerdotem bonam habere oportet apud eos, qui foris sunt, malo cum mola asinaria in profundum mergi, quam per mentibus infirmorum tanquam cæco offendiculum poni. Nec ista contra fidelitatem vestram, sed pro summa fidelitate dicere me arbitror, cum hoc & anima vestra magnum credo fore detrimentum, & corona regni vestri summum periculum. Mementote, quia primum parente, quem Dominus vniuersæ visibili creaturæ præfecerat, mulier in paradiso seduxit, & ita vterq; à paradiso exulauit. Samson quoq; fortissimus per mulierem seductus, fortitudine amissa, qua hostes superare solebat, ab hostibus est superatus. Salomon sapientissimus propter mulierum concupiscentiam à Deo apostatavit, & ita sapientiam, qua præcellerat, amisit. Caveat ergo sublimitas vestra, ne in horum incidatis exemplum, & ita cum diminutione terreni regni amittatis æternum. Consulite ergo Angelum magni consilij, vt accepto ab eo spiritu consilij, inhonestæ & inutilia vitare, honestæ & vtilia in omnibus negotijs vestris valeatis perficere. Valete.

IVO EPIS COP. CAR NOT. PHI LIPPVM REGEM FRANC. MONET.

\*al. Parisios.

XII.

Ad Rhemensem verò Archiepiscopum, cuius esset nuptias benedicere, ista conscripsit idem Iuo Apostolico spiritu roboratus:

<sup>c</sup>Iuo ep. 13.

IVO MO- NET RHE- MENSEM ARCHIE- PISC. apsal. 106

Rainaldo reuerendo Rhenorum Archiepiscopo Iuo hennilis Carnotenfium Episcopus consolationis visceribus abundare. Exper- tus quantum sit periculum Prælatorum, iuxta quod in Psalmo legi- tur: a Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipsi videntur mirabilia in profundo: ascendunt vsq; ad cælos, descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis t abe- scibat: turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. In quo per me minus sapio, vestro, ceterorum- que consilio prudentium informari, vel conformari desidero. Nun- que enim cum a domino Rege fuissem inuitatus ad colloquium, quo- randam maleuolorum meorum suggestione obnixè me rogauit, vt essem ei adiutor in celebrandis nuptijs, quas facere disponebat de Bertreda dicta coniuge Comitiss Andegauensis.

al Ber- trada XIV.

Ad quod cum respondissem, non ita oportere fieri, quoniam nõ- dum esset causa definita inter eum & uxorem eius: testatus est, plener definitam esse Apostolica auctoritate, et vestra, vestrorum- que Coepiscoporum laudatione. Quo audito, respondi me hac igno- rare, nec huiusmodi nuptijs velle interesse, nisi vos earum effectus cõ- fecrator & auctor, & Coepiscopi vestri assertores & cooperatores: quoniam id competit iuri ecclesie vestre ex Apostolica auctoritate, & antiqua consuetudine. Quoniam igitur confido de religione vest- ra, nihil vos de re tam periculosa, & sama vestra, & honestati totius regni tam perniciosa facturum, dicturumque, quod non aucto- ritate vel ratione nitatur: studiosissimè & deuotissimè obsecro cha- ritate vestram, vt mihi fluctuanti veritatem huius rei quam scitis, aperiat, & sanum consilium licet arduum & asperum super hoc præbeat. Malo enim perpetuo officio & nomine Episcopi care- re, quam pusillum gregem Domini mei legis prauaricatione scan- dalizare. Sunt etiam latentes cause, quas inter me tacere me con- uenit, propter quas hoc matrimonium laudare non possum. Vale.

XV. IVO MO- NET EPIS COP. A- BRIN. Id. ep. 271

Porro quod ipse fecit, & alijs faciendum fualit, vt po- tius legatione Sedis Apostolicæ obediatur, Cõgim Regi. Sic enim ipse ad Abrincensem Episcopum: b Cogit enim vos ex vna parte legatio Apostolica Sedis, vt præceptis eius obediatis: vrget vos ex altera parte regia potestas, vt resistatis. Cum igitur sibi inuicem aduersentur præcepta Apostolica et regalia: sanum con- silium nemo vobis dare potest aliud, quàm quod Susanna dictante Spiritu sancto sibi dedit: c Melius est enim incidere in manus ho- minum, quàm derelinquere legem Dei mei. Videlicet vt aut Apo- stolica Sedi in Legatis suis plenariè obediatis, aut principaliter ad Sedem Apostolicam vicarios vestros mittatis, qui ibi pro vobis sa- tisfaciant, & gratiam Sedis Apostolica vobis restituant: alioqui anathematis vinculum rumpere potestis, soluere non potestis. Hæc Iuo. Quæ & præliterunt in hoc conflictu Episcopi Gal- licani, quos Legatus Apostolicæ Sedis Lugdunensis Archiepiscopus roborauit, cum ex altera parte Rex furens incensus concupiscentiæ facibus æstuarer, ex altera Lega- tus sacris legibus ei pararet obfistere. Rex autem habenas concupiscentiæ laxans, sponte fertur in detestandum to- to Christiano orbe coniugium.

Dan. 13.

XVI. IVO MO- NET MEL- DENS. E- PISC.

Cum autem Hugo Archiepiscopus Lugdunensis mu- nus legationis suscepisset, mox ab eo Gallicanum in casu eiusdem coniugij est indictum Concilium, constanti ani- mo paratus irrumpere iniquitatem, de quo idem Iuo ita scribit ad Vualterium Meldensem Episcopum: Hoc verò vobis consulo, vt coniugium eius, quod ante factum ratione resiste- re non laudastis, post factum nec dicto, nec facto inconsulto appro- betis, sed commune consilium & iudicium conprovincialium Epis- coporum & ceterorum studiosè expectatis & longanimiter expe- ctetis; & siquid aduersi pro amore iustitia vobis acciderit, equani- miter supportetis: hoc attendendo, quia non sunt condigne passio- nes huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vale.

XVII. PHILIP- PVS REX RXCOM- MNICA TVR IN CONCIL.

At quid demum? Cogitur per Hugonem Apostolica Sedis Legatum hoc anno Concilium, causa Regis exacti cognoscitur. Improbatur, damnatur coniugium, ipseque Rex synodali iudicio sententia excommunicationis affi- citur. Sed audi Bertholdū in rebus gestis anni huius de eadem Synodo Gallicana: In Galliarum, inquit, ciuitate, quam Ostionem vulgariter dicunt, congregatū est generale Concilium à venerando Hugone Lugdunensi Archiepiscopo & Sedis Apostolica Legato, cum Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus diuersarū pro- uinciarum decimo septimo Kal. Nonemb. In quo Concilio renoua- ta est excommunicatio in Henricum Regem, & in Guibertum Se-

dis Apostolica inuasorem, & in omnes eorum complices. Item Rex Galliarum Philippus excommunicatus est, eo quod viuente vxore sua, alteram superinduxit. Item simoniaca heresis & incontinen- tia sacerdotum sub excommunicatione damnata est. Item mona- chis interdictum est in eodem Concilio, ne parochialium sacerdotū officia in parochijs vsurpent. Hac, inquam, omnia ibi sunt consti- tuta, & Apostolica legatione firmata. Hæc ipse. Quomodo autem istud ipsum iudicium rursus ventilatum est in Con- cilio Claramontensi, & ibi rursus idem est excommuni- catus ab Urbano Papa, suo loco dicturus sumus.

XVIII.

Quod rursus ad legationem eiusdè Hugonis Archie- piscopi Lugdunensis, hoc anno eidem in Gallias creditam pertinet; quid admiratione dignū ei acciderit apud Mar- cianicenses sanctissimas moniales, hic describendum, au- ctore d Petro venerabili Abbate Cluniacensi eiusdem tem- poris scriptore fide præstantissimo, qui de loci institutio- ne hanc memoriam dignam habet narrationem. Est idem locus inter alia sanctimonialium sancta loca singularem gratiam obtinens, & velut inter fulgentia cæli sidera quodam suo proprio fulgore perfulgens. Ibi nobilium mulierum multitudo, & quæ de ipsius regij sanguinis sublimitate descendunt, spernunt diuitias, & honores contemnunt, calcant superbiam, luxuriam subigunt, Chri- stique sequentes pauperiem proprio mundum cum principe vincunt. De quarum numero plurima virorum morte destituta, secundas i- terare nuptias resugerunt, alie incolumes maritos deseruerunt, legitima putata ex causa, quadam ab omni carnis corruptione im- munes Euangelicum virginitatis honorem carnalibus voluptatibus prætulert. Omnes tamen in communi, virili constantia firmineā molliciem supergressæ, non solum mundana omnia, sed seipsas sibi subiungant, &c. Et de obseruantissima clausura pergit.

d Pet. ven. lib. 1. mi- rac. c. 22.

DIGNVM EXEM- P LV M CONSTANTIA MO- NIALIVM

Claustro salutari conclusæ, & (vt sic dicam) vitæ ali obruptæ se- pulchra, pro præsentis coarctatiene sempiternā latitudinem, pro se- pulchro beatam resurrectionem expectant. Vnde potius mori quā egredi, ante occumbere quam limen designati ostij transgredi elegerunt. Quod tunc apparuit, quando in circumpositis velle donibus casu quodam tempore ignis exarsit. Ferebantur ex sublime globi flammæ, & exussis circumquaq; omnibus, sanctarum illarum habitaculis appropinquabat. Tollitur in altum clamor populi, ne sa- cræ domus comburerentur, magis quam de proprijs damnis solliciti. Fit concursus omnium ad nuri eas ambientes pro pugna, & super domorum tectâ descendentes totis viribus obuiam ire igni- bus parant. Ardentem materiam quam superinueniunt, longè projiciunt, nihil quod ad igneam vim repellendam possit valere, inter a- tum dimitunt.

XIX.

Sed nequidquam proficiunt. Aër enim vento commotus multi- plicatas vires ignibus dæbat, & fumum flameo vapore admixtum vultibus atque oculis defensantium inferens, ne defenderent, pro- hibebat. Cumq; aliquandiu restitissent, victi tandem violento ele- mentorum conflictu tectâ relinquunt, & se passim ad terram præ- cipitantes, non iam domos, sed propria corpora saluare contendunt. At ignis obstaculo remoto liberè omnia peruagatur, & par- tem propinquiorē sibi edificiorum inuadens, horrifono strepitu maximas lignorum moles consumit. Dum verò luctuosa vniuersorū vox confuso clamore omnia replet, totius ignari consilij nihil nisi extremum ancillarum Dei exitum præsolantur. Erat tunc fortè in loco Lugdunensis Ecclesia Archiepiscopus venerabilis Hugo, mul- ta morum probitate & religiosa conuersatione, a domino Papa Vr- bano cunctarum sermè Galliarum constitutus Legatus, ad quem velut ad patrem confugiunt, & (vt in perturbatis rebus fieri solet) anxie ab eo consilium exposcunt.

XX.

Præcantur præcipue, vt inclusis sanctis mulieribus exitum per- suadeat, neque tantum onium Christi gregem ignibus pastor perire permittat. Motus Archiepiscopus cursim claustrum ingreditur, om- nesque sub celeritate congregans, summa industria, vt periculo cedant, hortatur. Cumque illi omnino renuerent: & prius se mori, quam propolium infringere constantè affirmarent ait Episcopus: Auctoritate beati Petri & domini Pape, cuius vice fungor, atque ex Abbatis\* nostri obedientia vobis præcipio, vt ad presens hinc exeatis, neque vos cum habitaculis vestris hic incendio incremari sinatis. Ad hæc quadam maxima nobilitatis & conuersationis Gif- la nomine, quam & ipse multoties vidi, spiritu & fide succensa? respondit: Nos pater timor Dei & præceptum Abbatis nostri, vt ig- nem æternum euadere possimus, infra hos quos cernis limites vsq; ad mortem permansuras inclusit. Vnde nullo pacto fieri potest, vt

XXI.

\*vcti

aliqua necessitate praefixos nobis penitentiae terminos saltem pedis passu transgrediamur, nisi ab illo, qui in nomine Domini in hoc nos includit loco, solvamur. Noli ergo domine, si placet, hoc iniungere, quod nobis agere non licet: sed sicut nos ignem praecipis fugere, ita magis igni ut a nobis fugiat, virtute Christi Domini nostri armatus iniunge.

Ad quam mulieris fidem stupefactus Archiepiscopus, ac subido & ipse fide repletus, foras exigit, & coram cunctis qui aderant flammam intuens, ac lacrymis ora perfusus, ait: In nomine Domini, & per meritum fidei huius quae nunc locuta est mulieris, recede ignis pestifer ab ancillarum Dei habitaculis, nec damna aliqua ultra inferre praesumas. His a pontifice verbis prolatis (sicut mihi testificati sunt qui viderunt repente immensitas flammarum inuisibili virtute repressa, velut ferreo muro obstante, ultra procedere non potuit, & absque ulla humano subsidio, absq; aliqua pluuie gutta incredibili celeritate semetipsum extinxit. Sic magnifico atq; insperato miraculo sanctum propositum mulierum sibi bene acceptum esse diuina pietas comprobauit, & verae fidei meritum omnia possibilia credenti (sicut in a Euangelio promiserat) demonstrauit. Hucusque Petrus.

Vt autem ad Urbanum Pontificem, atque ad Iuonem Carnotensem Episcopum redeamus. Post tot angustias, quas Iuo resistens Regi, ut ex suis litteris audisti, perpeffus est, vehementer eum Urbani Papae rescriptum perturbauit pro clerico illo monetario datum, quem iam Iuo iuste damnasset, & appellamentum Apostolicam Sedem, cum & ne circumueniretur eius mendacis, suis litteris anno superiori, ut vidimus, eundem Urbanum Papam monuerat, ut caueret. Sed Urbanus cum illi plus fatis mendacia asserenti, tanquam vera narranti, fidem adhibuisset, atq; pro illo ad eum rescripsisset: idem Iuo non sine animi magna amaritudine ad Urbanum ista respondit, sic expostulans, ut tamen illi in omnibus parere non praetermiserit: b

Vrbano summo Pontifici Iuo spiritualis eius filius, non seruilis timoris, sed caste dilectionis obsequium.

Ad visitandam paternitatis vestrae dulcedinem, ad releuandas quotidianas cruceas meas, praesentiam vestram iam saepe adire proposui, sed impediente satana, votum meum adhuc implere non valui. Nam ad bestias quotidie pugnans, non inuenio requiem spiritui meo, & miserabiles Christianae religionis ruinas, quibus resciscendis vix aliquis, aut nullus insudat, cum multa cordis contritione deploro. Vnde quia video me praesse, sed nulli ferè prodesse, saepe delibero renuntiare cura pastoralis, & ad pristinam quietem redire, vbi illum expectem, qui saluum me faciat a pusillanimitate spiritus & tempestatis. Sed penè sola retinet me paternitatis vestrae dilectio, cui quantum debeam, nec ipse pensare sufficio. Tamen nisi viderer os meum ponere in caelum, iniuriam aduersus eum agerem, qui sepe amicus pro Rachel seruienti Liam iussit nocte supponi. Quae saltem si setaret, & speciositatem Rachel sua fecunditate compensaret, vix tandem ea conditione toleranda videretur, ut ad amplexus Rachel post alios septem annos proueniendi copia donaretur. Nunc verò quia huius sterilitatem experior, & illius delectatione non perfrior, miserabilior omnino homine me iudico, & ut tam lamentabile damnum diu toleret, anima mea persuadere non valeo. Si placet itaq; sanctitati vestrae, ut adhuc tolerè cudite mihi virgam ferream, qua vasa lutea conterantur, quae non eo modo parcat vni, ut in discrimen adducantur plurimi.

Hoc ideo suggero sanctitati vestrae, quia quidam clericus nostra vrbis falsis delationibus aures vestrae pietatis iam secundo pulsauit, dicens se per comiecturas accusatum, & de sola suspitione proscriptum. Sed causa illa, propter quam a Clero separatus est, tam manifestis indicijs est reuelata, tam certa accusatione publicata, tam euidenti exitu comprobata, ut nemini non tantum ciuium, sed etiam comprouincialium dubium sit, quin in domo sua falsam monetam fabricari fecerit, & in quadam Ecclesia eiusdem praepositura, quam ei Gausfredus vendiderat, contra voluntatem omnium firatum. Hoc publicum facinus, & quadam eius horrenda flagitia, Deo volente vera esse probabo suo tempore in vestra praesentia. Ideò sacramentum quod mihi obtulit, intuitu charitatis nolui suscipere, sciens eum peccatum periurij prioris peccato velle superponere. Tamen propter reuerentiam vestrae paternitatis, ad quam confugerat, quamuis dolose, interim volui ei redditus vnus praebenda integerrimè dare, & cibum mecum in mensa, donec possem de hoc negotio in praesentia vestra agere, & consilio vestro, quae restituen-

da viderentur, misericorditer restituere.

Ipse autem vti superbus & arrogans est, tanquam falsa dicendo perditam recuperasset innocentiam: neque mihi, neque amicis suis voluit acquiescere, nisi quaecumq; petebat, & in manu mea non sunt, & ab his qui ea legitime acceperunt, inuitis auferrè non possunt, redderem integerrimè. Igitur secundum quod placuerit discretioni vestrae, aliquid tale sup hoc paruitati meae rescribere, quod huic stulto & ceteris cornua non addat, & vires meas non excedat. Ipse autem nunc ad vos venire disposueram, sed iste publicauit aduentum meum studiosissime per totam Romanam iteris viam. Quae damna, quas passiones, quas persecutiones intus & foris hoc anno pro lege Dei pertulerim nota a vobis facere poterit ista frater. Litteras sanctitatis vestrae, securus mei periculi Metropolitanis, & eorum suffraganeis sine mora direxi. Adhuc tamen tacent, tanquam canes muti non valentes latrare. Valere. Erant isti illi quos nuper additi in causa Regis adeò clamosa penitus tacuisse, vno tantum Iuone sacerdotali robore fortiter resistente, & constanti animo contradicente.

Hoc eodem anno sanctus Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis vbi scripsisset librum de Incarnatione Verbi, misit ad Urbanum Papam. Ita Edinerus in vita ipsius, & Dodechinus in Chronico. Eius autem scribendi occasionem idem ipse in nuncupando ipsum, ita praefando declarat:

Domino & Patri vniuersae Ecclesiae in terra peregrinantis summo Pontifici Urbano Frater Anselmus, vita peccator, habitu monachus, siue iubente, siue permittente Deo, Cantuarie metropoli vocatus Episcopus, debet am subiectionem, cum humili seruitio, & deuotis orationibus.

Quoniam diuina prouidentia vestram elegit sanctitatem, cui vitam & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendam committeret: ad nullum alium rectius refertur, si quid contra Catholicam fidem oritur in Ecclesia, ut eius auctoritate corrigatur; nec vlli alij tutius si quid contra errorem respondetur, ostenditur, ut eius prudentia examinetur. Quapropter sicut nulli dignius possum, ita nulli libentius praesentem epistolam quam vestrae destino sapientiae, quatenus si quid in ea corrigendum est, vestra censura castigetur, & (quod regula veritatis tenet) vestra auctoritate roboretur. En vides quem recognoscit sanctus Anselmus caput totius Ecclesiae, doctrinae arbitrum, & dogmatum cognitorem & iudicem. Pergit verò de noua haeresi, imò veteri restituta infania Sabelliana, verbis istis:

Cum adhuc in Becci monasterio essem Abbas, praesumpta est a quodam clerico in Francia talis assertio: Si in Deo, inquit, tres persona sunt, vna tantum res, & non sunt tres res, vnaquaque per se separatim, sicut tres Angeli, aut tres anime, ita tamen ut potentia & voluntate omnino sit idem: ergo Pater cum Spiritu sancto cum Filio est incarnatus. Quod cum ad me perlatum esset, incepti contra hunc errorem scribere quandam Epistolam, quam parte quadam edita, perspicere contempsit, credens non ea opus esse, quomò & ille; contra quem sebat, in Concilio a venerabili Rhemensis Archiepiscopo Rainaldo collecto, errorem suum abiurauerat, & nullus videbatur qui eum errare ignoraret. Partem tamen illam quae feceram, quidam Fratres, me nesciente, transcripserunt, atq; alijs legendam tradiderunt.

Quod ideo dico, ut si in alicuius manus pars illa venerit, quamquam ibi nihil falsum sit: tamen tanquam imperfecta & non exquisita relinquatur. Postquam autem in Anglia ad Episcopatum, nescio qua Dei dispositione captus & retentus sum: audiui praesentem auctorem in sua perseverantem sententia dicere: Se non ob aliud abiurasse quod dicebat, nisi quia a populo interfici timebat. Hac igitur causa quidam Fratres precibus suis me coegerunt, ut soluerem questionem, qua ipse sic irretitus erat, ut nullo modo se ab ea expediri crederet, nisi aut Incarnatione Dei Patris & Spiritus sancti, aut deorum multitudine impediret, &c. Insuper planè haereticus & imperitus, quippe qui si legisset quae a sanctis Patribus de Trinitate innumera scripta sunt documenta, & quae de Incarnatione Verbi ab ipsidem tam Graecis quam Latinis edita sunt immensa volumina: doceri ab ipsidem quam disertissime potuisset, quod Filius assumpsit naturam humanitatis in vnitatem personae, non naturae.

Quod si & libris his caruisset, tunc ad id quod Ecclesia tradidit, ipsi recurrendum fuisset, & non ad inanes debuisset

XXII. FIDEI GNIS EX TINCTVS

XXIII. VRBAN. RESCRIPTVM TVRBAT IVONEM.

Quo ep. 19. QUERE LA IONIS AD VRBAN. PAPAM. XXIV.

Psal 54

Id. 72.

Gen. 29.

XXV.

XXVI.

15.

XXVII. SANSELMVS MITTIT AD VRBAN. PP. LIB. DE INCARNATIONE VERBI.

ROMA. PONT. EST TVE RI FIDEM CATHOL.

XXVIII. RATIO SCRIBENDI LIBRVM DE INCARN.

XXIX.

XXX.

NON DTS-  
PVTAN-  
DVM SED  
CREDEN-  
DVM.

disputationes extenebris suæ ignorantia fabricatas Fide Catholicam reuocare. Vnde idem sanctus Anselmus, ipso disputationis exordio auream istam sententiam, dignam planè tanto Ecclesiastico tractatore ex penetralibus pietatis ita depromit dicens: Nullus quippe Christianus debet disputare, quod Catholica Ecclesia corde credit, & ore cõfietur, quomodo non sit: sed semper eandem Fidem indubitanter tenedo, amando, secundum illam viuendo, humiliter (quantum potest) quærere rationem, quomodo sit. Si potest intelligere, Deo gratias agat: si nõ potest intelligere, non inmitat ad cornua ad ventilandum, sed submittat caput ad venerandum. Citius enim in se potest confidens humana sapientia impingendo cornua sibi conuellerè, quam innitendo, petram hanc euellerè, &c.

XXXI.

At quisnam fuerit hæreticus iste, licet sanctus Anselmus eum consultò non nominet, quod contemptibilis sit habendus omnis hæreticus; quippe qui ex impietate sibi gloriam nominis quærat; sed nec nomine dignus, quamuis ex eo cum dedecore sit maiori iniuria afficiendus: tamen non alium hunc existimo, quam eum, ad quem Iuonius tunc temporis scripta extat a Epistola istis verbis:

Iuo ep. 7.  
Iuo mo-  
NET Hæ-  
RETICVM

Iuo Dei gratia Carnotensium humilis Episcopus Roscelino non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Iste titulus, sequitur Epistola:

Si esses ovis centesima in deserto perdit a, sed gregi iam reddita, sicut exarserat in te zelus meus, quando tu intellexi auersum & aduersum: sic requiesceret in te spiritus meus, si te cognoscerem ad doctrinam sanam conuersum, & reuersum. Sed quia scio te post Concilium Suesbonense, in auribus quorundam, quos mecum bene nosti, pristinam sententiam tuam clandestinis disputationibus studiosissime defendisse, & eandem quam abiuraueras, & alias non minus insanas persuadere voluisses, quomodo est intrare in cor meum, quod adhuc fidem tuam correxeris, quod mores in melius commutaueris. Si ergo ex hac occasione te afflixit, & rebus tuis nudauit quorundam violentorum rapax auaritia: non hoc ex se fecit a iniusta eorum violentia, sed iusta & correctioni tuæ consulens Dei sapientia, faciens etiam per malos quamuis nescientes bona sua, cuius vestem scindere conabar is rationibus humanis armata, sed tamen infecunda facundia. Cum verò multis exemplis Ethnici tractatoris veram constet esse sententiam:

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.

XXXII.

Non tamen propter me timerem vel horrerem presentiam tuam, de te sperans meliora & saluti viciniora: sed quidam ciues nostri ad cognoscendam vitam alienam curiosi, quamuis ad corrigendam suam desidiost, te quidem odibile, me verò propter te suspectum haberent, & audito nomine tuo & pristina conuersatione tua, more suo, subito ad lapides conuolarent, & lapidum aggerè obrutum profocarent. Interim igitur consulo tibi, vt assumpta patientia beati Iob, quamuis longè impar, cum eo tamen dicas: b Sustinebo iram Dei, quoniam merui, donec iustificet causam meam. Testis or enim tibi, si conuersus ingenueris, & in simplicitate Fidei degere volens, à vanitate carnalis sensus tui decumueris; non deerunt tibi verba diuina consolationis, & mater Ecclesia, qua deuim exasperauit paterna seueritate, correctum maternam pietate. Restat igitur, vt palinodiam scribas, & recam at is opprobrijs, vestem Domini tui quam publicè scindebas, publicè resarcias; quatenus sicut multis exemplum erroris fuisti, sic de cæteris fias exemplum correctionis. Sic enim bono odore præcedente, & pristinum factorem consumente, & à nobis, & ab alijs diligè & coli, & beneficijs poteris ampliari. Hucusque Iuonius Epistola absque salutatione præmissa, vel consueta bona imprecatione bene valendi in fine ipsius apposita quod ad hæreticum scriberet, cui nec dicendum, Aue, monuerit Ioannes Apostolus, c

b Iob 6.

Joan. 2.  
XXXIII  
S. ANSELMI CVM REGE ALTBERTICATIO.

At magna post hæc persecutio sanctum Anselmum exagitaui; occasio autem ex eo manauit, quod Anselmus ipse legitimum Pontificem haberet Vrbanum, eundemq; coleret, vt Christi Vicarium, atq; Petri Apostoli successorem, Rex verò saueret potius Guilberto: hincque factum est, cū profecctionem ad eundem Vrbanum petendi causa palliū Anselmum instituisset (non enim nisi præsentem dandum, iam fuisse vsu receptum d Gregorius Papa Septimus scribit) Rex prohibuit, & hinc ingens persecutio, non à Rege tantum, sed ab omnibus ferme Angliæ Episcopis est oborta, quam Edinerus, qui aderat, sic describit: c Regem

d Greg. lib. 1. epist. 24 e adin. in vit. S. Ansel.

aitem de transmarinis locis ingressum Anselmus adijt, & vt sibi Romam ad Papam Vrbanum pro stola sui Archiepiscopatus eundem licentiam daret, humiliter petijt. At ille ad nomen Vrbanum turbatus dixit, se illum pro Papa non tenere, nec sue consuetudinis esse, vt absque sua electione alicui liceret in regno suo Papam nominare. Hinc igitur orta quadam dissensio grauis est, sed in aliud tēpus discutienda est dilata. Iubetur ergo vt totius Angliæ Episcopi, Abbates, & Principes in discussione dissidij huius, apud Castrum quod Rotbingehum dicitur, veniant. Quod factum est anno sequenti, tempore Quadragesimæ vt suo loco dicturi sumus.

li. 2. apud Sur. 10. 2. die 21. Ap.

Hoc eodem anno grassante mortalitate in Germania, Gallia, atq; Italia, magnus prouentus ex conuersione schismaticorum Catholica accessit Ecclesiæ, pœnitētibus illis, timore mortis, atq; ad Ecclesiam redeūtibus, vt Bertholdus testatur, qui & eosdē schismaticos multis perterrefactos prodigijs tradit, ex illis alijs sibi ipsis manus inferentibus, alijs à bestijs deuoratis.

XXXIV  
SCHISMATICI CONVERSI AD ECCLIES.

De scemina autem ob crimen, quod Pœnitentiario, sua confitendo peccata reuelauerat, incendio condemnata, & iterum incenso igne circa ipsam, diuina virtute per Dei Genitricis intercessionem illæsa seruata, Sigebertus hoc anno in Laudensi Ecclesia contigisse narrat.

S. MARTYRIS CORPUS INVENTIO.

Hoc anno xxv. Iunij (vt veteres Annales Venetorum habent) contigit inuentio corporis sancti Marci, precibus solennibus impetrata, & magno miraculo demonstrata, sese prodente beato Euangelista; cum eius corpus solenni ritu collocatum fuit sub altari primario. Quod magnum Dei beneficium perpetua memoria cõuersandum statuerunt, cum annua die eandem inuentionem esse celebrandam publicis sanciuere decretis.

XXXV.

At his atrexamus Petri Damiani dignum elogium, qui in sermone tertio de sancto Marco, vbi contemplatur Venetiarum ciuitatis splendorem & dignitatem, quam ex corporis sancti Marci possessione est diuinitus consecuta, in hæc verba diuino Spiritu afflatus erumpit: Tu felix es, & nimium beata Venetia, quam ad hoc, vt pretiosum corpus sui thesaurum tibi commendaret, elegit. Plurima quidem diuitiarum copia ex diuersis in te mundi partibus confluit: sed hæc gemma celestis, qua in medio tui posita est, in excelsum te gloria conspicua dignitatis attollit. Incomparabilis enim iste thesaurus vibrantium met allorum supergreditur genera, cuncta gemmarum coruscantiū superat ornamenta. Sicut enim beatus Iob de Sapientia dicit: f Non equabitur ei aurum, vel vitrum, non commutabuntur pro ea vasa excelsa & eminentia; non adæquabitur ei aurum de Aethiopia, non tinctura mundissima componetur. Et (vt ita loquar) hæc est quadam species aromatica, qua sua virtute melliflua cin namomum excellit ac balsamum, & omnem superat fragrantiam pigmentorum.

VENETIAM ILLVS-TRATAM CORP. S. MARCI. f Iob 28.

Porrò sit tantaper eum dignitatis est Alexandria, quam glorioso martyrij sui cruore persudit, vt Sedes Apostolica nuncupetur: quanta, putamus, est excellentia felix illa prouincia, in qua nunc pretiosa corporis eius gleba reconditur? Nunquid non eiusdem gratia & dignitatis esse credenda est, etsi non vulgato nomine, sed ipsa re, & arcana sacri mysterij veritate? Illas denique partes ingressus est, dum adhuc iam in corruptibili carne mortalis existeret: istas autem elegit, cum iam in æternum victurus in regni celestis aula regnaret illos inuisit, vt eos de tenebris infidelitatis ad id quod ipse iam mente conceperat, vera fide illum educeret: ad istos autem transferri voluit, vt illos ad eum, cum quo nunc est, ductorem luminis reuocaret.

XXXVI

Gaude igitur & exultans in Domino plaude, Venetia, quia per illud pretiosi thesauri talentum, quod in te constat esse reconditum, facta es superni Regis ararium: & dum in tuo gremio virum Apostolica gratia suscepisti, & ipsa quodammodo Sedes Apostolica fieri meruisti. Quamobrem sicut mater vrbium Roma super omnia regna terrarum sublimatur in Petro: sic & tu velut eius insignis filia per Marcum gloriaris in Christo. Quem scilicet humiliter imploramus, vt sicut beatum Petrum de mari vocauit & nauis; deinde ne lapsus in pelagus obrueretur, erigendo continuit: sic remigium tuum inter discrimina marina custodiat, & te cum filijs tuis ad portum quietis æternæ perducatur, qui viuut & regnat Deus, &c. Ista Petrus, qui prudenti moderatione orationem, sese per encomiilarum campum dilatantem & diffidentem

XXXVII.

veluti frano. compescuit, limitibusque continuit, cum nō simpliciter & absolute Venetam Ecclesiam ex sancti Marci sepulchro Sedem Apostolicam voluit appellasse, vbi illud ait: *Et ipsa quodammodo Sedes Apostolica fieri meruisti.* Etenim sepultura Apostoli cuiuscunque non id sola conferre satis valet, vt ea Ecclesia, in qua est, pleno iure Sedes Apostolica dici possit, cum alia plura requirantur, de quibus non est modo dicendū, cum de his primo Annalium Tomo fatis.

Hoc eodem anno Tranensis in Apulia Ecclesia nobilis, magis illustratur sancto Nicolao cognomēto Peregrino, dum ex hac vita migrat in cœlum quarto Nonas Iun. Ita Deus copioso imbre gratiarum fecundiorē reddidit eandem Ecclesiam, quæ meritō eius cultum propensiori semper studio est profecuta.

IESU CHRISTI  
Annus 1095.

VRBANI II. PAP.  
Annus 8.

HENRICI II. IMP. 12.  
ALEXII COMN. IMP. 15.

XXXVIII.  
S. NICOLAVS  
TRANENSIS  
MIGRAT IN  
COELVM.

**I.** NONAGESIMVS quintus supra millesimum furgit annus, Indictione tertia, quo ab Urbano Papa hæc esse gesta, sigillatim Bertholdus rerū inspector enarrat: Dominus Papa Urbanus iam dudum de Roma profectus Natalem Domini in Tuscia gloriosissime celebravit: in qua provincia Pisanus Episcopus, nomine \* Dagobertus, ei studiosissime seruiuit, quem ipse iam dudū Archiepiscopali pallio & potestate sublimauit, quod eatenus Pisanensis Episcopus habere non consuevit. Et post aliqua: Dominus Papa, Deo & sancto Petro prosperante, iam penē vbique præsultit, & in media Longobardia in ciuitate Placentina inter ipsos schismaticos, & contra ipsos generalem Synodum condixit, ad quam Episcopi Italia, Burgundia, Francia, Alemannia, Baiaria, aliarumq; prouinciarum canonica & Apostolica auctoritate missis litteris conuocauit. Facta est autem hac Synodus circa mediam Quadragesimam Placentia, ad quam Synodum multitudo tam innumerabilis confluit, vt nequaquam in qualibet Ecclesia illius loci posset comprehendī. Vnde & dominus Papa extra Urbem in campo illam celebrare compulsus est. Hoc tamen non absq; probabilis exempli auctoritate: nam primus legislator Moyses populū Dei in campestribus legalibus preceptis, Deo iubente instituit. Et ipse Dominus non in domibus, sed in monte & in campestribus Discipulos suos Euangelicū statutis informauit. Missas quoq; nonnunquam extra Ecclesiam satis probabiliter, necesse sitate quidem cogente, celebramus, quamuis Ecclesias earum celebrationi specialiter deputatas non ignoramus.

\* Daiberus

CONCIL.  
PLACENTINVM.

**II.** In hac Synodo Praxedis Regina iam dudum à Henrico separata super maritum suum domino Apostolico, & sancta Synodo cōquestā est de inauditis fornicationum spurcijs, quas apud maritū passa est. Cuius querimoniam dominus Papa cum sancta Synodo satis misericorditer suscepit, eo quod ipsam tantas spurcitas non tā commississe, quam inuitam pertulisse pro certo cognouit. Vnde & de penitentia pro huiusmodi flagitijs iniungenda illam clementer absoluit, quæ peccatum suum sponte & publicè confiteri non erubuit.

RES GESTÆ  
IN  
SYNODO  
PLACENTINA.

**III.** Ad hanc Synodum Philippus Rex Galliarum legationem suam direxit, seq; ad illam iter incepisse, sed legitimis \* socijs se impeditum fuisse, mandauit. Vnde inducias sibi vsque ad Pentecosten apud dominum Papam Synodo intercedente, impetravit. Dominus autem Hugo Lugdunensis Archiepiscopus ad eandem Synodum vocatus, ab officio suspenditur, eo quod ipse non venerit, nec Legatum cum canonica excusatione illuc pro se direxerit.

\* caulis.

Item legatio Constantinopolitani in primis ad hanc Synodum peruenit, qui dominum Papam, omnesque Christi fideles suppliciter implorauit, vt aliquod auxilium sibi contra Paganos pro defensione sanctæ Ecclesie conferrent, quam Paganī iam penē in illis partibus deleuerant, qui partes illas vsque ad muros Constantinopolitana ciuitatis obtinuerant. Sanè quidem plures eodem argumento scripsisse litteras Alexium Imperatorem ad Urbanum Papam, implorantem ab eo auxilium, testatur Vrpergenfis in Chronico. Pergit verò Bertholdus: Ad hoc

LEGATIO  
ALEXII  
IMP. AD  
CONCIL.  
PLACENTINVM.

ergo auxilium dominus Papa multos incitauit, vt etiam iureiurando promitterent, se illuc, Deo annuente, ituros, & eidem Imperatori contra Paganos pro posse suo fidelissimum adiutorium collaturus.

Hæc autem inter alia in illa Synodo constituta sunt, vt ad penitentiam nullo modo reciperentur, qui concubinas & odium ex corde & quodlibet mortale peccatum dimittere nollent.

Item vt nullus presbyter aliquos ad penitentiam reciperet, nisi cui proprius Episcopus hanc curam commississet.

Item vt quibuslibet ritē ad confessionem venientibus Eucharistiam non denegemus, quos solo corpore non mente inter excommunicatos manere, nec tamen eorum sacramentis communicare cognoscimus.

In hac quoque Synodo hæresis simoniacorum penitus damnata est, vt quidquid in sacris ordinibus & in ecclesiasticis rebus data & promissa pecunia acquisitum simoniacè videretur, pro irrito haberetur, nullasq; vires habuisse & habere iudicaretur. His tamen, qui non simoniacè & nescienter à simoniaco ordinati sunt, misericordia in seruando ordine concessa est: qui verò scienter ab huiusmodi ordinati sunt, cum suis ordinatoribus irrecuperabiliter damnati sunt.

Item hæresis Nicolaitarum, id est incontinentium subdiaconorum, diaconorum, & præcipue sacerdotum irretactabiliter damnata est, vt deinceps de officio se non intromittant, qui in illa hæresi manere nō formidant, nec populus eorū officia villo modo recipiat, si ipsi Nicolaitæ contra hæc interdicitā ministrare præsumant.

Item hæresis Berengariana iam ab antiquo sepsissime anathematizata, iterum damnata est, & sententia Catholica Fidei contra eandem firmata, videlicet, quod panis & vinum, cum in altari consecrantur, non solum figuratè, sed etiam verè & essentialiter in corpus & sanguinem Domini conuertantur.

Item in Guibertum hæresiarum Sedis Apostolicæ inuasorem & in omnes eius complices sententia anathematis synodali iudicio cū ardentibus candelis iterum promulgata est. In hac Synodo quatuor millia ferè clericorum, & plusquam triginta millia laicorum fuisse perhibentur.

In hac Synodo constitutum est, vt pro chrismate, & baptismo, & sepultura nihil vnquam exigatur.

Item vt ieiunia Quatuor temporū hoc ordine celebrentur, scilicet primum in prima hebdomada Quadragesimæ, secundū in hebdomada Pentecostes, tertium verò & quartum in Septembri & Decembri solito more fiant. Huic Synodo reuerendissimi Antistites interfuerunt de Baiaria quidem Dimo Saltzburgernsis Archiepiscopus, & Valtricus Pataviensis Episcopus eius Suffraganeus: de Alemannia verò Gebhardus Constantiensis Episcopus, qui & Arnulphum Mediolanensem Archiepiscopum, diu quidem electum, sed nondum consecratum, eodem tempore ex concessione domini Pape, Mediolani consecrauerit.

Ipse quoq; dominus Papa Valtricum Augiensem Abbatem eo tempore consecrauit, qui itidem prædicta synodo interfuit, cui in presentia Constantiensis Episcopi omnem Episcopalem potestatem in Clerum & populum Augiensem insula inter dixit, quam dudū Constantiensis Episcopo concessit. Abbas tamen ille non multo post de illa potestate se intromisit. Vnde querimonia facta ab Episcopo, dominus Papa illum, missis litteris ab huiusmodi presumptione iterum cōpescuit. Hucusq; de Synodo Placentina Bertholdus. Porro eiusdem Concilij quindecim canones continentur in codice scripto Anselmi Lucensis libro septimo decretorum ab eadem Synodo Placentina statuti, his quæ sunt recitata superius consentientes, vt hic ipsos describere non sit opus.

Sed non pigeat audire de tanta Synodo etiam Dominonem, qui aderat, hæc q; de ipsa metro cecinit licet inculto, veraci tamen:

Tunc pastor sanctus synodum celebravit, & annus Christi millenus nonagenus quoque quintus, Primus erat mensis, quo nascitur humor in herbis, Ore sacerdotum damnantur facta malorum. Affuit his dictis Praxedis atq; Marbildis, Catholicos plene benedixit Papa fideles. Hanc Synodum sanctam placentia continet ampla, Expleta Synodo, dominus quem sepe recordor, Papa vale dixit, clericis comitatus abiit Per multas vrbes curans conuertere plures,

IV.

CANONES  
CONCILII  
PLACENTINI.

V.

ARNVLPHVS  
EPISC. MEDIO  
LANENSIS  
CONSECRAT.

VII.

VIII. CONRADVS REX STRATONIS MVNVS PAVS EXHIBET.

Gallia quem patrem suscepit maxima charum. Idem vero Bertholdus affectatus vestigia eiusdem Urbani Pontificis, quo processerit post Placentinum Concilium, & qua gesserit, sic narrat: Conradus Rex filius Henrici domini Papae Urbano Cremonam venienti obviam progreditur, eique stratoris officium exhibuit quarto Idus Aprilis. Deinde fecit ei fidelitatem iuramento, de vita, de membris, & de Papatu Romano. Dominus autem Papa in filium sanctae Romanae Ecclesiae recepit illum, eique consilium & adiutorium ad obtinendum regnum & ad coronam Imperij acquirendam coram populo firmissime promisit, salva quidem iustitia illius ecclesiae & statutis Apostolicis, maxime de investituris in spiritualibus officijs a laico non usurpandis. Et inferius: Conradus Rex cum regio apparatus in Tusciam Pisas perrexit, ibique sponsam suam, filiam Rogerij Ducis de Sicilia, adhuc admodum parvulam cum inaudita pecunia sibi oblatam recepit. Dominus Papa rebus in Longobardia bene dispositis, in Gallias marino itinere cepit diuertere, & ad sanctam Mariam ad Podium in Assumptione ipsius pervenit, Synodumque ad Montem clarum in octavam sancti Martini Apostolica auctoritate condixit, ad quam diversarum provinciarum Episcopi missis litteris canonica vocatione invitavit. Haec de indicta Synodo Claramontensi Bertholdus.

INDICTUR CONCLIVM CLARAMONTENSIS.

IX.

Indicta, quam diximus iam Synodo Claramontensi apud Aruernos, statim a Francorum Rege Philippo Legati parantur ad Papam, qui eum emolliant, ut nervus ceterae ecclesiae relaxet, Regem benigne habeat, concedatque labili iuventuti. Hos autem praeveniens Ivo Episcopus Carnotensis, has ad eundem Urbanum Pontificem litteras de his scripsit, dignas ipsas quidem, quae Annalibus ecclesiasticis intexantur, quae sic se habent: a

Inuo ep. 18.

IVONIS EPISCOPI VRBAN. PP. DE CAUVENDIS LEGATIS REGIS.

X.

Vrbano summo Pontifici Ivo sanctitatis suae filius fidelium orationum munus. Venturi sunt ad vos in proximo Nuntij ex parte Regis Francorum, per quorum os locuturus est spiritus mendax, qui infatuati adeptione vel promissione banorum Ecclesiasticorum infatuare moliantur sedem iustitiae. Contra quorum calliditatem a parvitate mea vigilantiam vestram volo esse praeveniunt, quatenus rigorem vestrum promissiones eorum non emolliant, comminationes non exterreant.

bi. Re. 19. ci. Co. 11.

XI. TRICENTIS CONVENTVS INDICTVS.

Vt quid enim dicent, iam securis ad radicem arboris posita est, nisi ut aut arcum remittatis, aut gladium suspendatis? Qui ergo venturi sunt, in calliditate ingenioli sui & venustate linguae suae praeditis de causis impunitatem flagitij se impetraturos Regi a Sede Apostolica promiserunt, hac ratione ex parte usuri: Regem cum regno ab obedientia vestra discessurum, nisi coronam restitueris, nisi Regem ab anathemate absolueris. Si autem impiententi venia concedatur, quanta spes impune peccandi peccantibus de cetero relinquatur? Non est meum instituire vestram prudentiam, cuius potissimum interest, delinquentium errata non fouere, sed ferire. Si autem alioqui subdoli evidenter ab unitate matris suae Ecclesiae discedunt, qui iam pridem mente discesserunt: consoletur sanctitatem vestram diuinum responsum: b Reliqui mihi septem milia virorum. Et illud Apostoli: c Oportet barbes esse, ut hi qui probati sunt, manifesti fiant.

XII. VRBAN. PAP. MONEBIS COP.

De cetero volo sciat vigilantia vestra, quia ex praecepto Regis, Rhemensis, & Senonensis, & Turonensis Archiepiscopi inuitaverunt suffraganeos Episcopos, ut post responsa vestra apud Trevas prima Dominica post festivitatem omnium Sanctorum conveniant. Quo invitatus ire disimulo, nisi vestro consilio munitus; timens ne quid contra iustitiam & Sedem Apostolicam moliantur ille conventus. De his itaque & de his, quae circa vos sunt, quae libuerit, rescribam mihi vestra paternitas, ut in adversis compati, & in letis valeam congratulari. Vale. Quae autem rescripserit Urbanus Papa non liquet, constat tamen omnia ab eo post haec effecta secundum eiusdem Ivonis consilium, ut adversus adeo enormiter delinquentem Regem perseveraret intrepidus, iudicans Regem, & puniens ex sacrarum legum praescripto.

Post discessionem Legatorum Regis idem Urbanus Papa litteras scripsit ad omnes Archiepiscopos & Episcopos Galliarum, quibus hortatus est eos, ut Regem hortarentur ad resipiscentiam, alioqui in eum exercerent ecclesiasticam disciplinam. Meminit harum litterarum idem Ivo Episcopus Carnotensis, qui laboravit suis litteris, ut

Regem ad meliorem frugem reduceret, ut ex eis appareret. De litteris autem Urbani sic Ivo: Exemplar litterarum, quas misit mihi dominus Papa de causa Regis, postquam Legati Regis nuper discesserunt, vobis transmittit: ut sciat, quia dominus Papa etiam non antecedit, non tamen retrocedit. Et de ipsidem etiam Ivo ad Dapiferum Regis Vuillelmum haec scribit:

XIII.

Charissime, quia te scio velle laborare, & componenda pace inter me & dominum Regem: multas gratias tibi reddo. Sed quia haec pax non potest esse stabilis, quandiu voluerit in incepto suo durare: consilium meum est, adhuc expectare, si forte Dominus daret ei mentem bonam, ut vellet consilium suum in melius commutare. Quod si facere vellet, scias omnia esse parata, quae necessaria sunt ad faciendum diuortium inter eum & novam coniugem suam. Vides enim litteras quas misit dominus Urbanus Apostolicus ad omnes Archiepiscopos & Episcopos regni sui, ut eum ad rationem mittant, & nisi respuerit, ecclesiasticae eius disciplina ad emendationem venire constringant. Haec quidem littera iam publicata est, sed pro amore eius feci eas adhuc detineri: quia nolo regnum eius, quantum ex me est, adversus eum aliqua ratione commoveri. Haec omnia volo ut dicas domino nostro Regi, & secundum hoc quod apud eum inveniunt, mihi facias remandari. Vale.

XIV.

EPISCOPI FRANCIANORVM EPISCOPUS LANGVENT. IVO EPISCOPUS.

Verum omnes Francorum Episcopi sic litteris Urbani Papae commoti sunt, ut tamen non vere correctionem Regis vrgerent, sed palpando potius indulgerent. Queritur de his Ivo ipse Carnotensis Episcopus, & quo ipse sit animo, declarata scribens ad Richerium Archiepiscopum Senonensem: d Conductum enim a domino meo Rege quasi, nec habere potui. Quantum verum ex intentatis minis intelligo, non licet mihi in conventu vestro impune dicere veritatem, qui pro iam dicta veritate, & Apostolica Sedis obedientia tantam iam sentio severitatem, ut periculum arguar incurrisse, & maiestatem regiam minuisse. Haec in Ivonem languentes Episcopi, in quos haec ipse: Quod (ut pace vestra dicam) relictus in eos retorqueri potest qui vulnus fomentis incurabile, tanquam pii medici cauterijs competentibus dissimulant vrere, vel medicinali ferro praedire. In qua sententia si mecum firmiter fuissetis, iam egorum nostrum ad sanitatem perduxissetis. Quod quandiu differitis, videte, si fidelitatem, quam debetis, pleniter exhibebitis, si officij vestri munus explebitis. Faciat ergo dominus Rex adversum parvitatem meam, quantum Deo permittente, libuerit & licuerit, includat, excludat, proscribat: inspirante & prosequente, decrevi pati pro lege Dei mei: nec vlla ratione cogente, volo ei consentaneus in culpa esse, qui nolo esse consors in poena. Angelus magni consilij & spiritus fortitudinis sit vobiscum, ut recta sapiatis, & recta faciatis. Haec Ivo ad Episcopos ad provincialem tunc Synodum convocatos, ad quam ipse vocatus cur non accesserit, sic se ad Regem scribens exultat: e

et d. ep. 105.

Philippo Dei gratia magnifico Francorum Regi Ivo humilis sublimitatis suae clericus sic se regere ut Regi Regum valeat complacere.

XV.

IVONIS AD REG. FRANCIANORVM EPISTOLA.

Excellentiae vestrae litteras nuper accepi, quibus submonebar, ut apud Pontesium, vel Caluum montem cum manu militum vobis die quem statueratis, occurrerem, iturus vobiscum ad Placitum, quod futurum est inter Regem Anglorum & Comitum Northmannorum. Quod facere ad praesens, magna & multa causa me prohibent. Prima quia dominus Papa Urbanus interdicit vobis Apostolica auctoritate thorum mulieris, quam pro vxore habetis. Quia sacramentum de securitate Concilij quod vobis mandauerat, si veri vetuistis. A cuius commixtione si amodo non cessatis, separati sunt eadem auctoritas a participatione corporis Domini & sanguinis. Interdicit etiam omnibus Episcopis, ne capit i illius mulieris coronam imponant. Quam (ut vbiq; penes terrarum dicitur) lateri vestro illicitate copulastis. Parcens igitur maiestati vestrae, disimulo vestram adire praesentiam, ne Sedis Apostolicae iniussione compulsus, cui vice Christi parere me oportet, quod nunc dico in aures, cogar in vestris & multorum auribus publicare. Ego autem nolo vos scandalizare, vel regiam maiestatem vestram minuire, quandiu possum honesta ratione dissimulare. Praeterea Casati Ecclesiae, & reliqui milites penes omnes vel absunt, vel pro pace violata excommunicati sunt, quos sine satisfactione reconciliare non audeo, & excommunicatos in hostem mittere non debeo.

XVI.

Postremo nouit vestra serenitas, quia non est mihi in curia vestra plena securitas, in qua ille sexus est mihi suspectus & infestus, qui etiam amicis aliquando non satis est fidus. Expecto igitur, ut

aliquan-

aliquando cor vestrum illustrante divina gratia contra sibilum serpentis auditum obturetis, & monitis salutis aures cordis aperiat. Hoc desidero, hinc ante Dominum quotidie preces fundo. Haec enus ad Regem Iuo Episcopus Carnotensis. Tentauit autem Rex inflectere ferream Iuonis animum multis promissis, vt sibi liceret saltem ad tempus cum pellice commorari. Sed quid ipse rescripserit ad eum qui ista tentaret, accipite tanto Episcopo, planè decore & ornamento Galliarum seculi huius dignam epistolam:

Iuo humilis Carnotensis Episcopus Vuidoni Dapifero salutem. Quia mihi mandasti per Landricum presbyterum iam adieram per Eberhardum nepotem tuum, videlicet quod Rex multa mala dimittere, & multa bona se promittat velle facere, si cum pace Sedis Apostolicae & communionis ecclesiastica, mulierem quam illi citè habet, valeat ad tempus retinere. Vnde ex auctoritate diuina hoc charitatis tuae rescribo, quod nulla redemptione vel commutatione quous peccatum suum poterit abolere quandiu vult in eo permanere; secundum illud Apostoli: Voluntarie peccantibus non relinquitur hostia pro peccato. Quod est alijs verbis dicere, quia nemo in peccato suo perdurare volens, peccatum suum poterit aliqua elemosyna vel oblatione redimere. Vnde & Dominus Cain sua offerenti, & tamen homicidium cogitanti legitur respondisse: Si rectè offeras, & non rectè diuidas, peccasti, quiesce. Quasi dicat, peccas non rectè partiendo, qui tua offers, & de homicidio tractas, te ipsum, qui tuus melior es, mihi auferas. Hinc etiam dicit beatus Papa Gelasius: Legitur ex quo est religio Christiana, vel certum datur exemplum in Ecclesia à quibuslibet Pontificibus, aut ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Salvatore, veniam nisi corrigentibus se fuisse concessam: Auditum autem sub isto caelo ab aliquibus nec legitur omnino, nec dicitur: date nobis veniam, vt tamen nos in errore dureremus. Ostendat ergo quibus occasibus, quibus regulis, qua lectione, vel quo documento siue à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis, quos potiores fuisse merito, non dubium est, siue ab ipso Domino Salvatore, qui iudicaturus ereditur viuos & mortuos, vel si factum est vnguam, vel faciendum esse mandatur. Propter hæc & alia multa similia scio consilium domini Regis bonum exitum habere non posse, nisi à peccato desistat, & Christi iugo se penitendo subiiciat, cum Dominus non nostram, sed nos ad salutem nostram requirat. Dic ergo hac omnia domino Regi, vt sanius consilium perquirat. Quod si ei Dominus ministrarit, me adiutorem in quibuscumque possem, inueniret. Vale.

Sed quæ post hæc passus sit Iuo, vbi tentatus per omnia inuentus est aduersus Regem pro iustitia immobilis stare, litteræ eiusdem ad Vuilleumum Abbatem his temporibus datæ declarant, quæ sic se habent:

Magnis honestatis propugnatoribus, & turpitudinis oppugnantibus Ioanni scilicet & Elia a simulari me voluit in litteris vestris vestra si aternitas, quorum sanctitati quamuis longe impares simus, eorum tamen vestigia honorare, mirari & imitari, quantum exoptamus, donante Deo, possumus. Vnde non tantum à Rege, cuius illi concilio coniugio contradiimus, verum etiam à quibusdam alijs filijs huius seculi, quorum peruersitatibus, quantum possumus, reluctanter, bonorum ecclesiasticorum grauiam damna perpetuimus, quorum direptionem lucri maioris compensatione per Dei gratiam longanimitè sustinemus, & maiora, si necesse sit, subire parati sumus, attendentes illud Apostoli:

Quia non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: Et illud: Si compatimur & coregnabimus. Et quia iam instant illa tempora periculosa, in quibus impletur quod scriptum est: Ex abundantia iniquitatis refrigeret charitas multorum; dicendum est petri monitum. Cadite super nos, & abscondite nos ab ira Agni. Quod quid est aliud dicere, nisi in fide robustis & sanctis et sublimibus viris in hac sententia supplicare: nostra miseria misericorditer descendit, & ne in tentationem inducamur, & iram Dei incurramus: vestris orationibus impetrate. De quibus petrus, quia vos, & in sancta societate vestra plures esse non dissidimus, hanc à vobis apud Dominum intercessionem obnixè postulamus, quatenus sic per ignem & aquam transeamus, vt in refrigerium diuino ducti educi valeamus. Nos enim publicorum negotiorum tumultibus occupati, cum ipsis compescendo tota die laborando sufficere non possumus, interna quietis suauitate vix aliquando admittimus; non canonicum pensum determinatis horis solvere praualemus. Vos igitur & ceteri serui Dei qui vultis in portu nauigatis: oportet vt nobis orationis manus qua lon-

ge potestis extendatis, & vobiscum adaptatam requiem studeatis, &c.

Ad Regem verò pro recuperandis ablatis ecclesiæ bonis has tunc idem Iuo litteras scripsit:

Philippo kppissimo Francorū Regi domino suo Iuo humilis Carnotensium Episcopus sic gubernare temporale regnum, vt non amittat æternum.

Quoniam procedente digna gratia est de stercore pauper vsq; ad solum Principum per manum vestram eleuatus sum, fateor me post Dominum pro posse meo cuncta vobis debere, quæ vestro congruit honori & saluti. Sed quia exasperatus propter salubres monitus, quos serenitati vestra ex summa fidelitate & charitate direxi: me diffiducias, & bona Episcopalis domus diripienda aduersarijs nostris exposuistis: grauiam & grandiam inde perpeffus incommoda, regalicia ad presens nec securè possum interesse, nec honestè. Supplico itaq; maiestati vestre, vt regia interim mansuetudine supportetis donec possum aliquantulum respirare, & damna quæ mihi vsq; ad penuriam panis inflicta sunt, aliqua ex parte reparare. Expecto etiam per misericordiam Dei citò futurum, vt verum esse cognoscatis illud prouerbiū Salomonis: Meliora sunt vulnera diligentis, quam si audulenta oscula blandientis. De cetero calumniatoribus meis, quibus me respondere iubetis, cū insinuat fuerint qui sint, & quid exposulam, respondere non subterfugiā, vel in Ecclesiastica negotia, vel in Curia si sint curialia. Bene valete.

At non hic quieuit persecutio, sed eo vsque processit, vt abreptum sanctum Episcopum in carcerem prohelus detruserit. Cumq; à suis Carnotensibus se seiret manu violenta educendum parari, ne id facerent, his litteris ad eos datis, exorauit: m

Iuo Dei gratia Carnotensis Episcopus clericis & laicis Carnotensibus salutem.

Audui primates vrbs vestre ad inuicem coniurasse, guerram se facturos aduersus Vicecomitem pro mea liberatione. Quod nequaquam mea liberatio est, sed inclusionis meæ non solum exasperatio, sed interminata productio. Quare ne sit, prohibeo, interdicto. Nec enim incendijs domorum, depradationibus pauperum potestis Dominum placare, sed vehementer asperare, sine cuius beneplacito, neq; vos, neque aliquis poterit me liberare. Nolo ergo vt aduersum me implere faciatis aures Dei pauperū clamoribus, lamentis viduarum. Neque enim decens est, vt qui armis bellicis ad Episcopatum non veni, armis bellicis reciperem: quod non est pastoris, sed inuasoris. Sed manus Domini tetigit me, & adhuc extensa est super me, permitte me solum ebibere miseriam meam, & sustinere iram Dei, donec iustificet causam meam; & nolite tribulationem meam aliena cumulare miseria. Decretum sed enim mihi non solum includi, vel ecclesiastico honore priuari, sed etiam in agis mori, quam per me stragem hominum fieri. Monco igitur vos per supereminentem Christi charitatem, vt neq; hoc faciatis, neque fieri permittat. Quod tamen si feceritis: certum est, quod nihil proderit nobis, cum detentor meus multos habeat adutores, & nihil habeat quo ei auferre possitis. Recordamini quod legitur, quia Petrus seruabatur in carcere; oratio autem sine intermissione fiebat ad Dominum pro eo. Orationibus ergo & seueritate ecclesiastica contenti estote, quam si transgressi fueritis, scio qui me ulterius Episcopum habere non vultis.

In eo enim quod semel recessistis sicut exitus approbat, non bene mihi & vobis consulistis. De cetero ergo contenti estote terminis quos posuerunt patres vestri; ne si his contenti fueritis, quæram liberationem eo forsitan modo, qui non placeat vobis. Valete. Deus patris & dilectionis det vobis in hoc negotio, & in omnibus alijs vultis sapere & facere. Liberatus autem ista scripta ad Boellum Episcopum Cenomanensem, cuius ad Deū precibus per sancti Iuliani intercessionem fuerat liberatus è carcere, gratias dignas illi referens hac ad eum perbreui data epistola:

Gratias ago primum Deo liberatori meo, in die qua eripuit me de manu omnium inimicorum meorum & de manu Saul: de hinc vigilantis charitati vestre, qua intensè orationum clamoribus Dominum in nauis dormitatem sic tavit, quatenus eo increpante vetos, & mare cessaret nubilosa tempestas, & rediret serena tranquillitas. Vnde me vobis archiepiscopis charitatis vinculis astrinxistis, & inexcusabilem commodorum executorè acquisistis. Sed in hoc nubilo mentis meæ plenam adhuc consolationem nō ha-

Iuo ep. 115  
IVONIS  
APOSTO-  
LICVS AN  
NYNTIA-  
TOR.  
XVII.

Heb. 10.

Gen. 4.

XVIII.

Id. ep. 99

QVA PAS  
SVS IVO  
PRO TE  
STANDA  
VERITA-  
TE.

Rom. 3.

XIX.

2. Tim. 2

Mat. 24

Luc. 13.

Apoc. 6.

XX.

Kuo. ep.  
02.

IVO AGIT  
CVM RE-  
GE PRO  
SVBLA-  
TIS BO-  
NIS EC-  
CLES.

Prou. 27

XXI.

Iuo ep.  
100.

IVO DE  
TRVSVS  
IN CAR-  
CEREM  
QVID AD  
SVOS.

\*f. pro me

Ar. 12

XXII.

Iuo ep.  
101  
XXII.

bus, quod illi sancta latissia, quando corpus beati Iuliani translatus est, adduc in ergastulo clausus interesse non meruit. Possit autem vestri aternitas hanc nubem cordis mei in serenitatem cito conuertere, si aliquas illius sancti corporis reliquias paruitati mea vel letis communicare: non enim patrocinium loci vestri minueretur, sed fama & meritum beati Confessoris pro mea occasione in Belgica prouincia, in qua meritum eius minus notum est, publicaretur, & festiuitas eius omni anno celebriter coleretur. Mandate igitur per fratrem istum, cum ad nos redierit si hoc fieri possit, quatenus vel ad vos mittam, vel ipsemet. si vobis visum fuerit veniam. Vale. Sed iam ad Vrbani Pontificem redeamus, paratam habentem securim ad praecedendum omnem altitudinem, extolentem se aduersus scientiam Dei.

XXIV. CONCILIVM CLARAMONT.

Sic igitur post haec ipse Vrbani Pötifex apud Arternos Concilium tandem celebrandum indixit, de quo Bertholdus in Gallijs ad Clarum montem Synodus generalis à domino Papa in octaua S. Martini congregata est, in qua tredecim Archiepiscopi cum eorum Suffraganeis fuerunt, & ducenta quing. pastores virga numerate sunt. In hac Synodo Dominus Papa eadem statuta, quae & in praeterita Synodo Placentina, confirmauit. Insuper & Philippum Regem Galliarum excommunicauit, eo quod propria vxore dimissa, militis sui vxorem sibi in coniugium sociauit. Ibi etiã aliam Synodum in tertiam subsequenti Quadragesima hebdomadam Turoni celebrandam denuntiavit. Haec ipse. Eadem de excommunicato Rege Sigebertus. Sed & Bertradam regiam pellicem eadem excommunicatione multatam, a Vuillelmo in rebus Anglicis tradit, canonesq; recenset. Porro ex Concilio Claramontensi triginta duo canones exscripti reperiuntur in codice Lamberti Episcopi Atrebatensis, ex quo totidem lineis Antonius Augustinus sic descripsit.

officel. maim. lib. 4. c. 2.

XXV. \*quarto

Anno Domini Christi millesimo nonagesimo \* quarto, mense Decembrio, decreta domini Vrbani Papa Secundi in Claramontensi Concilio data. Ita titulus praefixus à librario sequentibus canonibus, & primum propter schismaticos foedere coniungendos.

CANONES CONCILII CLARAMONT.

1. Statutum est, vt omni die & monachi & Clerici & faminae, & qua cum eu fuerint, in pace permaneant, tribus autem diebus scilicet secunda, tertia, & quarta ab aliquo alicui illata non reputabitur pacis fractio, quatuor autem reliquis diebus, si quis alicui iniuriam intulerit: si actionis sanctae pacis reus habeatur, & prouidudicatum fuerit puniatur.

dist. 6. c. nullus.

dist. 6. c. 1.

\*saltem

2. Quicumq; pro sola deuotione, non pro honore vel pecunia adoptione ad liberandam Ecclesiam Dei Hierusalem propisus fuerit: iter illud pro omni poenitentia reputetur.

3. Vt nullus fiat Decanus in Ecclesia nisi presbyter, nullus Archidiaconus, nisi Leuita.

4. Ne aliquis clericus arma deferat.

5. Vt nullus laicus, clericus, vel tantum subdiaconus in Episcopum eligatur.

6. Vt nullus sibi prabendam emas. Quod si quis emerit, vel parentes eius illi emerint, in manum & dispositionem Episcopi se reddat. Hoc idem de altari & de omni Ecclesiastico beneficio fiat.

XXVI.

7. Vt altaria congregationibus canonicorum vel monachorum per personas data, mortuis personis, libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta vel priuilegia confirmata.

8. Vt nullus deinceps sepulturam exigat.

9. Vt nullus sacerdos, aut diaconus, aut subdiaconus; sed & nullus qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adiungat. Quod si fecerit, à canonica omnino arceatur.

10. Vt in domibus clericorum nullas liceat habitare mulieres, nisi quas sancti canones permittunt.

11. Vt nulli filij concubinarum ad ordines, vel aliquos honores Ecclesiasticos promoueantur, nisi monachaliter, vel canonicè vixerint in Ecclesia.

12. Vt nulli Clericorum liceat deinceps in duabus ciuitatibus duas prabendas obtinere, cum duos titulos non possit habere.

13. Vt omnis clericus ad eum titulum, ad quem primum ordinatus est, semper ordinetur.

14. Vt nullus deinceps in vna Ecclesia geminos honores habeat.

15. Vt nullus Ecclesiasticorum aliquem honorem à manu laicorum accipiat.

16. Interdictum est, ne Reges vel alij Principes aliquam inuenturam de Ecclesiasticis honoribus faciant.

17. Ne Episcopus vel sacerdos Regi, vel alicui laico in manibus ligium fidelitatem faciat.

18. Vt nullus presbyter Capellanus alicuius laici esse possit in confessione sui Episcopi.

19. Ne laici decimam partem de laboribus suis retineant, & sicut nec debent retinere, ita nec accipere.

20. Vnde & interdictum est omnibus laicis, ne amplius altaria vel Ecclesias sibi retineant.

21. Ne aliquis laicus alterius sibi hereditates usurpet: quod si quis fecerit, nec reus satisfecerit, nullus sacerdos eum interim ad poenitentiam admittat.

22. Similiter nec alium quemlibet, nisi perfectam confessionem fecerit. Verbi gratia, vt si \* perpetrato homicidio, manserit in adulterio, vel huiusmodi, ad perfectam poenitentiam minime recipi debere, decretum est. Attamen consilium damus, vt ieiunet, & elemosinas det, vt ad veritatis viam possit reuerti.

23. Vt nullus Christianus à capite ieiunij vsq; ad Pascha carnem comedat.

24. Ne fiant \* ordines, nisi Quatuor certis temporibus, & sabbatho mediante Quadragesima: & tunc protrahatur ieiunium vsque ad Vesperas, & si fieri potest vsq; ad crastinum, vt magis appareat in die Dominico ordines fieri.

25. Ne filij presbyterorum, diaconorum, vel subdiaconorum, canonicorum ad ordines, vel alios honores Ecclesiasticos promoueantur, nisi monachus vel canonicus fuerit.

26. Vt in Sabbatho sancto protrahatur ieiunium circa noctem.

27. Vt semper fiat ieiunium Veris in prima hebdomada Quadragesima. Ieiunium verò aestiu in prima hebdomada Petrecostes.

28. Ne quis communcet de altari, nisi corpus separatim & sanguinem similiter sumat, nisi per necessitatem, & per cancelam. Idque ob recentem damnatam haesim Berengerianam, quae per vnam tantum speciem satis esse impleri figuram, aiebat.

29. Si quis ad aliquam Crucem in via persequentibus inimicis, confugerit: liber ac si in ipsa Ecclesia permaneat.

30. Quod si quis pro securitate Ecclesiae vel praedictae Crucis aliquod crimen peregerit, & ad Ecclesiam vel Crucem confugerit, accepta securitate vita & membrorum, reddatur iustitia.

31. Ne aliquis clericus res Episcoporum vel clericorum in vita vel post mortem eorum diripiat, vel in vfus proprios confectat. Quod si quis fecerit: anathema sit; & dictum est ab omnibus. Fiat.

32. Si quis Episcopum ceperit & in carcerauerit: perpetua infamia subiaceat, vltius arma non exerceat. Et clamatum est ab omnibus. Fiat. Haec sunt inueniuntur in libro Lamberti Episcopi Atrebatensis, ante quadragesimos annos scripto: quae quia in promptu erant, mittenda praesui.

Apud Gratianum insuper ista leguntur: b Congregato apud Claramontem vrbem multorum Episcoporum synodali conuentu; proposita est nobis à quibusdam eorum questio de Ecclesiis, vel de ecclesiasticis questionibus, à clericis vel monachis vsque ad praesentiarum, inconsultis Episcopis, acquisitis. Nos autem vsi saniori consilio eorundem Episcoporum, condescendentes pro tempore, prouidentisque Ecclesiasticae pacis, vel qui aliter absque inuitabili periculo huiusmodi questio non poterat procedere: Apostolica auctoritate decreuimus, vt ea quae à clericis vel monachis, vel à quibuscunque personis prout potuerint, vsque hodie fuerint acquisita, & a perenniter, & inconcussa permaneant, hoc tamen enore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia praesumant. Excepit ista Gratianus ex collectione Bernardi Papiensis. Porro apud eundem Gratianum recitati inueniuntur aliquot canones eiusdem Concilij Claramontensis sub titulo c Concilij Aruenfis, cum eadem sit ciuitas.

Insuper & haec sub eodem Concilio Claramontensi leguntur posita: d In Ecclesia vbi monachi habitant, populum per monachum nõ regatur, sed Capellanus qui populum regat, ab Episcopo per consilium monachorum instituat: ita tamen, vt ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio, quam depositio, & totius vitae pendeat conuersatio. Haec ex Concilio Claramontensi. At nõ ita de regularibus clericis faciendum respondit e Iuo his verbis aduersus Lemouicensem Episcopum, talia in Synodo

\*f. absque concefio ne XXVII.

\*al. de perpetrato homicidio confel sus fuerit: manserit in adulterio. \*ordinationes.

XXV. III.

b. 6. q. 7. c. 2. XXIX.

\*dist. 60. c. 1. & 1. q. 3. c. 4. & 4iij.

XXIX. d. c. 1. de ca. monach. Greg. 9. c. 2. eod. tit. in prima collect. \*Iuo ep. 93.



diocesana ita tunc: *Quantum intellexit ex litteris ex vestra parte mihi nuper oblati. gratia uero fert vestra fraternitas, quod Lemouicensis Episcopus in synodo agens, interdixit omnibus regularibus clericis & regimen parochiarum, & confessionem penitentium. Qui rectius quidem fecisset, si omnes sacerdotes ad regularem vitam inuisset, quam regulariter uiuentes a Dominicarum ouium custodia penitus remouisset, quibus tanto plus displicet aliena malitia, quanto longius discesserunt a sua, &c.* Suadet tamen Episcopo obedire.

X XXXI.

Lib. 4. Annal. Franc.

Contigit autem, ut alij Collectores in his laborarent, licet non omnes recensuerint canones, neque eodem ordine, exscripserintq; sed longè minorem numerum, ut inter alios Franciscus Belleforestus, qui proficitur ex scripto codice Abbatie sancti Dionysij se descripsisse, sed lingua Gallica, a Serario Iesuita viro insignis nominis nostri temporis ita Latine reddita:

*Primo statutum est, ut nullus Episcopus, vel Abbas, vel alius a Clero cuius dignitatem vllam Ecclesiasticam a Principibus laicis & secularibus acciperet. Ita quod vigeret eiusmodi controuerfia, refragantibus schismaticis Principibus: in singulis quippe Concilijs hoc seculo celebratis id repetitum saepe reperies. Pergit:*

*Eademq; opera omnem simoniacam rerum sacrarum acquisitionem vetuit. Prohibuit omnibus in ordinibus sacris constitutis, ne cum mulieribus vel matrimonio coniunctis, vel non coniunctis consuetudinem haberent, sed in perpetuo degerent coelibatu.*

*Quod si quis fornicatione pollueretur: omni Ecclesiastica priuari dignitate iusserunt.*

*Vti absoluerentur a simonia crimine qui beneficia possiderent, a suis cognatis eorum causa pretio empta, illis tamen insciji.*

*Verum est etiam laicis a die Cinerum ad festu Pascha carnis vesci. Clericis autem & in Ecclesia promotis a Quinquagesima Dominica ad diem Resurrectionis Domini.*

XXXII.

*Neue Sabbathi sancti officium diuinum ante hora nonam matutinam celebraretur.*

*Qui manus inieceret in Episcopum, vel eum in vincula, aut carcerem duceret, impius declaratus est, & legis cognitionisq; Dei penitus exers, & vt anathemate feriretur, atq; ab Ecclesia communione rejiceretur.*

*Qui parem vim faceret clericis, atq; ad ordines sacros promotis fuerunt, & anathemate percussi, & qui bona morientium Episcoporum vel Abbatum inuaderent, tanquam sacrilegi & excommunicati.*

*Vt nemo admitteretur, vel consecraretur in Episcopum, nisi presbyter aut diaconus esset, aut subdiaconus, & illustri genere ortus: nisi forte a Pontifice, cum illo dispensatum esset.*

*Nec filios presbyterorum, aut alios etiam ex cocubinis susceptos liberos ad presbyteratus gradum prouehi liceret, nisi aliquo in monasterio religionem professi essent.*

XXXIII.

*Ne parochi & qui praesunt Ecclesijs, ob sepulturam defunctorum quidquam acciperent, vel exigerent.*

*Mandatum esse etiam omnibus Christianis, vt diebus singulis sabbathi officium beatae virginis recitarent. Hucusq; ibi.*

Sed praecipuum fuit illud, cuius causa potissimum illud Concilium indictum & collectum fuit, vt in eo indiceretur expeditio in Terram sanctam, de qua dicturi, historiam sui nobilitate insignem, sed iam omnibus notam aggredimur, ob idq; ea tantum monumenta veterum, quae vel dicta, vel scripta tunc fuisse reperiuntur, hic descripturifumus.

XXXIV.

VRBAN. PAP. IN DICIT EXPEDITIONEM IN TERRAM SANCTAM.

Vrbanus igitur Papa, quod sciret saepe a praedecessore suo Gregorio Septimo id esse tentatum, sed schismaticis intercedentibus, varijsq; bellis, fuisse impeditum: vrgentibus litteris Alexij Imperatoris, nuper in Placentino Concilio lectis, rem nauiter agere cepit, vt ex fidelibus Christianis cogeretur exercitus in auxilium periclitantis Orientalis Ecclesiae, potissimum verò Hierosolymorum, a cuius Patriarcha Simeone, deferente Petro Eremita natione Gallo, patria Ambianensi, litteras comiseratione dignas acceperat, quibus Christi incunabula, eiusque Sepulchrum atq; reliqua loca sancta, eiusdem Redemptoris nostri memoria consecrata ab infidelibus Turcis profanata, omni genere contumeliarum affecta deplorabat. Iste enim teste Vuillelmo Tyrio Archiepiscopo, qui eam de bello

by uillel. de bell. sac.

sacro historiã texuit (quem sequimur) cum petisset Hierosolymam, & litteras ad Vrbanum Papã, & ad Christianos Principes accepisset; a Christo quoq; per visum, dum oraret ad sacrosancti templum Resurrectionis, ad tanti muneris obeundum legationem accepit, non autè per Epistolam de caelo lapsam, vt plures sunt fabulati. Perdifficile inter veritatis septa continetur stylus historicorum, ne ad fabulosa vulgo iactata declinet. Quod solũ vitat, qui non aliunde, quam ab originariis fontibus purã curat haurire aquam. Hic igitur ad tantũ opus missus a Deo, ad sacrum bellum, afflatus diuino spiritu, classiciũ potenter intonuit, cuius diuinã tubã elãgore, ab vniuerso penè orbe Occidentali ad arma concurratur. Attamẽ primarius dux verbi, atq; promotor tantã molis operis Vrbanus Pontifex erat, qui in hoc ipso Claramontensi Concilio ad fratres eiusmodi, quam recitat C Tyrius, habuit concionem.

lib. 1. cap. 11. 12.

*Notis frates dilectissimi ( & vestram nosse id expedit charitatem) quomodo humani generis Reparator pro nostra omnium salute carnem assumẽs, & homo inter homines conuersatus, terrã promissionis, quam pridem patribus promiserat, propria illustrauit presentia, & assumpta dispensationis operibus, & crebra simul miraculorum exhibitione reddidit specialiter insignem. Id enim & veteris & noui in omnibus syllabis docet series Testamenti. Quadã sanẽ dilectionis prerogatiua certum est eam dilexisse, ita vt eã orbis partem, in d partem, hereditatem suam dignatus est appellare, cũ eius sit omnis terra & plenitudo eius. Vnde per Isaiam ait: Hæreditas mea Israel. Et item: Vineam Domini Sabaoth domus Israel est. Et licet totam in partem præcipuam sibi dedicauerit ab initio; peculiariter tamẽ Vrbanum sanctam sibi adoptauerit in propriã, testante Propheta, qui ait: Diligit Dominus portam Sion, super omnia tabernacula Iacob. De qua gloria Domini . . . videlicet quod in ea docens, passus & resurgens Saluator, salutem operatus est in medio terrã. Ad hoc a saculo est prælecta, vt tantorũ esset conscia, & cella familiaris ministeriorũ. Electa nimirũ, q; ipse qui elegit, testatur dicens: Et de Hierusalẽ ciuitate, q; elegi, veniet vobis Saluator.*

et id. ib. c. 15 XXXV.

SYNODALIS CONCILIO VRBANI PAP.

d Isa. 19. c Idem 5.

Psal. 86.

XXXVI

*Quam etsi peccatis inhabitantium id exigentibus, iusto iudicio suo in manus impiorum sapius tradi permiserit Dominus, & dura iugum seruitutis ad tempus eam sustinere passus sit: non tamen arbitrandum est, quod eam quasi a se repudiatam abiecerit, cum scriptum sit: g Flagellat Dominus omnem filium quem recipit: illi verò thesaurizatur iram, cui dicitur: h Recesit zelus meus a te: iam amplius non irascar tibi. Diligit ergo eam, nec intepuit erga eam dilectionis serior, cui dicit: i Eris corona gloriae in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui, & nõ vocaberis amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea, quia complacuit Dominus in te.*

g Heb. 12. h Eze. 16.

i Isa. 28.

*Hæc igitur salutis nostra canabula, Domini patriam, religionis matrem, populum absq; Deo, ancilla filius Aegyptia possidet violenter, & captiuatis liber a filijs, extremas imponit condiciones, quibus versa vice merito seruire tenebatur.*

DE PLO. RAT VRBAN. PP. CALAMITATES TERRÆ SANCTÆ. XXXVII.

X X X VII.

k Gen. 21.

*Sed quid scriptum est? k Eijce ancillam & filium eius. Sarracenorum enim gens impia, & mundanarum sectarum traditionum, loca sancta, in quibus steterunt pedes Domini, iam a multis retrò temporibus violenta premit tyrannide: subactis Fidelibus & in seruitutem damnatis, ingressi sunt canes in sancta, profanatum est Sanctuarium, humiliatus est cultor Dei populus, angarias patitur indignas genus electum, seruit in luto & in latere regale sacerdotium: princeps prouinciarum facta est sub tributo ciuitas Dei. Cuius non liquefiat anima, cuius non tabescant prae corda ijs ad animũ recurrentibus? Quis hæc sicis oculis audire potest, fratres charissimi? Templum Domini, de quo zelans l Dominus vendentes eiecit, & ementes, ne domus Patris eius fieret spelunca latronum, facta est sedes demoniorum. Id ipsum enim & Mathathiam sacerdotem magnum, sanctorum progenitorem Machabeorum ad zelum accendit commendabilem, sicut ipse testatur, dicens: m*

l Luc. 19.

m 1. Mac. 2.

X X X VIII.

*Templum Domini quasi vir ignobilis, vasa gloriae eius abducta sunt captiua. Ciuitas Regum Regum omnium, qua alijs regulas intemeratae tradidit Fidei, Gentium superstitionibus cogitur inuita deseruire. Sancta Resurrectionis Ecclesia, requies dormientis & Resurrectorum sustinet imperia, sedatur spurcitij eorum, qui Resurrectionis non habebunt participij, sed stipula ignis aeterni perennibus deputabuntur incendijs. Loca venerabilia diuinis deputata mysterijs, quae Dominum in carne susceperunt hospitem, signa viderunt, senserunt beneficia, quorum omnium in se plena fide prætendunt argumenta, facta sunt gregum praesepia, stabula iumentorum.*

Laudabilis populus, cui benedixit Dominus exercituum, sub angariarum & sordidarum patrarum pondere gemit fatigatus, rapuntur eorum filij matricis Ecclesia chara pignora, vt Gertium imunditij deseruiant, & nomē Dei viui abnegent, vel ore blasphemant sacrilego, compelluntur: aut imperia detrectantes caduntur gladijs more bidentum, sanctis Martyribus sociandi. Non est sacrilegij locorum differentia, non est personarum respectus. In sanctuarijs occiduntur sacerdotes & Leuita, coguntur virgines fornicari, aut per tormeta perire, nec matronis etas maturior suffragatur.

XXXIX

aPsal. 78.  
bPsal. 93.  
cPsal. 78.  
dPsal. 88.

eThre. 5.  
f1. Mac. 2

XL.  
VRBANVS  
PAP. HOI  
TATVR  
FIDELIS  
AD SVL  
V ENIEN  
DVM OF  
PRESSIS  
Et. Mac. 3  
\*Fruentata

Va nobis, qui in hanc tam periculoso temporis descendimus miseriam, quam in spiritu prouidens electus à Domino Dauid Rex fidelis deplorat, dicens: <sup>a</sup>Deus venerunt Gentes in hereditatem tuā: polluerunt templum sanctum tuum. Et item: <sup>b</sup>Populum tuum humiliauerunt, & hereditatem tuam vexauerunt? <sup>c</sup>Vt quid Domini iraseris in sinem, accendetur velut ignis irata tua? <sup>d</sup>Vbi sunt misericordiae tuae antiquae Domine? Verumne est, quod dicitur: Non obliuiscetur misereri Deus: non continebit in ira sua misericordias suas. <sup>e</sup>Recordare Domine, quid acciderit nobis, intueri & vide opprobrium nostrum. <sup>f</sup>Va nobis, vt quid nati sumus videre corruptionem populi nostri, & contritionem ciuitatis sanctae, & sedere illis, cum dantur in manibus inimicorum sanctae?

Vos igitur, dilectissimi, armamini zelo Dei, accingimini vnusquisque gladio suo super femur suum potentissime. & Accingimini, & estote filij potentes; melius est enim nobis mori in bello, quam vivere mala gentis nostra & Sanctorum. Si quis zelum legis Dei habet, adungat se nobis. Subueniamus fratribus nostris, disimpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum. Egre dimini, & Dominus erit vobiscum, armaque cade mutua illius creuentatis, in hostes Fidei & nominis Christiani conuertite. Fura incendia, rapinas, homicidia, & cetera, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt, hoc Deo bene placito redimite obsequio, vt delictorum, quibus Dominum ad iracundiam prouocasti, celerem indulgentiam hac vobis obtineant pietatis opera, & deprecatio colata Sanctorum. Moneamus igitur & exhortamur in Domino, & in remissionem peccatorum imungimus, vt fratribus nostris & celestis regni cohaereditibus (omnes enim inuicem sumus membra, cohaeredites autem Christi) qui Hierosolymis, & in sinibus eius habitant, afflictionis & laboribus compatiētes, Infidelium insolentiam, qui sibi regna, principatus & potestates subijcere contendunt, debita compescatis animaduersione, & illis totis viribus occurratis, quibus est propositum nomen delere Christianum. Alioquin futurum est, vt in proximo Ecclesia Dei iugum indebiti perferens seruitutis, Fidei sentiat dispensium, praeualent & gentilium superstitione. In qua tamen positi sint afflictione, nouerunt ex vobis nonnulli, qui haec qua loquimur, oculata aspexerunt fide, & praesens illorum, per manum Petri viri venerabilis, qui praesens est, ad nos delata docet Ecclesia.

\*Epistola

XXI.

Nos autem misericordia Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperunt, & onus sibi huius peregrinationis assumpserunt, immensas pro suis delictis penitentias relaxamus. Qui autem in vera penitentia decesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum aeternae mercedis se non dubitent habituros. Interim vero eos, qui ardore Fidei ad expugnandos illos laborem istum assumpserunt; sub Ecclesia defensione, & beatorum Petri & Pauli protectione, tanquam vera obedientia filios recipimus, & ab vniuersis inquietationibus, tam in rebus alienis, quam in proprijs statuimus manere securos. Si vero quisquam molestare eos ausu temerario praesumpserit: per Episcopum loci excommunicatione feriatur, & tamdiu sententia ab omnibus obseruetur, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congrue satisfiat.

XXII.

Episcopi vero & presbyteri, qui talibus forsitan non resisterint: officij suspensione mulcentur, donec misericordiam Sedis Apostolicae obtineant. Haec tunc Urbanus in Synodo perorauit, subiicit vero ista Tyrinus: His dictis finem dicendi fecit, praecipiens ijs, qui aderant, ecclesiarum Praelatis vt ad propria reuertii cum omni instantia & debita sollicitudine plebes suas ad idem hortentur, & inuitent diligentius. Et paulo post: Ante omnia iuxta scriptura Synodi fideliter laborantes, vt pax qua verbo vulgari Tregua dicitur, ab omnibus obseruaretur illibata, ne ire volentibus, & ad necessaria discurrere, vllum obiceretur impedimentum. Extremus alius adhuc sermo ab hoc plane diuersus, eiusdem Urbani Pontificis, recitatus à h. Vuillelmo Malmesburienfi

h. Vuil. de  
eb. Angl.  
lib. 4. c. 2.

in historia rerum Anglicarum: vt non mirum sit in eodem Concilio de re tanta eundem Pontificem saepius perorasse, vel in alijs Concilijs ab eo eadem ex causa habitis, sermones alios habuisse. Quin etiam inter fecdas Vaticanae bibliothecae adhuc alium sermonem Urbani Papae reperimus, à duobus nominatis plane diuersum, quē hic describendo, ne pereat, perpetuitati consecrandum putauimus. Sic se habet:

Sermo Urbani Papae in Concilio Claramontensi.

Audiuimus, fratres dilectissimi, & audistis, quod sine profutulis singultibus tractare nequaquam possumus, quantis calamitatibus, quantis incommoditatibus, quam diuisis contritionibus in Hierusalem & in Antiochia & in ceteris Orientalis plagae ciuitatibus, Christiani nostri, fratres nostri, membra Christi flagellantur, opprimuntur, iniuriantur. Germani fratres vestri, contubernales vestri, couterini vestri. Nam & eiusdem Christi & eiusdem etiam Dei filij estis, & in ipsi suis domibus hereditarijs ab alienis dominis macipantur, vel ex ipsi exploduntur, aut inter vos mendicant, aut quod grauius est, in ipsi suis patrimonijs venales exulant, & vapulant. Effunditur sanguis Christianus Christi sanguine redemptus, & caro Christiana carni Christi consanguinea nefandis inepsis, & seruitutibus nefarijs mancipatur. Illi in vrbibus vbiq; lacus, vbiq; miseria, vbiq; gemitus. Suspirio haec dico, Ecclesia, in quibus olim diuina celebrata sunt sacrificia pro dolor ecce animalibus eorum sunt stabula. Nequaquam homines sancti occupauerunt ciuitates: Turca spurci & immundi nostris fratribus dominantur. Antiochia beatus Petrus praesens Episcopus: ecce in ipsa ecclesia Gentile suas collocauerunt superstitiones, & religionem Christianam, quam potissimum coluisse debuerant, ab aula Deo dedicata turpiter eliminant.

XLIII.  
SERMO A.  
LIVS VR.  
BAN. PP.  
IN CON.  
CILIO.

Prædica Sanctorum stipendijs dedita, & nobilium patrimonio sustentandis pauperibus contra aditā Pagana tyranni subijciuntur, esq; in proprio vsu redactis domini crudeles abutuntur. Sacerdotum Dei humo tenuis conculcatum est, Sacerdium Dei per nefas vbiq; profanatum est: si qui adhuc ibi latitant Christiani, vbi audistis, exquiruntur tormentis. De sancta Hierusalem fratres, . . . loqui dissimulauimus, quod valde de ea loqui pertimescimus, quoniam ipsa ciuitas, in qua (prout omnes nostis) Iesus Christus pro nobis passus, peccatis nostris exigentibus, sub spurcitiā Paganorum redacta, Deiq; seruituti ad ignominiam nostram diu subducta est. Quod enim superest Imperij nostri, tantillum est Christianorum qui ista promeruimus, est dedecus. Cui seruit nunc Ecclesia beata Maria, in qua ipsa pro corpore sepulta fuit in valle iosaphat? Sed quid templum Salomonis, imò Domini, praetermittimus, in quo simulachra sua barbara nationes contra ius & fam modo collocata venerantur? De sepulchro Dominico idēd remissis superfedemus, quoniam oculis vestris vidistis, quanta abominatiō traditum sit.

XLIV.

Inde violenter abstrahunt, quas ibi pro cultu illius multoties intulistis oblationes. Ibi nimirum multas & innumeras religioni nostrae ingerunt irrationes. Et tamen in illo loco (non ignara loquor) requieuit Deus: ibi pro nobis mortuus est, ibi sepultus est. Neque equidem ibi Deus hoc annuatim praetermittit facere miraculum, cum in diebus passionis suae, extinctis omnibus, & in sepulchro, & in Ecclesia circum circa lumibus, iubare diuino lampades extinctae reaccendantur. Cuius peccus silicium factum tantum miraculum non emolliat? Cuius cor virtus diuina tam praesens ad fidem non verberat, & cum Gentiles cum Christianis ista videant communiter, nec emendantur. Perterrentur equidem hi, nec conuertuntur ad fidem nec mirum, quoniam mentis obcaecatio illis dominatur. Quāntis afflictionibus vos, qui adestis, qui redistis, inuasert, vos ipsi melius nostis, qui substantias vestras, qui sanguinē vestrum ibi Deo immolastis.

XLV.

Haec idēd fratres diximus, vt vos ipsos sermonis nostri testes habeamus. Plures sunt & fratrum nostrorum miseria, & Ecclesiarum Dei depopulationes, quae sigillatim possemus referre, sed instant lacryma & gemitus, & instant suspiria & singultus. Ploremus fratres, eia ploremus, & cum i. Psal. ista medulatus plorantes, ingemiscamus, nos miseri, nos infelices, quorum tempore Dei propheta ista completa est: Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt morticina seruatorum tuorum escas volatilibus caeli, carnes Sanctorum tuorum bestijs

XLVI.

ip. sal. 78.

terra. Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Vt nobis fratres, nos qui iam facti sumus opprobrium vicinis nostris, subannatio & illusio hu, qui in circuitu nostro sunt. Condoleamus & compatiamur fratribus nostris saltem in lacrymis. Nos abiectio plebis facti, & omnibus deteriores immanissimam sanctissima terra plagamus deustatione. Quam terram merito sancti diximus, in qua non est etiam passus pedis, quem non illustraverit, & sanctificaverit vel corpus, vel umbra Saluatoris, vel gloriosa presentia sancta Dei Genitricis, vel amplectendus Apostolorum commectus, vel Martyrum ebibendus sanguis effusus. Quam beati, o Stephane protomartyr, qui te laureauerunt lapides? Quam felices, o tunc Baptista Ioannes, qui tibi ad Saluatorem baptizandum seruerit Iordanici latites? Filij Israel ab Aegyptijs educti, qui rubri maris transitu vos prafigurauerunt, terram illam armis suis, Iesu duce, sibi vendicauerunt. Iebuseos, & alios comenas inde expulerunt, & instar Hierusalē caelestis, Hierusalem terrenam excoluerunt.

XLVII.

Quid dicimus fratres? audite & intelligite. Vos accincti cingulo militia magno supercilio fratres vestros delinatis, atq; inter vos dissecamini. Non est hac militia Christi, qua describit ouile Redemptoris. Sancta Ecclesia ad suorum opitulationem sibi reseruauit militiam (vt veritatem fateamur) cuius precones esse debemus. Non teneris verē viam, per quam eatis ad salutem, & vitam. Vos pupillorum oppressores, vos viduarū praeuatores, vos homicida, vos sacrilegi, vos alieni iuris direptores, vos pro effundendo sanguine Christiano expectatis latrocinantium stipendia, & sicut vultures odorantur cadauera, sic longinquorum partium auspicamini & sectamini bella. Certē via ista pessima est, quoniam a Deo omnino remota est. Porro si vultis animabus vestris consuli, istiusmodi militia cingulum quantum deponite, & ad defendendā Orientalem Ecclesiam velotius concurrite. Hec est enim, de qua totius vestra salutis emanauerunt gaudia, que distillauit in os vestrum diuini Latūs vbera, que nobis propinquit Euangeliorum sacrosanctā dogmata. Hac ideo fratres, dicimus, vt & manus homicidas a fraterna nece contineatis, & pro filijs domesticis vos externis nationibus opponatis, & sub Iesu Christo duce vestro, acies Christiana, acies inuisibilis melius, quam ipsi veteres Israelita pro vestra Hierusalem decertatis, & Turcos, qui in ea sunt nefandiores, quā Iebusei, impugnetis & expugnetis.

XLVIII

Pulchrum sit vobis in illa ciuitate mori pro Christo, in qua pro vobis Christus mortuus est. Ceterum si vos ante mori contigerit, id ipsum autumate mori in via, si tamen Christus in sua vos inuenierit militia. Deus enim denarij retributor est prima & hora sexta. Horrendum est fratres, horrendum est, vos in Christianis rapacem manum extendere. In Sarracenos gladium vibrare, singulare bonū est, quia & charitas est, pro fratribus animas deponere. Nec verō de crastinis euentibus solliciti sitis, sciatis quia timentibus Deum nihil est, nec is, qui cum diligunt in veritate. Facultates etiam inimicorum nostrorum vestra erūt, quoniam & illorum thesauros expoliabitis, vt vel victoriosi ad propria remeabit, vel sanguine vestro purpurati perenne brauium adipiscimini. Tali Imperatori militare debetis, cui panis decesse non potest, cui quae repedit nulla defunt stipendia. Via breuis, labor permodicus est, qui tamē immarcescibilem vobis rependat coronam. Iam nunc ergo auctoritate loquamur prophetica: Accingimini, inquam, & estote filij potentes, quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostrae & Sanctorum. Non vos demulceant illecebrosa blandimenta mulierum, verumq; vestrarum, quin eatis; nec vos deterreant perferendi labores, quatenus remaneatis. Et cōuerfus ad Episcopos.

ap sal. 44  
bi. Mac. 3

XLIX.

Vos, inquit, fratres & Coepiscopi, consacerdotes & coheredes Christi per ecclesias vobis commissas id ipsum annuntiate, & viā in Hierusalem toto ore vniuersaliter predicare. Confessi peccatorum suorum ignorantiam, securi de Christo celerem impetrent veniam. Vos autē qui iuri estis, habeatis nos pro vobis oratores; nos habeamus vos pro populo Dei pugnatores. Nostrum est orare, vestrum est contra Amalechitas pugnare, nos extendemus cum Moysē manus indefessas orantes in caelum; vos exerite & vibrare intrepidi praecitatores in Amalech gladium. Amen. Haecenus ibi.

VRBAN. PAP. MVL  
TVS IN EXHOR-  
TANDO.

Fuisse autem multum in exhortando suis cōcionibus Vrbanum Papam, docet etiam Dominico presbyter in vita Mathildis versibus istis, quibus & plurimū ipsum Christianum populum profecisse testatur:

Vrbani Galli Papae Petri quasi sancti  
Dicta receperunt, & ei bona multa dederunt.  
Verba salutis eis dabit hic pastor vice Petri,  
Nam docuit summus Pater illos ire Sepulchrum  
Ad Domini nostri, locus vt purgetur, & hostis  
Inde repellatur populus Paganus amarus.  
O fidei semen! bona germina quot modo prabes,  
Cum\* vtiles flores resuunt pastoris ab ore,  
Et parium fructus, &c.

L.

Sed ne quid rerum gestarum ac verborum Papae Urbani pereat, accipe ad eandem expeditionem spectantē praesentem canonem:

Item placuit omnia bona eorum, qui Hierosolymas pergunt, semper & vbique esse salua in pace & tregua, quousque redierint. Recitantur ista ibidem inter canones tunc ab Urbano Papa editos, inter quos primus est de pace & tregua constitutus.

Vt autem indictam in Synodo expeditionem promoveret Vrbanus Papa, permanfit in Gallijs. Episcopi autem ad sua reuerfi hand otiosi perfitere, sed in suis digressibus singuli singula circumeunt oppida, Hierosolymitanam expeditionē magno animi feruore litteris potēficijs indicabant. Porro eorum, qui eiusmodi caelesti tuba excitati nomina dabant, infinita erat propemodum multitudo, vt opus fuerit dehortari plurimos, quorū vel aetas, vel sexus, vel valetudo pōderi militari subeundo impar esse, manifestis indicijs videbatur, adeo vt magnus fuerit delectus habendus.

PRADI  
CATVR  
VBIQVE  
EXPEDI  
TIO HIE  
ROSOLY  
MIT.

INDVL  
GENTIA  
STIPEN  
DIUM.

Pro stipendio erat Indulgentia peccatorum proposita, atque vt c Petrus diaconus ait: Exat pro militari, signū sanctissimae Crucis. De qua, inquit: Ad huius rei euident indicium, cōmuni consilio signum sanctae Crucis super scapulam dexteram impresse vestibus. At ista anno sequenti, quo ad bellum sacrum delectus est habitus. Post Synodum enim absolutam, labente ad finē anno, vrgente hieme, promouendi vltieris rem tantam interclusus est aditus.

\*Pet. diac.  
Chro. Cass.  
li. 4. c. 11.  
CRVX TES  
SERA MI  
LITARIS.

Vt autem res difficilissima inchoanda, haecenus in Ecclesia Catholica intentata opratum consequi posset effectum, placuit Urbano Pontifici Dei genitricis precibus annitentem, vt conciliaret sibi caeleste numen, quod probè sciret experimento, quaeq; ardua progressura felicitate, quibus B. Mariae Virginis faueret gratia, & aspiraret auxilium. Ad quod promerendum idem Christi Vicarius eodem Claramontensi Concilio, rogata sententia Patrum egit, vt horariae illae preces & laudes, quae vulgo Dei genitricis appellari consueverunt Officium, apud monachos eremitas institutionis Petri Damiani (vt superius vidim\*) frequentari cōpta, ex illis deducerentur ad clericos, a quibus dignè ex animo eidē sanctissimae Virgini persolui deberent, vt ipsa apud Filium precibus ageret, quo fidelis populus in tot & tantis discrimini bus subeundis, eius fulciretur auxilio, atq; praesidio muniretur. Quod quidem tunc a sancta Synodo, Urbano agēte, ea occasione indictum, & a clericis piè susceptum, ad laicos quoque tam viros quam mulieres propagatum, & quidē cum magno scēnore gratiarum, vt experti sunt omnes iugiterq; experiūtur Fideles, illud ex animo frequentatēs: quas preces & Carthusiani diuino nomino haud pridem susceperē dicendas.

LI.  
OFFICI  
VM DEI  
GENITRI  
CIS MA  
RIAE.

Qui & eiusdem ipsorum ordinis eandem Dei matrem adsciuere sibi patronam, prout in rebus gestis S. d Brunonis eius ordinis institutoris apparet: in quibus & de praecipis in dicto Claramontensi Concilio iisdem precibus mentio habetur. Ipse autem S. Bruno aliquandiu retentus ab eodem Urbano Pontifice, celebrato hoc anno Cōcilio Placentino, ab eodem dimissus, & in eremum abire permittus abiit (vt dictum est) in Calabriam, vbi liberalitate Rogerij Ducis nobile erexit in Squillacensi regione monasteriū. Sed de S. Brunone atq; Rogerio rurtus inferius suo loco dicendum erit.

LII.  
apud sur.  
to. 5. die. 6  
off. in vii.  
S. Brun. c.  
21. 22.

Cum autem hocanno post celebrata duō Concilia ab Urbano Pontifice, Legatus Apostolicae Sedis aliud adhuc indixisset in proximam Quadragesimam: rumor quidam peruenit ad Regem Francorum, eodē anno aliud genera-

te Concilium celebrandum. Quae de causa de multiplicitate eiusmodi Conciliorum non nihil offensus ipse Philippus, consulat Iuonem Carnotensem Episcopum, numligeret & tertium eodem anno per Legatum indictum haberi Concilium. Ad quae breuiter a Iuo ista respondit offensus & ipse:

Philippo Dei gratia serenissimo Regi Francorum Iuo humilis presbyter suus salutem, sicut & domino & Regi suo fidele seruitium.

\*Iuo ep. 61

LIII. DE MULTIPLICIBUS CONCIL. EODEM ANNO INDICITIS.

De eo quod prauitati mea mandauit vestra sublimitas, post duo Concilia hoc anno a Domino Papa celebrata, nunc Legatum eius Lugdunensem Archiepiscopum infra eundem annum, tertium generale conuocare, & ad hoc regni vestri Episcopos inuitare: serenitati vestrae respondeo, quia cum litteras eiusdem habuerim, nihil tale ibi legi, vel a Misso eius audiui. Quod tamen si faceret, non esset hac Apostolica institutio, vel Ecclesiastica consuetudo. Si autem aliquis pro culpis suis, indulto sibi congruo spacio, a Legatis Apostolicis vocatus fuerit: non potest subterfugere, quin ad diem sibi praescriptum occurrat, nisi eum legitima causa detineat. Quod si quos eos ultra terminos a Patribus constitutos angariare voluerit: vobis habito cum eis communi consilio, iniustis oppressionibus pro persona vestra resistite; sic ut quae sunt Dei, Deo reddant, & quae Caesaris sunt, Caesari reddere non omittant. Valeat multo tempore sublimitas vestra. Vides quantum obsequi Ecclesiae indifcreti ministri, cum praecipiant interdum absque consilio dura, quae praestari vix possint.

LIV. CONCIL. ANGLICANVM IN CAUSA VRBANI PAPAE. b Edin. in vita s. Anselm. li. 2. apud Sur. tom. 2. die 21. April.

Celebratur hoc idem anno & in Anglia generalis Synodus in causa Urbani Papae, quem Anselmus ut legitimum Pontificem recepisset, Rex vero inhæret potius Guiberto, qui edixisset in Anglia neminem Episcoporum alium alique recipere debere Romanum Pontificem, nisi qui Rex ipso pro Pontifice recepisset: Quid actum in Synodo, b Edinerus, qui aderat; ita describit: Factum est & tertia septimana Quadragesima iuxta edictum conuenerunt omnes Episcopi totius Angliae & Abbates, causa praedicta in medium adducitur, & Anselmus diuersis querelis hinc inde concutitur. Si quidem multi & maxime Episcopi regiae voluntati sacre volentes, spreto aequitatis iudicio id probare nitebantur, quod Anselmus salua fide, quam Regi debebat, nullatenus posset in regno Vrbanum Sedis Apostolicae Praesulem pro Papa tenere. Quibus cum plura quae ratio tulerat, obiecta fuissent: & Anselmus ex verbis Domini: Reddite quae Caesaris Caesaris, & quae sunt Dei Deo. alijsq; nonnullis quae ratio nulla resellere poterat. penitus insensisset: illi de contra quid dicerent, non habentes, eum in Regem blasphemare, vno strepitu conclamauere, quando quidem ausus esset in regno eius, nisi eo concedente, quidquam vel Deo adscribere. Igitur ad vnam regiae indignationis vocem quidam ex Episcopis Archiepiscopo suo atque Primati, omnem subiectionem, professam obedientiam vno impetu abnegant, eius vnitatem fraternae societatis pari voto miserandi abiurant.

LV.

Quidam vero in eis tantum, quos ex parte Urbani Papae praecipere, illi se obedituros negant. Episcopi itaque omnes qui affuerunt, Reffensi solo excepto, aut vno, aut alio modo deb. tam illi subiectionem & obedientiam abnegant. Rex etiam ipse cunctam eius confidentiam & securitatem sui in omnibus adimit; nec se illum pro Archiepiscopo vel patre amplius habiturum iurat, nisi ipse Vicario B. Petri se ulterius obediturum statim denegat. Tres dies in isto negotio, clamoribus in Anselmum & contumelijs grauidi expensi sunt, & tandem in hoc quem dixi sine conuersi sunt. Tunc Anselmus in suo proposito constans, per internuntium conductum a Rege postulat, quo tutus regno decedat. Quod principes multi damnosum fore dignoscetes, pro restituenda pace inducias vtrimq; vsque ad Pentecosten dari precantur & obtinent; ac sic eum ne de regno decedat, impediunt. Spondet igitur Rex se rebus eius, vsque ad praefixum tempus induciarum plenam pacem & tranquillitatem indulturum: & tunc voluntate illius pro sua religione multum in negotio quod emerferat, condescensurum. Verum omnino in contraria lapsus est, & Anselmus, domino Balduino eius domus praefecto extra regnum depulso, hominibusq; suis captis & expoliatis, terrisq; vastatis, in imminsum afflictus est. Haectenus Edinerus, sed ista pluribus est profecutus Vuillelmo, qui & ea quae ista sunt conuicta, sic enarrat: d

d Vuillel. Malmesb. de gest. Pbt. Angl. lib. 1.

LIV. EPISCOP.

Nuntij duo singulares versutiarum artifices, ipso igno: ante, & nihil minus suspicante, Roman missi, ut explorato Urbis statu,

agerent apud Papam, ut Regi pallium mitteret, tradendum cui liberet. Strenue illi & impigre qui missi fuerant, executi, Albanenses, n Episcopum Vualterum ex praeccepto Urbani Papae in Angliam adducunt. Is Doctis appulsus, clam Anselmo curiam venit, ingentibusq; promissis animum Vuillelmi Regis sitientem expleuit, si Vrbanus in Angliam reciperetur in Papam fore ut quacumq; Rex petenda existisset, ille privilegio Sedis Apostolicae roboraret, Ceterum ad causa n Archiepiscopi nihil suffragij, nisi quod rogatus ut eum expelleret: i impossibile factum respondit, ut vir celebratissima sanctitatis & scie. tia, & in praesulatum introductus legitime, deturbaretur nullius obnoxius culpe. Continuo igitur edictum per prouinciam promulgat. ut Vrbanum Apostolicum debere dici & credi. Eo audito, mirari Anselmus.

Cum ex se sequentes Episcopi ad eum missi venerunt, pertentatq; sensim homine, vtrum ad redimendam Regis amicitiam esset infraction: cum nihilo mutatum experirentur, quod latebat, aperuerit: dominum Regem sua opera & impensa pallium a Roma meruisse, suoq; labore transiegit negotium quod illi constaret multis marcis. Par esse ut tanto Principis beneficio digno responderet muneris officio. Ingenuit ille doli machinam in effectum deductam, dicta Episcoporum largis suspirijs excipiens, negauitq; se quidquam propter hoc daturum, quia parui aestimaret beneficii, cuius amplitudinem ipsi tantum penderent. Per hoc Rex edoctus, nullo modo mentis eius robar eneruare posse, ut in amicitiam suam cederet, salua dignitatis sua magnanimitate, vltro eam expetijt & impetrauit. Dataq; ei publice potestate, ut per totum regnum primatus sui ius exerceret liberè, dies praefixa, qua Albanensis Episcopus cum pallio Cantuariam veniret. Venienti, & sacrum insigne in vase argenteo leserenti, vulgo applausum, ab Archiepiscopo nudipede, sed sacerdotibus vestimentis induto occursum. Inde super altare Domini Saluatoris pallium assumptum sacratu pontifex beatis humeris composuit, & ad diuina celebranda processit. Erat tunc dies Dominica, quarto Idus Iunij, fuitq; nonnullis ingenti miraculo, quod idè Euangelium illa die occurrit, quod ante prognosticon eius fuerat: e Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos, & misit seruos suos hora caena, &c.

ALBANENSIS DEFERT PALLIUM ANSELMO.

LVII.

Dum die certa signatur, nempe incidisse diem Dominicum in quartum Idus Iunij, plane praesens annus Redemptoris millesimus nonagesimus quintus ostenditur, quo littera Dominicalis fuit G. ex quo sequitur diem decimam Iunij, id est, quartum Idus Iunij, qui ea littera signatur, fuisse Dominicum diem. Ita pace composita, anno integro eam perdurasse, idè auctor Vuillelmo affirmat. Eadem de pallio Edinerus, sed paucis rem agit.

c Luc. 14.

LVIII.

Hoc eodem anno, Gastono Franco viro nobili prouinciae Viennensis cum Gerino filio eius, auctore, iunctis sibi octo alijs institutus asseritur ordo ministrantium in armis, qui sacro igne consumpti perpetuo viuerent, truncatis membris calamitate: qui cum laici essent, pro insignibus Thau signum sibi sumpturunt. Haec pluribus in historia Antoniana, dicta, cuius auctor extitit Himarus Fulco eiusdem ordinis Praeceptor.

ORDO MINISTRORVM HOSPIT. S. ANTONII.

IESV CHRISTI Annus 1096.

VRBANI II. PAP. Annus 9. HENRICI II. IMP. 13. ALEXII COMN. IMP. 16.

SEQUITUR annus Redemptoris millesimus nonagesimus sextus, Indictione quarta, quo Vrbanus Papa degens in Galliis totus in Synodis, complura Romano Pontifice digna peregit, atque inter alia indictam Hierosolymitanam expeditionem promouit. Bertholdus dum eiusdem Pontificis iter relegit, haec de ipso hoc anno: Dominus Papa Arelati diem Dominicae Natiuitatis cum diuersarum prouinciarum Episcopis gloriosissime celebravit. In his locis ex parte schismaticorum Vuirceburgensis Episcopus ad Apostolicum peruenit, eiusq; misericordiam cofecutus est, ita tamen ut eadem misericordia a Legatis Papae in Teutonicis partibus persiceretur eidè. In tertia hebdomada Quadragesima dominus Papa Synodum celebravit cum diuersarum Episcopis prouinciarum in ciuitate Turonensi,

I. CONCIL. TVRONENSE AB VRBANO PAPA CELEBRATVM.

ubi iterum suorum prateritorum statuta Conciliorum generalium Synodi assensione roborant. Et non multo post Episcopum Strazburgensem de excommunicatione reviviscit recepti in comunione, ita tamen, vt de illatis criminibus se expurgaret. Pergit agere de Hierosolymitana expeditione ibi decreta, de que his qui in Hungaria periclitati sunt militibus, ac deinde de Regis Francorum absoluteione his verbis:

Philippus Rex Galliarum, iam dudum pro adulterio excommunicatus, tandem domino Papa, dum adhuc in Gallijs moraretur, satis humiliter ad satisfacionem venit, & abiurata adultera, in gratiam receptus est, seq. in seruitium domino Papa promptu exhibuit. Hæc ipse, reliqua in fine anni huius.

Hic autem duo sunt subijcienda diplomata ab eodem Urbano Pontifice data, atque primum, Turonis dum esset, quo edita iura ac priuilegia eiusdem ecclesie Turonensis cognouit, probauit, ac etiam Apostolica auctoritate firmavit: quod nuper acceptum hic tibi primum describendum curauimus. Sic enim se habet:

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei vniuersis sanctæ Ecclesie filijs salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum fore volumus tam futuris, quam presentibus, quoniam omnium bonorum largitor Deus deuotionem nostram ad beati Martini tumulum visitandum sua miseratione perduxit. Quia vero in eiusdem beati Confessoris ecclesia quadam inoleuerant, qua in melius promouenda, salutis falce extirpanda videbantur: nos per septem dies & ed amplius immorati, medicinam animarum, frequentius inter eos intrantes & exeuntes, eis impertuimus, & nobis in omnibus obediens & beneuolus, Deo inspirante, & in eis cooperante nobiscum, experti sumus. Sed quoniam ad nostras aures peruenerat, quod Legatus Romanæ Ecclesie suscipere cum processione benignitate superfederat, neq. etiam eis, videlicet Legatis, auctoritas huius ecclesie per notitiam priuilegiorum eius innotuerat, succensimus, & grauius eos increpauimus, cur tantam inobedientia offensionem incurrerant. Illis itaq. humiliter nobis scripta patrum nostrorum Romanorum Pontificum præcedentibus, diligenter attendimus eorum priuilegia. Et quia præter Apostolicum, & Regem, & Turonensem Archiepiscopum semel in vita sua, neminem ad processionis susceptionem admittentem, studio se notauimus, nostris Cardinalibus Teuzone, Alberto, Gregorio Papiensi, Raufgerio & Hugone Lugdonensi Primatibus, & alijs tam Episcopis, quam aliarum dignitatum personis presentibus, Bruno Signiensi Episcopo, & Ingelramo Suesionensis ecclesie Archidiacono.

Porro nos tanta auctoritate reseci, eorum antiquam consuetudinem, eorum scriptis suffragantes, auctoritate nostra corroborauimus, in presentia nostrorum prædictorum fratrum. Et quia filius noster Amatus Burdegalensis Archiepiscopus vnus erat de Legatis Romana Ecclesie, à Gregorio Septimo prædecessore nostro in Galliam destinatus, non ab hac Ecclesia processionis solennitate susceptus. Vnde etiam grauius contra eosdem clericos commotus in Exuldunensi Concilio eos excommunicatione perfoderat: eum in concordiam & pacem eorum reformauimus. Neque eos ad vllam satisfacionem, quia auctoritate pollente sese munierant, compulimus, neq. qualibet pro tali excessu absoluteione purgandos censuimus. Deniq. quoniam in quibusdam sua Ecclesia priuilegijs proprium eis habere Episcopum, concessum est, eius vice nos Romano eos sancimus specialiter adhaerere Pontifici, & grauius eorum causas eius pendere iudicio.

Si quis sanè in crastinum Cardinalis, aut Legatus, aut Episcopus, aut quilibet à nostro latere missus hanc nostra confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit, & nostram perstringens auctoritatem, processionem ab ipsa sancti Confessoris ecclesia expetierit, si commonitus non desierit, potestatis, honoris, dignitate careat, reumq. se diuino iudicio existere de perpetrata presumptione cognoscat. Cunctis autem ista seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, Amen, Amen, Amen. Dat. Turonis, castello S. Martini, per manum Ioannis sanctæ Romana Ecclesie diaconi secundo Idus Martij, Indiæ. quarta, anno Domini & Incarnationis \* M. XCVII. Pontificatus autem Domini Urbani Secundi Papa nono.

Turonis autem recedens Urbanus Papa, cum Pictauios se contulisset, ibi dum esset, quod accepit de inuito abusu, vt non nisi pretio præbende, atq. canonicatus in ecclesia S. Martini conferrentur,

abolendum curauit sancito decreto, quod sequenti diplomate continetur: reliqua verò Apostolica auctoritate munus Diploma autem sic se habet:

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs ecclesie beati Martini canonicis tam presentibus, quam futuris in perpetuum.

Bonorum omnium largitori Deo gratias agimus, qui deuotionem nostram ad B. Martini tumulum visitandum sua miseratione perduxit. Quia vero in eiusdem beati Confessoris ecclesia consuetudo præteritam eiusmodi inoleuerat, vt honores, seu præbende omnes pretio acquirerentur: nos locum illum sanctum erundare ab hac peste execrabili cupientes, religiosos viros ad præmonitionem nostram decreuimus præmittendos. Quibus est fideliter, Domino inspirante, polliciti, & præceptis vestris omnimodis obedire, & simonia præuicacitate inquinamenta deserere. Quod & presentibus nobis per Dei gratiam perfecistis, in vestra, tanquam B. Petri manu firmantes, nihil vos ulterius honorum, nihil præbendam vendituros aut empturos, nec vt vendantur, aut emantur aliquando consensuros. Adijcetes etiam, nullum deinceps in canonicorum numerum admittendum, nisi eandem sponsonem inreuerando firmauerit. Que videlicet vniuersa nos sanctorum Apostolorum auctoritate firmamus, & violatores omnes anat hematis mucrone condonamus. Et præteritorum igitur gratias respondentes, & futurorum spem longe meliorem gerentes, secundum prædecessorum nostrorum Ecclesie Romane Pontificum priuilegia, vos in spiritalibus filios Apostolica Sedis assumpsimus, & eadem auctoritate statutimus, nullum Pontificum, nullum Regum, nullum cuiusque dignitatis, aut ordinis præter Prepositos vestros in vestra Ecclesia, vel eius pertinentijs potestatem aut dominium exercere, vt Romana Ecclesia præcepta seruantes Romana Ecclesia libertate perpetua gaudeatis, saluo nimirum iure, seu consuetudine, quam hactenus erga vos Turonensis noscitur Archiepiscopus habuisse.

Quocumque igitur venerabilis illa beati Martini Ecclesia legitimo iure, vel Pontificum collatione, vel Regum & Principum liberalitate, vel Fidelium oblatione possidet, seu in futurum præstante Domino, in se poterit & canonicè adipsi. firma vobis semper & illibata permaneat. Nullus in villis, aut mansionibus, siue territorijs, siue Ecclesijs, aut pagis, ad vestram Ecclesiam pertinentibus, inuitis vobis, iudicia agere, ingeniosus, seruos seculi potestate constringere, nec teloreum, aut nulum præsumat exigere. Possessionum verò vestrarum decima, seu noua in pauperum vsu omnino proficiant. Episcopus autem, in cuius diocesi eadem possessiones sunt, ordinariorum clericorum tantum curam gerat, nihil de cæterò grauaminis clericis inferat, nec Ecclesiarum altaria, vel alia bona per Regum præcepta vobis antiquitus data, & Pontificum Romanorum priuilegijs confirmata vel alijs dare, vel venalitate distrabere, vel modo quolibet alienare præsumat.

Quidquid præter à libertatis, quidquid immunitatis vel prædecessores nostri Rom. Pontifices, vel Turonenses Archiepiscopi, vel Gallicanarum Ecclesiarum apud Tursiaci in Tullensi parochia generalis Synodus congregata pro beati & Apostolici Confessoris Martini reuerentia vestre Ecclesie, vestruq. prædecessoribus contulerunt: nos presentis decreti pagina confirmamus. Et quia in quibusdam vestre Ecclesie priuilegijs proprium habere Episcopum concessum est: nos eius vice Romano vos sancimus specialiter adhaerere Pontifici, & grauius vestri causas ex eius pendere iudicio. Si quis sanè in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex, aut Ecclesiastica qualibet, seculariue persona hanc nostra Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit, secundo, tertioue commonitus, si non satisfacione congrua emendauerit, potestatis, honorisq. sui dignitate careat, reumq. se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri IESU CHRISTI alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesie iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen. Datum Pictaui per manum Ioannis sanctæ Romana Ecclesie diaconi Cardinalis quarto Kalend. Aprilis, Indiæ. quarta, anno Domini & Incarnationis millesimo \* XCVII. Pontificatus autem Domini Urbani Secundi Papa IX.

Antequam autem hinc cum Urbano Pontifice recedamus,

II. PHILIPPVS REX FRANCORVM AB SOLVTVS A PAPA.

III. CONFIRMATIO ANTIQVVM PRIVILEGIUM TURONENSIS ECCLIES.

IV.

V.

\*M. xcvi

VI. AVFERT AB ECCLIA TURONENSIS SIMONIACVM.

VII.

VIII.

IX.

\*M. xcvi

mus, quæ reperimus fragmenta ad dictum Concilium Turonense spectantia, hic describenda, ut quæ spectant ad causam monachorum monasterij S. Mauri. Etenim testatur Petrus diaconus hæc de monasterio S. Mauri: *In Turonensi Concilio, ubi ipse Urbanus Papa præsidebat, monasterium sancti Mauri in Glanafolio à Fossatenfium monachorum abstractum tyrannide, pristina dignitati, libertatè, restituit, sub magisterio Casimensis canobij perpetuò mansurum.* Hæc Petrus. At hic recitanda est brevis Iuonis Episcopi Carnotensis epistola, qua expositulat, ad successorem Urbani Papæ scribès, de iniusta sententia per subreptionem contra Fossatenfenses monachos in hoc ipso Turonensi Concilio ab Urbano Papa nesciente lata. Epistola sic se habet:

*Paschali summo Pontifici Iuo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister per mare huius mundi prosperè navigare, & post superata naufragia nauem in tuto collocare.*

*Quoniam iudicia Romana Ecclesiæ à nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesiæ docente, didicimus: si qui aliquando se pregrauatos ipsius Ecclesiæ auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, ut non descendant in Ægyptum propter auxilium, sed ab ipsa ad ipsam cõfugiant, & inde expectent leuamen, vnde se conqueruntur accepisse gratiam: quia qua aliquando corripit paterna seueritate, eadem sequenter colligit materna pietate. Quod idèd prælibauimus beatitudini vestra, ut causam Fossatenfium monachorum patienter audiat: & quantum salua Apostolica reuerentia fieri potest, anxietatem eorum misericorditer releuetis. Conqueruntur enim se in Concilio Turonensi pregrauatos, quoniam ad suggestionem Comitis Andegauensis dicunt fuisse subreptum domno Papa Urbano, ut monasterium S. Mauri, situm in patria Andegauensi, quod sub iure Fossatenfium monasterij antea per trecentos aut eo amplius annos extiterat, de eiusdem monasterij iure auferret, & ordinato ibi Abbate, liberum esse constitueret, quod & factum est. Fossatenfibus monachis ius suum reclamantibus, & multis, qui Concilio intererant, aliter sentientibus, cum viderent priuilegium, quo nitebantur Fossatenfenses monachi, de manibus eorum ab Andegauensibus fuisse ereptum, & in plures partes fuisse confisum. Adhibitis ergo multorum intercessionibus supplicanti prædicti monachi, ut eorum negotium à maiestate vestra legitima discussione retractetur, & vel misericordia secedente, vel iustitia dictante terminetur. Hucusq; Iuonis epistola.*

Hoc eodem anno expeditio Occidentalium pro Orientalium Christianorum sub Turcis periclitantium subuentione, indicta per Urbanum Papam anno superiori, sub diuersis ducibus, diuerso tempore, diuersis locis in prociectu posita; Constantinopolim versus iter arripit; alijq; ex ipsis, qui primi fuere sub Galtero duce, octaua die mēsis Martij, alij paulò post sub Petro eremita proficiscuntur: Godefredus autem Dux Eotharingiæ, cum alijs Ducibus & Comitibus mense Augusti die decima quinta, alij verò, ut Boamundus Comes Apulig, anno sequenti, ut suo loco dicemus. Hæc autem pluribus profecutus est Tyrius, quem consulat qui ista cupit addiscere: commentarium enim eo argumento elaborauit lectione dignum. Nobis autem in proposito est, ista tantum nota temporum consignare, non autem singula profequi, quia iam notissima cunctis Scriptorum copia facta sunt. Ante profectionem autem hoc anno magnam ab eis pluribus in locis stragem factam esse Iudæorum, Bertholdus atq; alij horum tēporum Scriptores affirmat. Qui enim diuino instinctu aduersus Christiani nominis hostes dedere sacre militiæ nomen, in quos primos incidunt Christi hostes Iudæos infelices, animi impetu, legum habenis excussis, feruntur, eosque trucidant, fugant, vel obsident, atque ex desperatione ad consciscendam sibi mortem impellunt: datur tantum illis venia, qui Christianam Fidem, abiurato Iudaismo, profiteri vellent.

Profectique sunt cum militibus Christianis Episcopi, inter quos Ademarum Podiensis, Anicij Vellunorum Episcopus eminuit Apostolica legatione sublimis, insuper Vvillelmus Aurasij. Hi primi Cruce signati alios eodem sacro signo nobilitarunt. Eodem Urbani clafico excitatus Bernardus Toletanus Archiepiscopus, iterum in Terram sanctam hac Cruce signatus, est peregrinationem aggressus, sed primò ob clericos Toletanos, qui eo absente,

quali nunquam amplius reuersuro, alium subrogandum putarunt Archiepiscopum, reuerti coactus. Sed pulsus illis, monachis S. Facundi in eandem Ecclesiam introductis, iterum se ad iter illud capeffendum accinxit; peruenitq; ad Urbanum Papam, qui miseratus eius Ecclesiæ tunc coalescentis, nondum adulta, iussit illum redire Toletum. Qui parens Pontifici, rediens, quos potuit ex Gallia secum duxit viros, quos eruditione & moribus ad regendas Ecclesias putauit idoneos, sed (quod humanum est) iudicio errauit in electione Burdini, quem Lemouicis secum duxit Toletum, & Archidiaconi dignitate nobilitauit, atq; inde in Coimbricensem, postea in Bracharensis Archiepiscopum extulit, hominem verisipellem, astutum, ad decipiendum quemlibet licet sapientem optimè comparatum, de quo inferius sæpè dicendum. Hæc ex d. Roderico eiusdem Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopo.

Demum verò, ut Urbani Papa Romam ex Gallijs redeuntis vestigia absceteretur: hæc de ipso qui tunc ea scribebat Bertholdus Constantiensis hoc anno: *Dominus Papa bene dispositis rebus in Gallia, post reconciliationem Regis Galliarum, & post multa Concilia tandem in Longobardiam cum magno triumpho & gloria repedauit, & exaltationem S. Crucis apud Hortarium prope Papiam solenniter celebravit: multoq; Episcopos & Principes in suo comitatu habuit. Et inferius de reditu Romam: Dominus Papa tandem ad Apostolicam Sedem cum magna gloria & tripudio reuersus Natiuitatem Domini Romæ cum suis Cardinalibus gloriosissime celebravit, quippe tota Romanæ urbe subingata, præter turrim Crescentij, in qua adhuc latitabat Guibertini. Hæc ipse exordio sequentis anni, incipiens more suo anni cuiuslibet exordium à Natali die Domini numerare: iuxta autem à nobis more maiorum innotam rationem, in fine præsentis anni sunt collocanda.*

IESU CHRISTI  
Annus 1097.

VRBANI II. PAP.  
Annus 10.

HENRICI III. IMP. 14.  
ALEXII COMNENI IMP. 17.

**S**EQVITVR annus Redemptoris millesimus nonagesimus septimus, Indictione quinta, quo Urbanus Papa, cum (ut vidimus) anno superiori, expeditionem Hierosolymitanam in Gallijs promouisset: ne Græcorum Ecclesiæ schismate officii posset, ut eos cum Latinis vniret, sollicitè curauit, Romæ dum esset. Quamobrem ea de causa cõuocatis Græcis, Bari in Apulia Concilium celebrandum indixit ad Kalendas Octobris, cui contigit, Deo ita disponente, interfuisse sanctum Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum. Quomodo autem id acciderit, ex Edinero comite eius peregrinationis addiscimus, cum alioqui adfit Vvillelmus Malmesburiensis bibliothecarius his temporibus proximus, res ab Anselmo tunc gestas fusius profecutus.

Sed præstat audire Edinerum, quem iisdem interfuisse, tractasse, & vidisse certo comperimus, qui vix annum in pace cum Rege sanctum Anselmum trãsegisse testatur; inde verò Regem persecutorem fuisse expertum, ad eò ut desperatione iuuandi suos victus, vnum illud remedium esse reliquum senserit, Principem pastorum Urbanum adire, penesque eum vel deponere farcinam, vel per eum apud Regem iuari, quo securus, quod sui esset muneris liberè exereret. Anno enim superiori, mense Octobris, Vvintoniam vocatus à Rege, vix tandem post plurimam contentionem, profectionem hanc extorsit ab eo. Sed quis tunc inter eos sermo contentionis extiterit, & quæ transacta fuerint inter vtrunque, alibi se scripsisse testatur Edinerus, quæ quidem à Vvillelmo descripta hic tibi legenda proponimus, Annalibus digna: sic enim se habent:

*Sciebat, credo, instimètu diaboli contra Pontificem fortuna, parabanturq; in proximam curiam contra eum machinamenta, quæ omnia, petendo licentiam eundi Romam, quassauit & depulit, cum prius multis moliminibus voluntatem eius super Ecclesiarum statum attentasset. Quocirca hæc communicaturus cum Pa-*

a Pet. diac. Chronic. Cas. lib. 4. cap. 18. DE MONASTERIO S. MAURI.

b Iuo epist. 183.

X.

† hoc est ad Principes seculares IVO LA BORAT PRO FOS SAT. MO NACHIS.

XI. EXPEDITIO OCCIDENTAL. IN ORIENTEM PARATA.

c Vvillet. Tyr. de bello sac. lib. 1. c. 18. lib. 2. c. 7.

IVDÆI A MILITIB. CHRISTIANIS TRV CIDATI.

XII.

d Rod. Tolet. li. 6. c. 27. & 28. XIII.

I. CONCIL. BARENSE INDICTVR.

II.

III. S. ANSELMI CVM REOBANGL. CONFLICTVS.

pa, rogauit (vt dixi) licentiam pergendi Romam, bis terq; frustra. Intellego enim (aiebat Rex) licentiam interdicendam, cum eum nullo graui peccato sciam onerari, cuius a Roma petat absoluti- nem, nec egere illius loci consilio, cum ei nullius scientia desit co- pia. Magis certe dixerim Vrbanum Anselmi cedere sapientia, quam Anselmum Urbano indigere. Quod si pertinacius captis in- stiterit, omnem Archiepiscopatum in meū Fiscum redigam: trans- greditur enim promissa sua, quibus fidem suam astrinxit, omnes consuetudines seruaturum regni mei. Insolitum est quippe mihi, vt quisquam procerum meorum eat. Insolitum est quippe mihi, vt missu. Ideo vel iuret mihi, se nunquam deinceps pro qualibet op- pressione Sedem Apostolicam appellaturum, vel euacuet regnum. Hæc, inquit, vos fideles mei dicite sibi. Et si videritis eum velle de- sistere ita mere: tunc vigor curialis iudicij experiatur, quod me to- ties inquietare non timuerit de re, quam ad summam perducere nolit. Contra hæc per timidos Anselmus agendum non ratus, ipse ad Regem ingressus, pro more, dextera illius assedit, habuitq; ora- tionem in hanc sententiam:

\* al. per- missu

IV.

Quod dicis me non debere ire Romam, quod graui peccato ca- ream, & scientia affluam: quamuis neutrum pro vero arrogem; ta- men Deo libere committo examinandam. Quod dicis me promississe, vt consuetudines tuas seruarem: amplector, sed conditiones requiro. Cum exceptione enim dixi, me seruaturum, illas duntaxat, qua le- gibus Dei consentaneæ cum honestate essent constituta. Quod dicis me fidem excedere, quod prauaricaris consuetudinibus tuis, Se- dem appello Apostolicam, custoditi reuerentia principatus tui, non verum esse, aliter diceret. Fidelitatem enim, quam tibi, Rex, de- beo, ex Dei fide habeo, cuius Vicarius est sanctus Petrus, cuius Se- dem appello.

APPELLA- TIONEM NEGARE, FSSECHRI STVM AB- IURARE.

V.

Quod dicis, debere me iurare, ne vltius pro quaui causa Romam appellem, publice prononciam: Quod Christianus Princeps ab Archiepiscopo suo tale sacramentum exigit iniuste. Si enim sanctum Petrum iureiurando abiurarem: negarem Christum. Quan- do verò pro vlla re Christum negaero: tunc tibi de petita licentia peccato satisfacere non tardo. Forsitan autem, me discedente, procurabit Deus, vt non diu res Ecclesiastica, sicut minaris, tuis sa- mulentur compendij.

\* f. expor- taturum

VI.

Quod illi dicto, quasi malleo fronte impudentes reperculsi, de- misione caputum & vocis silentio iniustitiam suam testati sunt. Ni- hil enim ille turbabatur, sed quancumque illi succlamarent, ta- cens rursus ad caput sententia impermotus reuertebatur. Verum- tamen nõ continuis Rex animum quin crudeles minas intorquens diceret: Non illud quidquam de regno suo \* exportaturū. At ille im- pauidus: pedes, inquit, & nudus pergam, si equitaturas meas, & vestes, vestrum esse quis affirmauerit. Puduit Principem dicti, & rubore tinctus ora: Non ita, in- quit, volo, sed vndecimo ab hinc die, cum ad portum veneris, Nun- tio meo in portum ad me, vt dimittendis parebis. Irascetur alius, sed Anselmus imperturbatus manens, benedictionem suam Regi non abnuenti obulit, prælocutus, moleste se quidem & agrè iram re- giam ferre: sed si dignaretur intelligere, ad commodum eius anima- viam inchoatam spectare. Quomodo autem antequam recederet, ex omnibus Episcopis, quos contrarios expertus fuerat, duos penitentes recepit ad veniam; & quomodo Nuntius Regis consensuri nauim Archiepiscopi cunctas sarcinulas indignè sit perscrutatus, sed nihil pecuniarum inueniens, eum tandem abire permiserit, idem pluribus narrat. Hæc (vt accepisti) in fine anni superioris fieri con- tingerunt: reliqua peregrinationis, siue miracula, siue sacræ functiones sanctissimi viri, & singule mansiones atque su- perata pericula, mora que Lugduni apud Hugonem eius ciuitatis Archiepiscopum Sedis Apostolicæ Legatum, per singula ab eodem Edinero, nec non ab ipso Vvillelmo pluribus describuntur, quæ breuitatis causâ præterimus. Quæ verò tantum ad eius Romæ aduentum spectant: ab Edinero eius peregrinationis comite narratur; sic tu accipe:

Celebratis dehinc in cœnobio sancti Michaelis Archangeli, quod in monte situm, Clusa vocatur, Passionis & Resurrectionis Dominica solemnibus, in iter reuertit Romam festinaturus. Mitum dictu, pauci atq; ignoti per loca peregrinibamus, neminem agnos- centes, nemini, qui & vnde essemus, innotescentes, & ecce solus Anselmi aspectus in admirationem sui populos excitabat, cumq; esse virum vita designabat. Vnde cum iam hospitati etiam inter eos, quorum insidias metuebamus, fuisset: nonnunquam viri cum mulieribus hospitium intrauere, & vt hominem videre, eumq; mererentur benedictione potiri, obnixè precabantur. Tali ergo vulgi fauore Romam vsq; profectus, Lateranis, vbi tunc temporis sum- mus Pontifex morabatur, aduenit. Nuntiatum Pontifici Patris ad- uentus, & ouans iubet illum in parte sui palatij hospitari, & die il- lo indulgere quieti. Mandè conluit ad Papam Romanæ nobilitas, & de noui hospitii aduentu sermo conseritur. Adducitur cum reue- rentia vir in medium, & in qua coram Papa sedeat, sella profer- tur. Ingressus humilitat se pro more ad pedes summi Pontificis, sed statim ab ipso erigitur ad osculum eius, sedet ac pro aduentu illius letari se Apostolicus cum Romana curia dicit. Acclamat Curia tertid.

VII. VRBA. PP. EXCIPIT HONORIFICES. AN SELMVM.

Postremò, silentio facto, multa in laudem hominis Papa locu- tus est, virum illum virtutis ac totius religionis esse contestans, & quidem, inquit, ita est. Cumq; illum vt potè hominem cunctis libe- raliū artium disciplinis inuictricum pro magistro teneamus; & quasi comparem vel alterius orbis Apostolicum & Patriarcham, iure venerandum censeamus: ita tamen excellens menti eius hu- militatis constantia præsidet, vt nec marinus periculus, nec longissi- mis peregrina terre spacijs terri periculis, quin vestigijs beati Pe- tri, nostræ paruitatis ministerio se presentare, nosq; magis illius, quàm illum nostro egentem consilio super causis suis consulendos adire studuerit. Quapropter celsitate quo amoret, quo honore sus- ceptendus sit & amplectendus. Hæc cum Anselmus de se, & multo bis plura pro sua laude dici audiret (sicut ipsemet sæpe fateri sole- bat) non parum erubuit, quoniam se talem apud se, qualem à tan- to viro prædicabatur, minime cognouit. Verum tamen erat inter verba tacens, decentius fore perpendens ad huiusmodi silere, quàm loqui. Post hæc de sui aduentus causa percunctatus à Papa: eo sibi modo narrat omnia, quo veritatis & discretionis ratio poposcit. Ille audit a miratur, & subuentioem plenam pollicetur. Præcepit itaq; vt subuentioem ipsius effectum circa se Anselmus præstolare- tur. Hæc de Anselmi in Vrbe aduentu Edinerus.

VIII. LAUDAT VRBANVS ANSEL- MVM.

Quod autem Barensē Concilium nonnisi ad Kalendas Octobris celebrandum indictum fuit, quid inter hæc sanctus Anselmus egerit, ex eodem Edinero dicendum erit: non enim transegit tot mensium tempus otiosus, siquidè nihil otio Sanctorum operosus. Quoniam secesserit æstiuo tempore, ita narrat Edinerus: Verum quia calor æstatis in partibus illis cuncta vrebatur, & habitatio Vrbi nimium insalubris, sed præcipue peregrinis hominibus erat, Ioannes quidam nomine, olim monachus Becchi, vbi Anselmus fuerat Abbas, tunc au- tem Abbas cœnobij S. Saluatoris Tulesni, annuente Papa, suscepit eum, vt proprium patrem amice, & duxit in suam villam, Sclau- iam nomine, qua in montis vertice sita, sano iugiter aère, atq; tep- ente, conuer santibus illic habitus extat.

IX.

Igitur habitatio nostra erat in montis summitate collocata, à turbarum tumultu, instar solitudinis vacua. Quod Anselmus ad- uertens, & spe futura quietis exhilaratus ait: Hic requies mea, hic habitabo. Ad primum igitur conuersationis ordinem, quem ante quam Abbas esset, habebat, quemq; se in pontificatu positum ma- xime perdidisse deslebat, vitam instituit, sanctis operibus, diuina contemplationi, mysticorum rerum enodationi die noctuq; mentem intendens. Vnde Christiane Fidei amore pernotus, infigne vo- lumen edidit, quod, cur Deus homo? titulauit, quod opus (sicut in prologo eius ipse testatur) in Anglia cepit, sed hic in Capuana vi- delicet prouincia constitutus absoluit. Contra infideles elabo- ratum esse librum illum, idem Anselmus in præfatione docet. Quam plurimos ibi fuisse infideles stipendia merentes sub Rogerio Siciliæ Comite in obsidione Capuana, idem qui supra Edinerus, qui videbat, ostendit, eosq; plu- rimum coluisse Anselmum testatur. Mahometi cultores erant isti, qui nihil auditu magis horrent quàm Deum factum hominem dici; quos ad fidem amplexandam ab eo suafos, quo minus inpleuerint, scæuitia Principis esse pro- hibitos, idem testatur est Edinerus.

X. ANSELM EDIT COM- MENTA- RIVM CÆR DEVS HO- MO.

XI. OBSIDIO CAPUANA.

De Capuana obfisione acturus, primò quod ad tempus spectat, Gaufrédus monachus, qui tunc temporis res gestas eiusdem Rogerij Comitis scribebat, æquè hoc anno millesimo nonagesimo septimo contigisse tradit ipsam obfisionem Capuæ per Rogerium Comitem factam; de qua aduentu Urbani Papæ, ad ipsam componendarum rerum causa illuc Roma proficiscentis hæc habet:

a Gaufr. li. 4. c. 27. b Rom. 10 c Matt. 5 d 2. Cor. 13.

Cùm ista aguntur, de obfisione scilicet Capuæ, Papa Urbanus colloquium Ducis & Comitis desiderans, à Roma progrediens, apud Capuam, ubi obfisionem tenebat, venit: Comesq; sex tentoria illi deliberans ad hospitandum, sumptus necessarios abundantissimè ministravit. Porro ille sciens scriptum b: Beati pedes euangelizantium pacem. & c: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Et alibi scriptum est d: Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum: & maximè quia sciebat, totius Christianitatis curam sua prouisioni delegatam: de pace inter ipsos reformanda, primò Ducem & Comitem, Principemq; pariter conueniens, attentare cepit.

XII.

Qui consilio Comitis, prudenti responsione vsi, in presentia Apostolici, copia beati Petri, dicunt se ius inire si à Capuanis pari discrimine idem exequatur, concedunt. Papa infra urbem idem de Capuanis rexitum vadens, dum ab utrisque partibus conceditur, spe conscicienda pacis frustra gaudens, renuntiat: dies disputandi statuitur. His opponètib; & illis prout sese res habebat, respondètib; graui syllogismo Capuanis à iudicibus legaliter conclusio determinatur. Capuani audientes, se iudicio pragruari: vel oppositione, vel rationabili contraditione contra iudices vsi, publicè se iniuriosos ostentantes, exequi vel nolle, vel non posse denuntiant. Quod audiens vir Apostolicus, & quia hac ab illis exequendi interuentus fuerat: aliquantulum erubescens, gladio B. Petri animaduertens, interminatur. Parti nostrorum ex toto fauendo se contulit: constantiam Comitis in fortia exercendo per plurimum laudans: vitamq; eius omni cura Roma & Italia per necessariam afferens. Nam timor eius plures ab insolentia plusquam zelus honestatis compecebat. Apostolicus itaq; Ecclesiasticis negotijs, plusquam expeditionibus exercitijs intentus, totalibus tumultibus mente declinat, his tribus Principibus, sed & omni exercitui Apostolica benedictione concessa, Beneuentum secessit. Pergit auctor de obfisione & deditioe reliqua recensere.

XIII.

Nos Sanctorum facta prosequamur, quæ tunc contigerunt. Narrat e ea Edinerus qui & ipse aderat, in Vita S. Anselmi, quem tunc contigit vnà cum Urbano Papa in castris versari, de quo ista: Humanitas sancti Anselmi sine personarum acceptione suscipiebat omnes. Et quos omnes? Paganos etiam, vt de Christianis taceam. Siquidem nonnulli talium fama bonitatis eius inter suos excitati, mansionem nostram frequentabant, & sumptis ab Anselmo corporalibus cibis, gratiosi reuertebantur, admirandam viri benignitatem suis predicantes, quam experiebantur. Vnde in tanta deinceps veneratione apud eos habitus est, vt cum per castra illorum, que in vnum collocata erant, transiremus, ingens multitudo eorum, eleuatis in caelum manibus, ei propterea imprecarentur, & osculatis pro ritu suo manibus proprijs, etià coram eo genibus flexis, pro sua benigna largitate grates agendo venerarentur. Quorum etiam plurimi, velut comperimus, se libenter eius doctrina submississent instruendos, ac Christiana Fidei iugo suo per eum colla iniectissent, si crudelitatem Comitis sui per hoc in se fecerunt non formidassent. Nam reuera nullum eorum pati volebat Christianum impunè fieri. Quod qua industria (vt ita dicam) faciebat: nihil mea interest. Deus ipse viderit. Hucusque Edinerus.

\* Edin. in Ansel. li. 2 apud Sur. die 21. Apr.

S. ANSELMVS IN CASTRIS LABORAT PRO INFIDELIVM CONVERSIONE.

XIV.

Sed quomodo ipse Rogerius Comes, dum ad Capuanam persisteret obfisionem, per sanctum Brunonè Carthusianorum auctorem ei per visum apparentem, à Sergij ducis militum sit liberatus infidijs, cuius rei erga ipsum munificencia factum est, vt eadem Carthusianorum familia propagaretur latioribus spatijs in Calabria, eiusmodi tunc scripto f diplomate, videamus. Sic se habet:

\* Ext. apud Sur. die 6. Oct. com. 5. DIPLOMA ROGERII COMITIS DE PERT. CVLO LIBERATI. \* Maij

Ego Rogerius diuina misericordia Comes Calabria & Sicilia, nota esse volo omnibus fidelibus Christianis beneficia, que mihi peccati ori concessit Deus orationibus reuerendi mei fratris Brunonis pijsimi patris Fratrum qui habitant in Ecclesia sancta Maria de Eremo, & sancti Stephani Protomartyris, que sita sunt in terra mea, inter oppidum quod dicitur Stillum & Arenam. Cùm essem in obfisione Kalendis \* Martij, & profecissem Sergium natione

Gracum principem super ducentos armigeros nationis sua, & exercitus excubiarum Magistrum: qui satanica persuasione prauentus, prius ipsi Principi Capua promittenti auri non modicam quantitatem, ad inuadendum me, meumq; exercitum, noctu aditum pollicitus est se prabere. Nox proditiõis aduenit, Princeps Capua eiusq; exercitus iuxta promissum est paratus ad arma. Dumq; me sopori dedissem, interiecto aliquanto noctis spatio, astutus cubili meo quidam senex reuerendi vultus, vestibus scisis, non valens lachrymas continere. Cui cum in visu dicerem, que causa ploratus & lacrymarum esset: visus est mihi durus lacrymari. Iterato querenti mihi, quis esset ploratus, sic ait: Fleo animas Christianorum, teq; cum illis simul: Exurge quamprimum, sume arma, si liberare te Deus permiserit tuorumq; animas pugnantorum.

Hic mihi per totum videbatur, velut si esset per omnia venerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi, pro visione pauescens. Illic sumpsit arma, clamans militibus vt armati equos conscenderem, visionem si vera esset, satagens comprobare. Ad quem strepitum & clangorem fugientes impius Sergius eiusq; sequaces, subsecuti sunt Principem Capua, sperantes se in dictam ciuitatem confugium habuisse. Ceperunt autem milites inter vulneratos & sanos centum sexaginta duos, à quibus visionem fore veram comprobauimus. Reuersus sum, Deo volente, vigesima nona Iulij mensis Squillacium, perhabita Capua ciuitate, ubi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit verò iam dictus venerabilis Bruno cum quatuor de Fratribus suis, qui me suis sanctis deuitisq; colloquijs consolati sunt. Cui reuerendo viro visionem retuli, & humiles gratias egi, qui de me etiam absente suis in orationibus curam habuisset. Qui se humiliter asseruit, non ipsum fuisse, quem vidi, sed Dei Angelum, qui astat Principi tempore belli. Rogauit quog; ipsum humiliter, vt propter ea de rebus meis in terra Squillacensi sumere dignaretur largos redditus, quos donabam. Renuens ille, recipere nolle dicebat, quod ad hoc domum suam patri meamq; dimiserat, vt omninò de rebus extraneis liber decesseret Deo suo. Hic fuerat in domo mea quasi primus & magnus. Tandem vix ab eo impetrare potui, vt gratias acquiesceret sumere modicum munus meum. Donauit enim eidem patri Brunoni eiusq; successoribus ad habendum in perpetuum absq; temporali seruitio monasterium S. Iacobi cum castro, & quamplura res & bona alia cùm amplissimis libertatibus in dictis litteris specificè declaratis. Hæc Sicilia Comes Rogerius.

XV.

Qui non post multos dies ad deditioem Capuanam ciuitatem coëgit, prout idem qui supra Gaufrédus enarrat. Inter ea verò S. Anselmus de missione sua ardenti studio cum Urbano Papa egit, sed frustra. De eo enim hæc Edinerus: Deinde soluta obfisione, multa prece Anselmus Papam ad hoc flectere conatus est, quatenus ab onere pontificali eum absolueret, & quieti liberum vacare concederet. Verum cum quantum ad effectum, ad nihilum laborasset, fretus benedictione eius, Sclauiam reuersus est, opperiens tempus Concilij, quod idem Papa apud Barum, Kalendis Octobris erat celebraturus. Quæ autem, dum ibi maneret, digna Apostolico viro ediderit miracula, & illud præcipuum, cùm sitienti populo è rupe aquam eduxit, idem auctor pluribus narrat. Nos verò ex instituto Urbani Papæ vestigia assectemur.

XVI. VRBANVS SALERNVM SE CONFERT AD ROGERIVM COMITEM.

Gaufrédus monachus, qui tunc ista quæ inspiciebat, & scribebat, his subiicit, Rogerium Comitem Sicilia vnà cum Rogerio Duce Guiscardi filio post deditioem Capuæ mox perrexisse Salernum, illucq; ad eum aduenisse Urbanum Papam, qui hæctenus Beneuenti rerum euentu expectans sese continuisset. Quomodo autem ab eo ipse Pontifex acceptus fuerit, ita narrat g: Papa urbem redditam, & pacem inter ipsos factam audiens, & gaudet de fraude compressa, & de pace consecuta. Sed quia Ducem & Comitem Salernu secessisse audiuit, nolens Comitem, donec sibi loquatur, versus Siciliam remeare: illorsum accelerat. Veniensq; cum Archiepiscopis apud S. Matthæum, vt cum debito honore eum acciperet, cum processione praestolatur. Et tamen propter amicabilem venerationem quam versus Comitem habebat, primùm ad eius hospitium eum amabiliter visum vadit; diuq; eius colloquio vsus, ad processionem que praestolabatur, suscipiendus accessit. In crastinumq; conuenientes, alter alterius colloquio cum maxima dilectione fruuntur. Hæc de aduentu Urbani Papæ Salernum, & de congressu cum Rogerio Sicilia Comite Gaufrédus, qui tunc ibi potuit esse præfens.

XVII. CONGRESVS VRB. PAP. CVM ROGERIO COMITE.

\* Gaufr. li. 4. c. 29.

\* delectatione



Hic Auctor ag greditur serid admodum tractare de male instituta Monarchia Sicilia occasione diplomati Urbani Papa hoc anno dati Rogerio Sicilia Comiti.

XVIII. DEDIPLO MATE AB VRBA. PP. DATO RO GERIO.

a Pauli in Ambros.

XIX. INCONSVLTANTI MIS EDITIO DIPLOMATIS VRB. PAP.

b Psal. 50

XX. QVOMODO DIPLOMA IN LVCEM PRODITVM.

At quæ sequuntur de priuilegio ab eodem Urbano Papa ipsi Rogerio Comiti concessio atque filijs eius hæredibus, maxima indigent peruestigatione atque discussione, quo veritas ipsa elucidata perspicua omnibus fiat, nec amplius mendacijs circumtectæ celetur. Rem planè aggredimur, quæ multipliciter parere nobis possit inuidiam, atque in nos odium concitare multorum. Sed summa inde nobis parta est dicendi fiducia, quòd is, ad quæ spectat ista corrigere, Rex sit veritatis amantissimus, iustitiæ obseruantiss. & in omnibus animo tràquilissimus. Atque insuper ex eo augetur magis alacritas cum libertate dicendi, quòd non contra ipsum Regem, sed pro ipso (ita dixerim cum S. Ambrosio ad Theodosium) sint à nobis ista tractanda. Pro Rege namque agimus, imò & cum Rege, dum pro veritate, cuius est scultor, & pro iustitia, cuius est rector, atque pro religione, cuius est custos & defensor, nos laboramus. Quòd & cum à nobis id exigat institutum, tacere nò liceat: nos silentes arguerent iure multum, ac obijcerent, esse passos auream anginam Demosthenis. Qui enim elucidandæ historiciæ veritatis ex instituto prouinciam subierimus, atque hæcenus, quantum nostræ fuit facultatis, indefesso studio, non pœnitendo labore, pro viribus prestiterimus: quonã modo quæ maximi ponderis esse noscuntur, absque culpa graui præterisse poterimus intentata, relinquere indiscussa, vel omittre insoluta? Aggredimur igitur, Christo præuio, qui est Veritas, veritatem exulantem postliminio restituere, & obscuratam tenebris in lucem apertissimã vendicare. Aequo, rogo, patiarur animo Lector, si nos in his diutiùs necessitas detinuerit.

In isto quem diximus, Salernitano congressu ab Urbano Papa datum asseritur diploma illud amplissimum, super quod, veluti fundamentum immobile, recentem Sicilia Monarchiam esse fundatam, atq; firmiter stabilitam, asserunt omnes, qui eius sunt pugnacissimi defensores, & inter alios Fazellus Siculus, qui illud ipsum diploma in sua historia de rebus Siculis, veluti emblema pretiosum intexuit, quod & fecit rerum Hispaniarum recens historicus; sicque quod latebat in angulo, per strepitibus hisce tubis sacerdotibus in Sicilia altera, altera in Hispania, est diulgatum in orbe, quarum clangoribus nò destruantur mœnia Hierichontina, sed magis qui in bona voluntate b Domini sunt ædificati muri Hierusalem; cum bellicum insouerint, quo excitati sunt plures pugnare aduersus Ecclesiam, eius expugnare iura, & adimere libertatem, captiuamque pati cogere miseram seruitutem. Par erat, prius de ipso, antequam ederent, inuestigare, & à quo sic primũ editum, intelligere, & in quam fidem acceptum, cognoscere, & an integrum, examinare, originem petere, & prototypum, si posset reperiri, consulere; denique verò illud ipsum erroribus purgatum, in candorem pristinum reuocatum, scholijsq; illustratum proferre, atq; ita benè mereri de Ecclesiastica antiquitate. Ista verò prætermisisse, & inemèdatur, imò & deprauatum penitus edidisse, nec commonuisse Lectorem, quam graue peccatum sit, iudicet ipse Lector, qui eorum fidem secutus, in Scylleos se delatum vortices nò cognouerit, cum ita nauigarit in tenebris, nec nisi admota veritatis face, in quod periclitãdus discrimen inductus fuerit, postremò vix sentiat.

De ipso igitur diplomate nos acturi, quo tempore ipsum, uti scriptum legitur, & quo auctore editum fuerit, primò dicendum; ac deinde, in quam tunc auctoritatem atque fidem acceptum. Rem haud ignotam prodimus, sed iam ore ferè omnium peruulgatam, ac veram, atque momentis etiam publicis comprobata. Tempore siquidem Ferdinandi Regis cognomento Catholici, Siculus quidã, Ioannes Luca Barberius dictus, anno Domini millesimo quingentesimo decimo tertio, egit cum eodem Rege, vt eius auctoritate perquisita vndique antiqua diplo-

mata, eadem in vnum volumen, quod Caput Brevium appellaret, ad regni iura noscenda colligeret. In quo præter alia multa illud de quo agitur, Urbani Papæ diploma, uti editum legitur, pariter scripsit; sed sicut cetera, vnde acceperit, verbum nullum. In quem talium inuictorem, vt impostorem, publicè conclamatum ab ijs, quorum antiquæ possessiones recens inuentis hisce diplomatibus turbarentur. A quibus & eidem Ferdinando Regi fuit libellus oblatum, quo regia implorabatur clementia, ne in præiudici plurimorum Barbarianæ collectioni fides aliqua adhiberi deberet, nisi de singulis doceretur autographum, quod quisq; cum opus esset, consulere posset.

Quorum iustissimæ petitioni Princeps iustissimus annuit. Porro autem rerum gestarum fides, ne quis de his dubitatè aliquo modo possit, expressa habetur, & descripta legitur in libro Capitulorum regni Sicilia, capite centesimo nono, pagina ducentesima vigesima prima, eademq; per eundè Ferdinandum Regem confirmata die vigesima quarta Junij, tertia Indictiõe, anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto. Qui enim ista diligenter explorauit & vidit testis fidelis, scriptis nobis tradidit quàm fidelissimè. Sic igitur, vt euidenter apparet, nullam penitus conciliat diploma editum sibi fidem, nec auctoritatem aliquam sibi vendicat, nisi ex autographo accipiat eam. Prouocadum igitur ad prototypum, ex cuius fide pèdet huius auctoritas atq; veritas: quod cum nunquam hæcenus factum sciatur, vt ei credatur in rebus præsertim magni momenti, nihil prorsus est quod cogat, vel aliquo modo suadeat.

Vis videre, Lector, atque perspicuè intelligere, istud ipsum quod est editum Urbani diploma, aliud omninò atque diuersum esse ab eo, quod datum est Salerni ab eodem Urbano Papa Rogerio Sicilia Comiti? accipe perspicuam de his rationem. Cum sæpè cõtigerit, aduersus Apostolicam Sedem Sicilia Reges de Ecclesiæ & Regum iuribus alterari: vtique ex eodem diplomate faceffere negotium ipsi, si ita vt se habet, extitisset, minimè prætermisissent; vsque eo fuissent, vt nunc vtuntur, tanquam potentissimum telo. Sed cum nusquam vel leuis sit mentio, ipsum citatũ, vel nominatum aliquando, plurimis, vt id facerent, occasionibus exigentibus: vtique dici posse videtur, ipsum haud eiusmodi fuisse, vt nunc describitur, Ecclesiæ Romanæ iuribus aduersarium. Cur, inquam, non eo vsus Rogerius Rogerij huius filius, cum aduersus Innocentium & Eugenium ageret de iuribus Romanæ Ecclesiæ in regno Sicilia? Cur non huius nepos Guillelmus, cum aduersus Hadrianum Quartum de iisdem iuribus miseret litigia & contentiones? Cur non alij horum successores regni eiusdem? Cur nec ipsi tyranni præntensionum audacissimi ac pertinacissimi defensores? Omittimus de reliquis dicere, quorum nec vnus quidem vsque ad Carolum V. ostendi poterit citasse illud vti causæ suæ proficuum testimoniu. Sed iam istud ipsum diploma quale sit, uti nunc eusum legitur, hic describamus. Sic se habet:

Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei charissimo filio Rogerio Comiti Calabria & Sicilia salutem & Apostolicam benedictionem.

Quia prudentiam tuam superna Maiestatis dignatio multis triumphis & honoribus exaltauit, & probitas tua in Sarraceno- rum sinibus Ecclesiam Dei plurimum dilatauit, & sancta Sedi Apostolica deuotam se multimodis semper exhibuit: nos in specialem atque charissimum filium eiusdem vniuersalis Ecclesiæ te assumpsimus. Idcirco de tua probitate sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promissimus, ita literarum auctoritate firmamus: Quod omni vite tue tempore, vel filij tui Simonis, vel alterius qui legitimus tui heres extiterit, nulli in terra potestatis vestrae, præter voluntatem aut consilium vestrum, Legatum Romana Ecclesiæ statuemus. Quinimo que per Legatum acturi sumus, per vestram industriam, Legati vice, cobiberi volumus. Quando ad vos ex latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum ecclesiarum, que sub vestra potestate consistunt, ad honorem beati Petri, sancti aq; eius Apostolica Sedi, cui deuotè hæcenus obedisti, quamq; in necessitatibus suis strenuè & fideliter adiunxisti. Si verò celebratur Concilium, & tibi mandauero, quatenus Episcopos

XXI.

XXII.

DIPLOMA QVOD VRBANI ASSERTVM IN CONGNIVTVM MAIORIBVS.

XXIII. VRBA. PP. ASSERTVM DIPLOMA.

\* al. sanctæque

\* al. miserimus \* al. videlicet

\* al. existunt XXIV. \* celebrabitur

\* mittas  
\* & adtu-  
telam

*Et Abbates tuæ terra mihi mittas: quos & quot volueris\* mittes, alios verò ad seruitium Ecclesiarum tuarum\* retineas. Omnipotens Deus actus tuos in beneplacito suo dirigat, & te à peccatis absolutum in vitam æternam perducatur. Datum Salerni per manus Iohannis sanctæ Romanæ Ecclesie diaconi, tertio Nonas Iulij, Indictionis septimæ, anno Pontificatus nostri vndecimo. Hactenus diploma.*

XXV.  
DIPLOMA  
DEPRA-  
VATVM  
INTEMPO-  
RE CONSTI-  
GNATO.

\* Otto Fri-  
sing. in Fri-  
deri. lib. 1.  
cap. 28.  
XXVI.

Quod quidem toties abrogatum fuisse oportuit, quoties inter ipsos Romanos Pontifices atque Sicilia Reges de his constat fuisse transactum; vt cum inter Rogerium atque Eugenium Papam ita est concordatum, quod nullum Legatum mitteret in Siciliam Pontifex, nisi quæ Rex ipse peteret; non autem vt Rex ipse Legati Apostolici vicem teneret, quod ab Urbano fuisse concessum, asseritur. Quod constat ex Romani Senatus Epistola ad Conradum Regem Romanorum, quam recitat Otto a Frisingensis Episcopus eius temporis auctor. At de alijs transactionibus initis in fauorẽ Romanæ Ecclesie, inferius dicturi sumus.

Sed antequam vltius procedamus: corrigamus primò errorem illapsum in tempus. Nam cum constet diploma datum esse Salerni, & aduentum Urbani illuc hoc ipso anno contigisse, exploratissimum sit testificationibus eius temporis Scriptorum omnium, quos recensuimus: vtique signatũ ipsũ oportuit Indictione non septima, sed quinta, neque anno vndecimo Urbani Papæ, sed decimo confirmantur ista eo validius, quod non anno sequenti, quo annus vndecimus Urbani Pontificis numeratur, qui in diplomate scribitur, potuit datum esse diploma. Nam eo tempore, anno sequenti scilicet, non Salerni, vbi datum legitur, sed Romæ constitit Urbanus ad celebrandum Concilium, vt suo loco patebit: neque post sequentem annum, quo signata in diplomate septima currit Indictio: nã eodem pariter anno, eo tempore non Salernum, sed Roma Urbanum tenuit pariter in alio celebrando Concilio, vt intelliges suo loco. Sic igitur quæ deprauata ostendimus, sunt in diplomate corrigenda. Cum tamen non adeò seueri exactores simus, vt ob eiusmodi librariorum vitia illapsa, velimus idem diploma rejicere.

XXVII.  
QUANDO  
ET A QVO  
DIPLO-  
MA IN AV-  
CTORITA-  
TEM AC-  
CEPTVM.

At istud ipsum, quidquid sit, & quale sit, à nobis nuper recitatum diploma scias, vt oraculum cœlitus lapsum, in plenissimam fidem acceptum atque in fundatione Monarchicæ molis fundamentum positum esse. Horrescit auditus, vt explosum sententia Ferdinandi, cuius nullum auctoret quod ostendi possit autographum, nullius esset auctoritatis asseritur Urbani Papæ diploma: illud ipsum sub eius successore Carolo V. Imperatore bellicis rebus intento, Principe inuictissimo, tunc in regno Siciliae opera Aduocati Fiscalis, vti quidpiam diuinũ in sublime attolleretur, præconijs laudaretur, summoque plausu exciperetur, & vt lapis angularis faciens vtraque; vnum, temporali simul & spiritali iuncta auctoritate, noua, hactenus in Ecclesia Catholica inaudita constituta fuerit Monarchia. Sic ita cum de his est agitatum consilium, Consiliarios sefellit iniquitas religionis obducta velo, dum seruandum proponitur, quod Papa sanctissimus, Urbanus II. sacro diplomate statuisset, cui aduersari nefas duceretur, diceretur & impiũ.

XXVIII

Prætensa igitur Apostolica auctoritate, cõtra Apostolicam ipsam Sedem grande piaculum perpetratur, dum ipsa inconsulta Apostolica Sede, eius in regno Siciliae potestas labefactatur, auctoritas abrogatur, læditur iurisdictionis, & cum ea leges violantur Ecclesiasticæ, patiturque dispendium antiqua traditio, atque demum, vt ipsa erigatur in Sicilia Monarchia, iura omnia Ecclesie dissipantur. Nomen hactenus inauditum tunc proclamatur infaustum, adscribitur chartis, & memorie perpetuæ cõsecratur iam regijs cufum typis, & Imperatorio promulgatum edictõ. Ita abusi ministri illi nomine tanti Imperatoris, vt tãtum nefas auderent. Siquidem anno Redemptoris millesimo quingentesimo vigesimo sexto die septima mēsis Decembris datum legitur edictum Caroli Quinti nomine potius quàm voluntate, de confirmatione Pandectarum impressi voluminis, in quo asseritur Monarchia, atque ipse seorsum scriptus legitur liber, qui inscribitur, Monarchia, omnium regni Consiliarios subscriptione munitus, cuius

autographum alleruatur in Siciliae Cancellaria, ex quo exemplaria duo descripta dicuntur, quorum alterum fertur ad Regem missum, alterum verò ad Aragonense Consilium datum. Qui se vidisse testatur, vir pius, retulit ista.

Sed & quæ sibi iura eadem vendicet Monarchia, dicendum. Quod enim auctoritate Urbani Papæ diplomatis ipsum Rogerium Siciliae Comitem atque eius hæredes Legatos à latere constitutos omnino velint: omnes pariter successores Reges esse in Siciliae regno Legatos natos esse cõtendunt, eosdemque omnia, quæ sunt Legatorum à latere, efficere posse confirmant: imò & substituendi potestatem habere cum eadẽ auctoritate, nimirum, vt iudicare & punire possint, absolueret & excõmunicare quos velint, laicos, monachos, clericos, etiã Ecclesiastica dignitate Prælatos, Abbates, Episcopos, & Archiepiscopos, imò & S. R. E. Cardinales ibi degentes eidẽ Monarchiæ subditos esse velint. Eiusdem quoque Monarchicæ esse facultatis, appellationes ad sanctã Sedem Apostolicam impedire, Nuntios eiusdem sanctæ Sedis non admittere, atque demum respectu Ecclesiasticæ iurisdictionis, neque ipsam Apostolicam Sedem recognoscere & habere superiorẽ, nisi in casu præuentionis. Ista sunt quæ Urbani auctoritate diplomatis Reges in Sicilia velint sibi licere. Quid tu ad ista dixeris Lector, nisi sub vocabulo Monarchiæ, præter Monarchiam vnũ, quod vnicum caput visibile in Ecclesia à Fidelibus omnibus semper est cognitum atque cultum, aliud in Monarchia Siciliae obortum, aliud superinductum, pro monstro & ostento caput Ecclesie, in qua non amplius, vt semper antea vnus, sed duo audiantur, scribantur, legatari esse monarchiæ, ac duo insuper in ea deformiter ostentari capita?

At quod ad ipsũ in primis nomẽ spectat: quomodo post quadringentos triginta annos à tempore dati ab Urbano Papa diplomatis, quod nunquã à pijs Regibus, nec à tyrannis ipsis Romanæ Ecclesie perduellibus, neque ipsis acerbissimis Romanæ Ecclesie persecutoribus Friderico, filio, atque nepotibus eiusmodi Monarchiæ nomen vsurpatum vllatenus reperitur: recens natũ inuenitur superinductũ? potuitne tot sæculis intra viscera latuisse parentis, vt non nisi hoc postremo tempore tantum pareretur ostentum? Exhorruit sepe Catholica Ecclesia, assueta seruare quod antiquitus traditum, voces nouas; nisi cum ad nouas profligandas hæreses, noua ipsam oportuit excogitare remedia, custodiens in Timotheo Pauli depositum, ita scribens ad eum a: *O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates.* Hinc inquam, vt serpens sibi libis, confuevit Ecclesia Catholica nouas huiuscemodi audire, atque horrescere voces, & execrari. Et quomodo ipsa patitur istã, quæ aduersatur custodiæ mordicus in Ecclesia vnitate? Si vna est consensu Fidelium omnium in Ecclesia à tempore Euangelij promulgati monarchia, nec alteram superinduci ab illa, quæ Christi ore noscitur stabilita, ad Petrum tantum, non ad alium quempiam Apostolorum ista dicens: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* Et ad eundem post resurrectionem c: *Pasce oues meas.* Vnquam passi sunt Orthodoxi: quomodo hodie infaustum nomen, vox infelix, altera auditur in Ecclesia monarchia?

Quod si dixerint, non est dicenda altera monarchia, cū pendere istam dicamus ab illa, dum eam auctoritate diplomatis Pontificij vendicamus: & nos hoc ipsum dicimus, si non est altera, sed vna cum ea; vtique non altera dicenda est monarchia, sed vnicum relinquendum, seruandum & custodiendum monarchie nomen est illi, quod ipsi impertitum à Christo, in ea solum semper sunt venerati Fideles. Si igitur auctoritate diplomatis Pontificij id vobis iuris quæsitum contenditis (ministros illos Regios compello) cur plusquam concessum sit illo, vobis sumitis in nouitate vocabuli? Demus, quod dicitis, Urbanus voluit Reges Siciliae esse Legatos natos à latere: nunquid diplomate sanxit, eos dicendos esse monarchas? nequaquã. Magna quidẽ inter vtramque vocem est differentia. Cum aut plures sint hodie in Ecclesia Catholica nobilissimarum Ecclesiarũ Antistites, qui ex vero certoque priuilegio Apostolicæ Sedis Legati nati obtinent dignitatẽ: nũ ex eo aliquis eorũ ausus est aliquan-

XXIX.  
QUA CON-  
TINEAT  
MONAR-  
CHIA.

XXX.  
DE IPSO  
NOMINE  
MONAR-  
CHIA.

a. 1. Tim. 6

b. Mat. 16  
c. Ioh. 21

XXXI.  
AROLEN-  
DVM OM-  
NINO NO-  
MEN MO-  
NARCHIAE.

aliquando sese appellare monarcham? minimè gentium. Quamobrem et si non alia ex causa, vel ex hac saltem succidendum est nomen adulterinum, ne tali exemplo propagetur in alios: alioqui in Ecclesia Dei, in qua non nisi vnus possit esse monarcha, monarcharum filia (horredum dictum) succederet infamia sempiterna primatus Romanæ ipsius Ecclesiæ. At hæc, quod ad nomen ipsum, dicta satis, res autem ipsas ad examen modò reuocemus.

XXXII.

Quoniam iure, qua ratione ex eodem Urbani Papæ superius recitato diplomate tãta vobis sumpstis, vt ex eo, Legatos à latere, itemque natos, atque demùm monarchas effectos reges omnes Siciliæ dicere præsumpseritis? Et lo, concesserit ista Rogerio eiusq; filijs Vrbanus Papa: nunquid hæredibus cunctis, & successoribus omnibus esse concessa, affirmare poteritis? nullo modo. Recitentur eadem verba Pontificis: sic se habent:

XXXIII. VERB. DIPLOMA NON EXCEDIT FILIOS ROGERII COM.

Quod omni vita tua tempore, vel filij tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra potestatis vestrae, &c. En quàm cautissimè Papa voluit expressisse personas, quibus illud concederet priuilegium. Expressit enim Rogerium patrem, Simonem filium, & alterum filium, si extiterit ipse hæres. Duo namq; Rogerio Comiti erant filij, Simon maior natus, atq; Rogerius, quem voluit expressisse voce illa, alterius; quod quidem nomen non de pluribus, sed de vno ex duobus duntaxat dici, sciunt omnes, qui Latinas litteras didicerunt. Si igitur cautum, vt filios illos duos Rogerij priuilegium non excederet. Quomodo ergo deductis ad hæres omnes? quomodo adhuc insuper, cum hæredes Rogerij omninò defecerint, trahitis etiam ad successores omnes? Vbi de hæredibus omnibus, & successoribus aliqua inest mentio in diplomate? quod quidem, cum id prælati voluerint Romani Pontifices, expressè cõscribi, exactè notari, dilucidè poni, minimè prætermittisse noscitur.

XXXIV. VRBANI PAP. DIPLOMA SÆPIVS REVOCA-TVM.

At quid amplius? etiam si expressè Vrbanus Pontifex ea cõcessisset omnibus hæredibus atque etiam successoribus omnibus Rogerij Comititis: adhuc tamen ea ipsa nullo modo deduci potuisse ad Carolum Quintum, hac apertissima ratione firmamus. Quod cum plurima extent Pontificum Romanorum diplomata, quibus sunt collatæ Inuestituræ de regno Siciliæ diuersis Regibus, atq; in eis disse-tis verbis reuocentur cuncta sigillatim, quæ aduersus ecclesiasticam immunitatem quoquo modo sint præsumpta: planè nihil est, vt aduersus tot Pontificum documenta, de quibus sigillatim inferius fiet mentio, istiusmodi diploma aliquod filij vendicare possit auctoritatis.

XXXV. VICES LEG. AGE. RE. ROGE. RIVM IVS SVM AB VRB. PP.

At nec quod præterditur, vilo pacto concesserim, per Urbani diploma creatum Legatum à latere fuisse Rogerium ipsam, atque filios eius. Hæc vt plenius cognoscantur, eiusdè hic Papæ diplomatis verba sunt repetenda, quæ sic se habent: Nullum in terra potestatis vestrae, præter voluntatè aut consiliu vestrum Legatū Romanæ Ecclesiæ statuemus. Quinimò, quæ per Legatum actus sanus, per vestram industriam Legati vne cohiberi volumus. Quis ista perlegens, non percipiat ex verbis eius, nõ legationem à latere concessam esse Rogerio, sed eum vicem Legati implere voluisse, & in his tantum cohibendis, quæ per Legatum Apostolicæ Sedis cohibenda forent? Alijs namq; formulis, iisdemq; plenioribus, atque adedè specificis consueuisse concedi ab ipsis Romanis Pontificibus legationes à latere, nemo ignorat, qui eialmodi lèctionibus affueuit.

XXXVI. VENDI-CATVR VRB. PA. PA AB IR. ROGATA INIURIA.

Præterea non perpendunt, quanta ab ipsis irrogetur iniuria Urbano Pontifici, eum velint ea concessisse ipsum Vrbanum Rogerio, quæ per reges huius temporis male aduersus ecclesiasticam iura vniuersa Ecclesia Catholica scandalum patiente, exercentur: cum in vendicandis Ecclesiæ iuribus ab vsurpatione laicorum, idem sanctissimus Pontifex nulli reperiatur fuisse secundus, sed inter primos eiusmodi zelo exæstuatè claros Romanos Pontifices numerandus, quique ipsi ipsi temporibus vixerit, quibus iugiter certandum erat pro his ipsis aduersus iniafores Romanæ Ecclesiæ iurium. In quibus laboribus obeundis, quæ eiusdè Urbani Pontificis partes fuerint, docent quæ de eo sunt enarrata per annos singulos Pontificatus eius,

quorum causa Concilia adedè frequentia indicenda, peregrinationes assidue ab ipso obeunda fuere, scribique ad diuersos epistolas frequenter oportuit; ne vel laram vni-guem præiudicium inferri fineret ecclesiasticæ immunitati.

XXXVII.

Potuitne tanta concessisse Rogerio, quorum partem aliquam tantum si Imperatori Henrico ferocissimo Ecclesiæ persecutori cõcessisset, pacem proculdubio vniuersalis Ecclesiæ redemisset, & tot tantisque cladibus afflictam diuitius Ecclesiam liberasset? Si quid igitur vulneris fuisset infli-gendum Ecclesiæ: planè pacis vniuersalis causa comparanda, & pseudopontificis propulandi tolerandum vtiq; fuisset illud: sed prius cuncta pati, quàm quid minimum Ecclesiæ iurium imminui decreuit animo Vrbanus Papa, quod & dum vixit, effectu ipso egregiè præstitit, nihil magis sollicitè curans tota ipsa sui Pontificatus functione, nihil studiosius tractans, vel cupidius satagès, quàm ne quid minimum Ecclesiæ iurium sibi seculares Principes, vendicarent: Nam audi, quæ de Urbano ipso eiusdem temporis scriptor dicat Dominico.

Nanquam decreuit libertas deniq; Sedis, Romana per eum.

Hæc ipsa in vita Mathildis, citata sæpe superius. Immo audi Vrbanum ipsum ita rescribentem ad Rudolphum Comitem: *Nosse te volumus, quia nulli secularium domino potestatem in clericis habere licet: sed omnes clerici Episcopo soli esse debent subiecti. Quicumq; verò aliter præsumpserit: canonicè proculdubio sententia subiacet.* Sed & eodem argumento scriptum ab eo ad Salernitanum Clerum & populum breuè epistolam legito. Sic se habet:

4 Ino part. 6. cap. 408

*Vrbanus Episcopus seruis seruorum Dei dilectis filijs Clero & populo Salernitano salutem & Apostolicam benedictionem.*

*Lanzonem presbyterum, qui ecclesiam sanctæ Mariæ per manum laicam inuasi, expulso eo qui legitime possidebat: noueritis sententia nostra officio & beneficio interdictum. Omnes præterea qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia, aut capellanas sine Episcopi sui consensu, per manum laicam obtinuerint: donec satisfaciant suo Episcopo secundum sanctorum canonum constituta; ab officio & beneficio interdicimus.* Hæc ex monumentis Salernitanæ Ecclesiæ, quæ in Vaticana bibliotheca alicuantur. Quæ quod certò careant anno quo data sunt, hic volumus descripsisse, cum cæteris fermè annis singulis Pontificatus eius res gestæ ab ipso hæc de eo latius prædicent.

XXXIIX. VRBANVS IN OMNI BVS DEFENSOR ECCLIA MVNITATIS.

An potuit, quæ tãto labore ædificauit tot annis, vna hora in congressu illo Salernitano cū Rogerio Vrbanus Pontifex destruxisse; vt secundum illud Apostoli: *b Si qua de-struxi, iterum hæc ædifico: præuincatorem me constituo.* Ipse turpiter perquaricationis nomine fuerit arguendus: si tanta diplomate illo, quanta isti proferunt renouata per recentas reges Siciliæ, Rogerio ac posteris cõcessisset? Absit, absit, longè longius, in quâ, proculq; absit, v Monarchiæ illius dicatur Vrbanus erector, ædificatorque turris Babel in contumeliam Dei, & opprobrium Apostolicæ Sedis; cuius planè non ædificatorem sed destructorem se dum vixit, semper Vrbanus exhibuit, qui & nunc de cælo in ipsam Fidelibus clamer illud Dauidicum: *c Exinanite, exinanite vsq; ad fundamentum in ea.* Vtpotè quæ ipsis eam erigentibus, atque tuentibus æternum exitium pariat, in cuius tantū ruina spes sit eorum ad salutem erectionis. Sed & in Cõcilio vniuersali Romæ sub eius successore Paschali Pontifice celebrato, ab vniuersa Synodo acclamatum est eidem Urbano Pontifici, vt iurium Ecclesiæ acerrimo vindici defensori atque propagatori; idque sæpius factitatum, pro-ut suo loco, sequenti Tomo dicetur; quod profectò fieri minimè potuisset, si erectorem Monarchiæ Sirulæ posse dici modo aliquò contigisset.

XXXIX. PROCYL AB VRBANO PRO DITIO ECCLIA IVRIVM. b Gal. 2.

Sed quid detineo vltra Lectorem, & non citò detego aduersantium malas artes, qui non vt se habuit, ipsum verum, germanum, legitimum, in omnibus integrum ediderunt diploma; sed mutilatum, decurtatum, atq; corruptum in omnibus, quibus iura Romanæ Ecclesiæ salua essent, exhibuerint ipsum? Agimus immensas Deo gratias, quia cecitate percutiens illos, qui manu sacrilega sacrum diploma Pontificis in pluribus mutilarunt, non fuit eos videre

CPsal. 130

XL. DETEGITVR DIPLOMATIS DE PRAVATIO.

illa, quibus istiusmodi per eos patratum scelus aperta luce, certa probatione, atque euidentissimo argumento probari posset. Si enim vidissent, atque considerassent; quis dubitet, id ipsum ab eis, eadē falce adhibita falsitatis, fuisse peractum? Quemnam putas, ad hęc probanda adhibiturum testem: illum ipsum ex aduersantium domo peti- tum, ab ipsis iure laudatum, receptum, probatum, cui nec sit quod obijci possit, quippe qui hoc eodem tempore vi- xit, & scripsit historiam Siculam, eodem ipso (vt profite- tur) exposcente Rogerio Comite, de quo agitur. Nomina- tus est iste Gaufridus, professione monachus Benedicti- nus, cuius opus antiquitate ipsa planē venerandū delituit penē sepultum inter vetera monumenta Regum Aragonū ad nostram vsque ætatem; cū illud ipsum Hieronymus Surita, vir celebris, de rerum antiquitate benē merens in lucem protulit, ediditq; Cæsaraugustæ typis Dominici à Portonarijs, anno salutis millesimo quingentesimo septua- gesimo octauo, idemq; munitum adhuc & laudatum Re- gio priuilegio (ne quid ad absolutissimam fidem eius de- esse posset) dedicatum verò Antonio Augustino tunc Ar- chiepiscopo Tarraconēsi, eruditione legum sacrarum suę ætatis in Hispania facilē principi.

Hic ipse auctor à nobis superiùs citatus eadem occa- sione cōgressus Vrbanū Papæ cum Rogerio Siciliae Comite, acturus de eiusmodi priuilegij cōcessione, facta ab Vr- bano Pontifice ipsi Rogerio, ista petendū eiusmodi præ- celsisse sic narrat occasionem: *Sed quia ipse Apostolicus iam dudum Robertum Episcopum Trainensem, Comite in consilio, Lega- tum in Sicilia ad exequendum ius sanctæ Romanæ Ecclesiæ pos- suerat, perpendens hoc Comitem graue ferre, & nullo modo, vt sta- bile permaneat, assentire: cognoscens etiam, ipsum Comitem in om- nibus negotijs ecclesiasticis exequendum zelo diuini ardoris exfer- uescere: castato quod de Episcopo Trainensi fecerat, legationem B. Petri super Comitem per totam Siciliam, vel habendam heredita- liter ponit, ea discretionem, vt dum ipse Comes aduixerit, vel aliquis heredum suorum zeli paterni ecclesiastici executor superstes fue- rit, Legatus alius à Romana Sede, ipsis inuitis, nullus superponatur.* Hęc ipse. Quæ planē integra vt vidisti, in ipso recitato su- periùs diplomate continentur.

Sed quæ malis artibus, & dolo malo de eo sint dem- pta, quæ in eo contineri, idem ipse testatur, iā demōstremus atq; nos hic, honoris causa redditæ postliminio diu exulis veritatis, grandiusculis literis describam, sic se habent:

**SEDSI QVA ROMANÆ ECCLESIAE IVRIS EXEQVENDA FVERINT, † CHARTVLIS A RO- MANA SEDE IN SICILIAM VEL CALABRIAM DIRECTIS, PER IPSOS CONSILIO EPISCOPO- RVM EARVNDUM PROVINCIA RV M AVTHEN- TICE DEFINIANVNR.** Ista sunt quæ manus audax ad sacrilegium prompta abstulit à recitato Papa diplomate. Quæ tanti noscuntur esse momenti, vt si ista restituantur in ipsum, nullum penitus videas irrogatum damnum pei- eam concessionem priuilegij Rogerio factam iuribus A- postolicæ Sedis, cū sit in his verbis illi integrum refer- uatum, vt cū opus esse iudicauerit Papa, ministros suos in Siciliam mittat causas vrgentes cognoscere; qui, & si ita placuerit ipsis, Episcopos ad Synodū congregent, quo- rum consilio ipsorum sententia expectetur. Talia igitur, tantaque è diplomate subduxisse, quanti reatus fuerit, iu- dicent omnes.

Porro istud ipsum, vt pro tuendis iuribus Romanæ Se- dis post huiuscemodi priuilegiū ab Vrbanō Rogerio im- pertitum, vsu frequentauerint Romani Pōtiffices mittere in Siciliam ministros, cū opus fuerit, certum esse, certo exemplo monstratur de Vrbanū ipsius successore Paschali Papa, qui legitur misisse Apocrisarios in Sicilia ad exigen- da Apostolicæ Sedis iura, dum ab Archiepiscopo Panor- mitano prestari iubetur iuramentū fidelitatis sanctæ Apo- stolicæ Sedi. Extrāt de his eiusdem Paschalis Pontificis li- teræ, quas Gregorius Nonus intexuit inter b Decretales à se collectas epistolos. Habes ex his igitur, & quod ex diplo- mate demptum fuerat restitutum, & quod fuit in eo de- claratum eiusdem Vrbanū Papæ successoris exemplo, vt nihil sit, quod de his desiderari vterius possit.

At nō h c finis latrocinij expilati diplomatis. Aperian- tur cetera, vt restituantur in integrum tantoperè passā dam- num veritas ipsa. Subijcit idem Gaufridus auctor, de his dicere, quæ post hęc eodem ipso diplomate continerētur, licet pergēs: *Quod si Episcopi ad Conciliū inuitati fuerint: quot & quos ipsi Comiti vel suis futuris heredib' visum fuerit, illuc dirigāt.* Hęc integra sunt conseruata in textu, sed quæ fuit addita limitatio ab Vrbanō, penitus sublata noscitur, quæ mox ab eodē Gaufrido fide sincera ita subijcitur: **NISI FOR- TE DE ALIQUO IPSORVM IN CONCILIO AGEN- DVM SIT IN SICILIA VEL CALABRIA \* IN PRAE- SENTIA SV AVTHENTICE DEFINIRI NEQVIVERIT.** En quāta ista, quæ dolosus artifex in gratiā Principū abstu- lit, similis illi de quo in Psal. *Sicut nouacula acuta fecisti do- lum.* Abradens à diplomate, quæ sibi ad concinnandam quā moliretur fraudem, viderentur esse contraria.

Qui enim visus est indulsisse Vrbanus Papa Rogerio, vt vocatos ad Cōcilium Episcopos, quos vellet retineret vel mitteret, cū superaddidit: *Nisi forte de aliquo ipsorū in Concilio agendum sit.* Planē significauit, quod ipsi esset libe- rum, cū vellet, Siculos & Calabros Episcopos ad dicen- dam causam vocare ad Apostolicā Sedem, cū videlicet (vt subdit) *ipsorum causa in Sicilia vel Calabria authenticè in præs- entia sua desiniri nequiverit.* Nam quid est quod ait: *Authenticè desiniri non posse?* nisi canonicè, secundum leges ecclesiasti- cas terminari? quæ prohibent Principes cognoscere & iu- dicare causas Episcoporum, quibus quidem casibus causæ Episcoporum, quæ agitari authenticè, vt ait, corā Principe seculari non possunt, ad Sedem Apostolicam sint referen- dæ. En vides Lector, quanta subtraxerit, & quanti mo- menti veterator (quisquis fuerit ille) qui si in locum suum restituantur; sicut etiam integra vnā cum diplomate Sedis Apostolicæ iura, & Vrbanū Papæ laudanda prudentia erit, quod ita indulsit roganti Comiti, vt tamē voluerit Ro- manæ Ecclesiæ iuribus in omnibus esse consultum.

Quis ista considerās, non exclamet. O fraudem solem- nem, Cornelia lege plectendam! quam non timuit, in quā peccauit qui ista adeo enormia ad conciliandam sibi Prin- cipum gratiam perpetravit, cū descriptum mox ab eodē auctore ac redditum ipsum integrū Vrbanū Papæ di- ploma, vt proficitur, cū isdem haud dubium per ipsum assertis sententijs, turpiter mutilauit, dū in ipso diplomate apud Gaufridū edito desiderentur eadem ipsæ sententia, paulò ante ab eodem auctore, qui vidit & descripsit, integrè, vt vidimus, recitatæ. Quando autē admissum por- tentosum adeo scelus, & à quo fuerit perpetratū adeo pu- dendum facinus, haud adeo exploratum habemus vt pos- simus asserere: verum illos minimè vacare culpa, liberè di- cimus, qui ex eodē Gaufrido illud ipsum diploma descri- bentes, atq; edentes, sententias illas ab eodem superiùs re- citatas describere penitus prætermiserint, quarum vel sal- tem meminisse debuissent oportuerit prius ita destruere Vrbanū Papæ diploma, & ita ipsum reddere mutilatū? cū in promptu esset refarcire iacturā, & sublata fragmēta con- iungere, ab eodem Gaufrido suppeditata, deq; his mone- re Lectorē, atq; ita benē mereri de prodita veritate? quo nomine ab vnoquoque legētium immortales gratiæ fuis- sent agendæ. Agimus verò nos iterum Deo gratias, qui sic, cū ipse sit Veritas, patrocinium suscipit veritatis, vt dementet fraudulentos, nec permittat facere cuncta, quæ velint, cū voluit Vrbanū Papæ diploma illibatum & in- tegrum in Gaufrido mansisse, dum ab eo ipsius describitur argumentum, atque sententiæ recitantur: quod postea vt vidisti, eo modo manus fraudulenta corrupit, & malus artifex mutilauit.

Quod si integrum ipsum reddatur, prout ab ipso Pon- tifice noscitur esse datum, restitutum in ipsum clausulis illis atque sententijs per Gaufridum verbis totidem recitatis: tātū abest, vt à nobis reiiciatur, vt exosculemur illud, vt- potè sanctissimi Pontificis monumentū, quo magna cau- tela ita Principi voluerit satisfactum, vt tamen Apostolicæ Sedis immunitati nihil passus sit esse detractum. Tantum, in quā, abest, vt restitutum ipsum integrū, esse Vrbanū ge- nuinum,

XL I. OCCASO APERI TVR CON CEDEN- DI PRI- VILEGIJ. \* Gaufr. li. 4. c. 29.

XLII. QVÆ EX DIPLO- MATE SINT DO LOSE SVB LATA. † Chartu- latijs, ne- cessariò le- gendum, cū paulò post dicat, per ipsos.

XLIII. b. c. signifi- casti. extr. de elect.

XLIV. ALIA AD HVC EX DIPLO- MATE SVB LATA.

\* VT c. psal. 51.

XLV.

XLVI. DE TES- TATIO PA- TRATI SCLETERIS.

XLVII- QVOMO- DO RECI- PIENDVM VRBANI DIPLO- MA.

uinum, negare velimus; quin potius parati sumus ostendere aliud id genus priuilegium ab alio Romano Pontifice eodemque Urbano non impare, alij Christiano Principi esse concessum; sed nec per ipsum Apostolicę Sedis iura esse sublata, vt aliqua super ipsum erecta fuerit Monarchia, sicut super ipsum Urbani datum Rogerio factum apparet. Qui enim post Urbanum Secundum successit tertio loco Callistus Papa Secundus; quique in vendicandis, & extorquendis de manu Imperatoris abreptis Ecclesiasticis iuribus, summam prę omnibus suis antecessoribus sibi gloria comparauit: post celebratum ab ipso Rhemense generale Conciliū, congressu habito cum Henrico Anglorū Rege, quid petierit rex ab eo, & quid concesserit ipsi Callistus, sic in Annalibus Anglorum Rogerius narrat, quod & nos inferius suo loco ponemus: *Rex à Papa impetravit, vt omnes consuetudines, quas pater suus in Anglia & Northmannia habuerat sibi concederet, & maximè, vt neminem aliquando Legati officio in Anglia fungi permitteret, si non ipse, aliqua præcipua querela exigente, quę ab Episcopis regni sui terminari non posset, hoc fieri, à Papa postularer.* Hęc ipse. Quibus planè nihil derogatum scitur Apostolicę Sedis iuribus, quia maioribus exigentibus causis, ab Ecclesia Romana legationes in Angliã fuerint frequentatę, eademque decenti cultu à regibus Anglorum exceptę, prout declararunt euenta. At sicut his non contradicimus, ita nec reijcimus Urbani diploma, si reddatur integrum, & non, vt est demonstratum, tot sententijs mutilatum.

XLVIII.

Sed nec est, quod verba Gaufredi, quę in diplomate scripta fuisse docet, aliquis in alium sensum cõuertere iure possit, vt nullum eidem concessioni afferat præiudiciū: nam vel ex eo tantum, quod è textu ablata noscuntur; ipsum delictum arguit malam fidem, & contrariam ipsis veritatem magis insinuat. Sed & ipsa narrata nuper Paschalis Papę legatio in Siciliam missa, quę sunt dicta, declarat eomodo esse intelligenda; nempe vt cum in Sicilia de iuribus Apostolicę Sedis agitur conseruandis; tunc esse liberum Romano Pontifici Carthularios, quos ipse Paschalis nominat Apocrifarios, illic pro arbitrio mittere. Quenam verborū interpretatio poterit esse verior, certiorque; probari ea, quàm ipso vsu experientia comprobauit; nimirum dum mox post Urbanum à successore Paschali vidimus factitarum, quod faciendum eius diplomate cautum erat.

XLIX.

Iam igitur patefacta fraude, & ostenso ipso diplomate vitatio, adulterato, deprauato, atque corrupto: & quod ita vt est editum corruat penitus & nõ subsistat: planè necesse est, vt ingens ista moles erecta desuper Monarchię magno fragore ruat, si res iure agitur & non violentia. Quod existimare nefas de Rege Catholico maximè pio, Christianę religionis cultore studiosissimo, fidei orthodoxę custode vigilantissimo, atque potentissimo defensore: quem & libentissimè scriptionis huius nostrę arbitrium constituimus, probè scientes, à iustissimo Principe non nisi iustifore præstanda.

L.

QVA ALIA AD PROBANDAM MONARCHIAM IN DV CANTVR.

Quod verò præter eandem Urbani assertam Epistolam adhuc alia quędam eademque leuissima pro Monarchię Sicilię firmitate in medium afferuntur: hic eadem sunt conuellenda. Dicunt enim, reperiri nonnulla Sicilię Regū diplomata, in quibus ab ipsdem regibus legatur anathematis sententia promulgata aduersus eos, qui ea quę ipsi iussissent, non impleverint, sed euerterent. Siquidem in Cellaria regni Sicilię de omnibus regijs patronatibus liber collectus est, qui continet donationes ab ipsdem regibus in diuersas Ecclesias, atque monasteria collatas: ad quarum finem hæc vel his similes formulę legantur appositę, quę excommunicationem videantur inferre, videlicet: Si quis hanc nostram donationem infregerit, anathemate eodem netur, vel auctoritate Apostolica anathemate damnetur. itemque: cum Iuda traditor partem habeat, & alia his similia, quę velint isti ab eis apposita auctoritate legationis Apostolicę Sedis, qua reges Sicilię (vt nugantur) Urbani Papę fungerentur auctoritate.

LI.

EXECRATIONES.

Potuisse fortasse isti eiusmodi exemplis suadere simplicibus quod conantur: verum qui antiquarum formularum ex inspectione eiusmodi à diuersis solitarū fieri do-

nationum notitiam habet, ridebit ista, cum vix aliquod sit reperiri instrumentum eiusmodi donationum, quę siue à Principibus, siue à priuatis vtriusque sexus fieri solerent hominibus, in quibus eadem formulę non legantur, & interdum atrociore: quę quidem non sententiam continet (vt putant) excommunicationis Ecclesiasticę, quę ab Episcopis infligi solet in subditos, sed imprecationes potius ad deterrendum eos, qui aliquid contra præscripta moliri tentarent. Sunt de his superius diuersis in locis in recitatis eiusmodi diplomatibus exempla patentia: quin etiam in eodem ab illis scripto codice alię diuersorum priuatorū, quę ibi sunt scriptę, locis pijs factę donationes continent eisdem omninò imprecationes: vt liberum fuisse quibuscunque, videatur, eiusmodi apponere formulas imprecationis anathematis aduersus eos, qui moliri aliquid aduersus ea, quę illi statuerent, conarentur. Adde his insuper, nõ solùm in eiusmodi scribi solitis diplomatibus asseri ista, sed etiam à nonnullis consueta fuisse apponi sepulchris, vt violatores absterrent. Quorum exempla habes superius recitata, vt inter alia sepulture Theodini subdiaconi: *SI QVIS PRÆSVMPSERIT HVNC TVMVLVM VIOLARE, ERIT ANATHEMATIS VINCVLIS INNODATVS.* Et in Ecclesia S. Gregorij Romę ad Clivum Scauri erat in abside, fracto tamen lapide, cuiusdam Anastasij Lectoris epitaphium, in cuius fine habetur:

APPONT SOLITÆ AB VNO QVOQVE.

*SI QVIS HINC ABSTVLERIT SEPVLCVRVM, SIT EXCOMMVNICATVS ET DAMNATVS IN INFERNVNVM, ET HABEAT PATREM CVM CAIN ET IVDAM TRADITORE.* Et in principio Tomi huius in epitaphio sepulchri cuiusdam Ioannis in fine: *NEMO SVVM, NEC ALIENVM CORPVS SVPER ME MITTAT. QVOD SI HOC PRÆSVMPSERIT, SIT MALEDICTVS, ET IN PERPETVVM ANATHEMATE CONSTRICTVS.* En vides, an ista ex functione legationis Apostolicę ponerentur à Regibus vt anathema, vel potius imprecationes ad terrorem ab vnoquoque pro arbitrio in qua vellent prohibitionem vsurpari solerent.

LII.

Sed inspiciamus cetera, quę ad roborandam iam sua iponte collabentem Monarchiam afferunt. Abbatis Panormitani celebris canonici Iuris interpretis sententiam descriptam proferunt in suo ipsorum Monarchię libro, quę est: *Liceat Regi ex longa consuetudine appellationes eorum, qui ad Sedem Apostolicam prouocant, impedire.* Quam tamen postea dicitur declarasse, vt intelligi debeat, quando non esset tutus accessus ad Apostolicam Sedem, vel tempore schismatis, tunc Regi licere de appellationibus ad Apostolicam Sedem cognoscere: si quę respõdissent Abbatem tempore Alphonsi Regis sub Martino Papa Quinto, cui Rex valde esset insensus. Cuius declarationis exemplum non scribitur in dicto Monarchię libro, sed reperitur in Abbacia dicta Nouę Lucis in eodem regno posita, & in aliquibus alijs monasterijs.

LIII. ABBAS PANORMITANI AVCTORITATEM ADDVCI TVR.

At tanti æstimantur responsa prudentis, vt illa in legem accipiantur, qualiacunque sint? eo præsertim tempore, cum idem Abbas Panormitanus colligeret cum schismaticis aduersus Catholicę Sedis Antistitem? quis vnquam aduersus Ecclesiam testimonium accepit hostis Ecclesię? Si ista sapuit, imò si sic desipuit Abbas, quomodo in commentarijs, quos elaborauit, & edidit, ista nõ defendit, atque probauit?

LIV.

Addunt præterea Alphonsi Regis eiusdem exempla, quod eiusmodi ad Papam impediret appellationes. At quid? Num erunt accipienda pro lege, quę Rex contra id quod iurasset periturus, percitus furore facere aliquando voluisset? & petentibus, & rogantibus Siculis, ne appellaciones ad Apostolicam Sedem eiusmodi (quod Rex facere coeperat) per magistratus laicos cognoscerentur, sed per Ecclesiasticos Prælatos potius: Rex eorum petitionibus annuit, datis anno Domini millesimo quadringentesimo quadagesimo sexto de hoc litteris. Cuius petitionis extat exemplum, & legitur ibidem Rescriptum Regis perituri. At quęnam fortiora contra Alphonsum Regem afferri possunt, quam diplomata eiusdem Regis, cum inuestituram accepit ab Eugenio Papa IV. data anno superiori à dicto

LV. REX ALPHONSI MONARCHIAM IN STITV TOR.

Rescripto, nempe millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto? Extat in Vaticana bibliotheca inuestitura ei ab Eugenio Papa Quarto facta exēplar in libro privilegiorū romanæ Ecclesiæ, & alio codice, qui apud nos exiit, quod sic incipit: *Cum sanctissimus dominus noster Eugenius diuina prouidentia Papa Quartus, anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio Idibus Iulij, Pontificatus sui anno tertio decimo, &c. Vbi interius ista habet de appellationibus liberè dimittendis ad Apostolicam Sedem, præter alia multa de immunitate Ecclesiastica libera conseruanda:*

LVI.

*Omnesq; etiam cause ad forum Ecclesiasticum in regno, & terra prædictis pertinentes, liberè & absq; vilo impedimento agitantur, tractantur, & ventilantur coram Ordinarijs, & alijs Ecclesiasticis iudicibus, & terminantur per eos. Et si ad Sedem Apostolicam super huiusmodi causis appellari cōigerit, tam appellantes, quam appellati ad eandem venire Sedem pro appellationū prosecutionibus liberè & absq; inhibitione aliqua permittentur. Hæc ibi de appellationibus ad Sedem Apostolicam liberè deferendis, per eundem Regem solenni iuramento firmatis. Et quidem in inuestitura facta de ipsa Sicilia & terra citra Pharam, ratificata ab eodem Alphonso: cuius ratificationis hoc est exordium:*

LVII.

*Ego Alphonſus Dei gratia Rex Sicilia plenum homagium ligium & vassallagium faciens vobis domino meo Eugenio Papa Quarto & Ecclesiæ Romanæ pro regno Sicilia, & tota terra ipsius, quæ est citra Pharam vsq; ad confinia, &c. In fine verò bullæ aureæ eiusdem Alpholi Regis hæc de tempore dati diplomatis atque loco: Datum Neapoli apud maiorem ecclesiam per manus nostri prædicti Regis Alphonſi, anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, die verò secunda mensis Iunii, Octaua Indictionis, regnorum nostrorum trigesimo, huius verò Sicilia & terra citra Pharam, anno regni vndecimo. Hæc ibi. Quid igitur his aduersans citatur Rescriptum Alphonſi, datum anno sequenti, contentum capitulo trecentesimo nonagesimo septimo, pag. cxxviii? Nam ore suo periurus esse conuincitur atque præuicator, vt qui ea ipsa, quæ iuramento promiserat, rata habuerat, firmaueratq; peierando destruxerit, atque præuaricando impiè dissiparit. En quale instituendæ principium Monarchiæ. Quod quidem nomen, quo significatur, sub vno eodemq; dominio regem Siciliæ iunctam simul spiritualem, ac secularem auctoritatem & potestatem, vt insolitum, nec vsurpatum fuisse à tyrannis manifestis Romanæ Ecclesiæ perduellibus, vt Friderico & eius filijs, nec ab inuasoribus eiusdem regni, vt Petro vel alijs, satis constat; cum tamen res ipsa sæpius per tyrannidem atque inuasionem fuerit pertentata, vt ex his quæ sumus dicturi patebit.*

LVIII. QVIS FVERIT PRIMVS AVCTOR MONARCHIA TVS SICILIA.

*Si quis enim antiquiora abolenda vestigia eiusmodi Monarchatus curiosus indaganda putauerit, planè inueniet, non Vrbani, vel alterius alicuius Catholici Antistitis inuentum esse, sed (si coniecturæ aliquid deferendum) primum auctorem fuisse schismaticum Papam, non Christi, sed Antichristi Vicarium Petrum, Leonis, non Columbæ filium, eundemq; contra Innocentium Secundum legitimum Ecclesiæ Romanæ Põtificem ex aduerso sedentem, dictum pulchro nomine (vt sic deciperet populum) Anacletum. Iste enim, vbi Pontificatum arripuit violenter, vt contra legitimum Pontificem, eiusq; fautores præualere aliquo modo posset, quo minùs iusta causâ polleret, eò amplius potètia seculari sese studuit roborare, communireq; aduersus Romanos præsertim, quos erga Innocentiũ sciret esse proclius: magnoq; sibi fore exitimans adiuuamẽto, si Northmannos, Northmannorumq; Principem sibi coniungeret; nihil prætermittit officij vel obsequij, quibus Rogerium, Rogerij superioris filium, qui tunc non Sicilia tantum, sed dominaretur Apuliæ, atque Calabria conciliaret sibi amicum, & constitueret defensorem.*

LIX.

*Quamobrem vbi Sedem inuasit, nihil antiquius habuit, quàm vt ad demerendum hominem eidem quæcunque præstaret; sicque eum ex Comite regem constituit: cui & inter alia illud quoque concessit, vt licet laicis, ita & clericis, Abbatibus, Episcopis, & Archiepiscopis, qui in*

*eius ditionis prouincijs essent, dominaretur, ac sic esset re ipsa, si non nomine, Monarcha vnus Christianorum, vtriusque ordinis, laicalis, & clericalis. Id quidem eiusdem temporis auctor, qui quæ ea videbat quæ scripsit, testatur Petrus diaconus Casinensis: qui tamè intentus rebus eiusdem monasterij conscribendis, cætera obiter tantum attingit, non tamen incognita prætermittit: deque his agens, hæc breuiter habet: Defuncto Honorio, electi sunt Gregorius diaconus Cardinalis sancti Angeli in Papam Innocentium & Petrus presbyter Cardinalis sancti Callisti in Anacletum. Anacletus autem aliquantulum tempus in Vrbe permanens cum Episcopis & Cardinalibus, qui sua parisi fauebant, ad ciuitatem Pisanam perrexit, Conradum Sabinensem Episcopum vicarium in Vrbe relinquens.*

*Petrus autem Cardinalis Rogerio Duci Apulia coronam tribuens, & per privilegium Capuanum principatum, & Ducatum Neapolitanum cum Apulia, & Calabria, & Sicilia illi cõfirmans, Regemq; constituens, ad se attraxit, præcipiens vt Episcopi, & Abbates, qui in sua ditionis solo manebant, ei obtemperarent. Hæc tantum de his Petrus, ad res Casinates stylym reuocans. Qui quidem cum ista tantum ex omnibus, quæ in diplomate essent, expreserit: aliquid specialius indicasse voluit per ea verba, præter communem ex Apostolicis iussis debitam Regibus obseruantiam; quod tacuit auctor quæ schismaticus, nullam eundem laudandi Rogerium prætermittens occasionem, quem tamen S. Bernardus, cum opus fuit eius meminisse, absque regio titulo nominat tantum b Ducem Apuliæ, & tyrannum Siculum, atque vsurpatorem coronæ regiæ. Sed & quænam fuerint ista lingua, quibus Anacletus subiecit Rogerio vniuersum ordinem ecclesiasticum planè intelliges, cum ea reuocata à Romanæ Ecclesiæ Pontificibus, recitanda inferius audies. Mercimonio igitur possidendæ Sedis, quam inuaserat Anacletus, ingressus in ouile ouium non nisi vt fur, qui macet & perdat, quælibet cuiq; petèti concedere cõsuevit, si promitteret, qd sibi in schismate inhereret. Quod S. Bernardi testantur epistole, d qui etiã de Rogerij nundinaria Monarchia hæc ad Guillelmum Comitem Pictauensem Aquitaniæ Ducem nomine Ducissæ Burgundiæ: *Habet tamen, Anacletus scilicet Ducem Apulia, sed solũ ex principibus, ipsumq; vsurpata corona mercede ridicula comparatum.**

*At ista ad eò verisimilia eiusdem temporis Scriptori- bus consignata vel non nouit, vel nosse dissimulauit ipse Fazellus, ne Monarchiæ auctorem (vt erat) pseudopapam assereret; qui vt ista sibi ad eò aduersa vitaret, inextricabiles planè mendaciorum quæsiuit anfractus. Nam non solum ista de collata Rogerio ab Anacleto in ecclesiasticos potestatem penitus tacuit; sed etiam ad ista vitanda, nequam vna cum Innocetij creatione simul ortum schisma Petri Leonis ponit (quod omnes absque controuersia siue veteres, siue recentiores affirmant): ipsumq; schismaticum Papam Anacletum obortum, sed longè postea, nec antea, nisi vbi est auditus ipse Innocetius ab eodem Rogerio detineri captiuus. Hos sinuosos oportuit lubricum anguem excogitasse reflexus, ne si recta via serperet, in Antipapam ipsum offenderet, atque quod nollet, cogeretur asserere, Anacletum ipsi auctorem fuisse regni Monarchici, ex laicis, clericisq; compacti Vides Lector, quàm malè meritis inueniatur de historica veritate Fazellus, nihil magis conatus, quàm Monarchiæ vanæ fauendo ecclesiasticam libertatem alta scrobe relinquere sepultam, dum in eius fauorem non solum quòd non esset omninò Vrbani Papam vitiato diplomate eius demonstrauit auctorem, sed qui reuera dici potuisset eius inuentor Antipapa ille, Antichristi successor, minister satanæ, caput schismatis Anacletus, ne proderetur, ipse ad eò prodidit veritatem? Vt exhorrescere quique Catholicus debeat sub huius capitis membrum annumerari.*

*At quid post hæc actum? nisi quod malè ortum, malum accepit occasum, ex aduerso sententia illa Christi vigente, & in perpetuum feriente: *f Omnis plantatio, quæ non plantauit Pater meus, eradicabitur.* Et insuper quod præconio diuinæ sapientiæ in Ecclesia iugiter intonatum Fidelium omnium aures pulsata: *g Adulterina plantationes, siue spuria vitu-**

Pet. diacon. lib. 4. cap. 29.

LX. ANTIPAPA ARCHIEPVS MONARCHIA.

Bern. ep. 127. 129. Id. epist. 130. 139. 140.

Idem ep. 126. Id. 127.

LXI. FAZELLUS NOLVIT VERVM MONARCHIAM ANTIPAPAM AVCTOREM DETEGERE.

LXII. Mat. 15. Sap. 4.

CITO DE-  
LECIT MA-  
LE PLAN-  
TATA MO-  
NARCHIA  
SICILIA.

*Lamina non dabunt radices altius, nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita uento commouebuntur, & annuerate ventorum eradicabuntur: confringentur enim rami in consummati, & fructus illorum inutilis & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ita planè accidit, ut per falsam agricolam malè plantata arbor infelix nequaquam altas radices emisit, licet parrocinio Regum aliquantisper frondefcere uisa sit: Etenim etsi peculiare Regibus sit, ut per fas & nefas semel parta amittere nolint, sed tueri uelint, tamen non eo usque contentio est progressa, ut non cesserint inuisionibus Romanorum Pontificum, sed sicut Rogerius, qui accepit, ita Vuillelmus filius eius successor, licet ad tempus relliterit Hadriano Quarto Romano Pontifici, tamen eidem sunt in omnibus obsecuti. Testes omnium istorum adducimus publica monumenta, hæc ipsa testantia, diplomata inquam Innocentij Papæ Tertij, saculi sequentis sine conscripta, quibus cuncta, quæ facta sunt in illam usque diem, quam fidelissimè elucidantur. Atque in primis satis apertè, fide integra intelligitur, quid in prima inuestitura, facta Vuillelmo Rogerij filio, post eius obitum Hadriano Papa fuerit concessum in destructionem uanæ Monarchiæ, inani studio per Antipapam Anacleto erectæ. Nam etsi illa ipsa facta ab Hadriano Vuillelmo inuestitura nõ reperitur, sed tantum, quæ petijt ab eo prestari Vuillelmus; tamè quod exat inuestitura Innocentij Papæ ad instar illius facta, idè planè est, ac si ipsa Hadriani inuestitura integra haberetur.*

LXIII.

*Hæc ut, Lector, accipias, scire debes, Rogerium, qui talem Monarchiã accepit ab Anacleto, anno Redemptoris millesimo centesimo trigesimo, peruenisse ætate usque ad annum millesimum centesimum quinquagesimum quartum, ipsoque mortuo, filium ipsius Vuillelmum successisse in paternum regnum, atque inuestituram quæssisse ab ipso Hadriano eius nominis Quarto Romano Pontifice: cuius causa haud fuit leuiter altercatum, experente illo literis suis ab Hadriano inuestituram conditionibus valdè iniquis, ac fortasse in idem, quibus Rogerius pater regnum accepisset de Anacleto. At licet Legati ab Hadriano ad eum pacis causa missi uisi sint ex parte aliqua his, quæ petierat, concessisse: Hadrianus tamen omnino resiliit, nec inuestituram concedere uoluit cum infamibus conditionibus illis, quibus Monarchia illa malè composita per schismaticum Papam subsisteret, sed alijs planè contrarijs. Qualis autem ista fuerit, mox auditurus eris. Siquidè post tumultuosos Reges, absque inuestitura regnantes, anno Redemptoris millesimo centesimo nonagesimo nono, cum Constantia Imperatrix atque regina Siciliæ, defuncto viro Henrico Imperatore, sibi, filioque paruulo Friderico inuestituram quaereret ab Innocentio eius nominis Tertio nuper creato Pontifice, concessit ille ipsis eam ad instar illius, quam Vuillelmo regi concesserat Hadrianus. Quod idem ipse Innocentius testator in ipsius inuestituræ diplomate. Ad eum ut qui legerit idem Innocentij Papæ diploma, quale illud fuerit olim ab Hadriano Vuillelmo regi concessum, intelligat, & lectione vnus noscat utrumque.*

LXIV.

*Quam obrem hic ipsum tibi describendum operæ pretium existimauius. Extat igitur in Registris Epistoliarum Innocentij tomo primo, Romæ cuso anno Redemptoris millesimo quingentesimo quadagesimo tertio apud Priscianum Florentinum. Sic enim, se habet: <sup>a</sup>*

<sup>a</sup> Tom. 1.  
Regist. In  
noc. ep. 412  
lib. 1. pag.  
203. 2.  
INVESTI-  
TVRA  
CONCES-  
SA AB IN-  
NOC. PP.  
CONSTAN-  
TIA ET  
FILIO.

*Constantia Imperatrici gloriosæ Regine Siciliæ ac charissimo filio Friderico illustri Regi Siciliæ, eorumque, heredibus in perpetuum. Super gentes, & super regna diuina providentia constituti, ut euellamus noxia, & salubria cum Propheta plantemus: sic ad uniuersas prouincias nostræ considerationis aciem extendere uolumus, & circa eas pia sollicitudinis studium exercere, ut sopitis turbibus tempestatum, quas parit mater diuersitas, seruent ad muticam mutua charitatis affectum. Porro specialiter, & præcipuè specialem ac præcipuam sollicitudinem circa regnum Sicilia nos conuenit adhibere, quod in Apostolica Sedis seruentibus hætenus deuotione permansit. Ad quod etiam inclyta recordationis Rogerij quodam patris Vuillelmi, fratris, & Vuillelmi nepotis tuorum Regum Sicilia, filia Imperatrix, gratia memoria inducit, qui in Apostolica Sedis, ac prædecessorum nostrorum dilectione firmius per-*

*persistentes, ab eius non potuerunt unitatis firmitate diuelli, quantum fortius in ipsius obsequio permanerent, quantum aduersus eam se amplius impetus extolleret tempestatis.*

LXV.

*Hac igitur consideratione diligenter inducitur, ac credentes, quod prædictorum Regum vestigia regia serenitas in deuotione ac obsequijs imitetur: uobis & heredibus uestris (qui, sicut dixit Rex Vuillelmus quondam frater tuus felicis memorie Hadriano Papa prædecessori nostro exhibuit; nobis & successoribus, & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem & hominum exhibere, ac quæ subscribitur uoluerit obseruare) concedimus regnum Sicilia, Ducatum Apuliam, principatum Capuæ cum omnibus pertinentijs suis, Neapolim, Salernum, Amalphiæ cum pertinentijs suis, & alia quæ ultra Marisiam habere debetis, & reliqua uenimenta, quæ tenetis, a prædecessoribus uestris, hominibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iure detenta, & contra omnes homines ad uauabimus honorifice manu tenere.*

LXVI.

*Pro quibus omnibus coram venerabili fratre nostro Ottone Episcopo Ostiensi, Apostolica Sedis Legato, quem ad iuramentum tuum, filia Imperatrix, recipiendum transmissimus, fidelitatem nobis, nostrisque successoribus, & Ecclesiæ Romanæ iurasti, sicut continetur in duobus similibus Capitularibus, quorum unum penes te sigillo nostro, alterum penes nos sigillo tuo signatum habetur, firmiter re-promittens, quod quia præsens præsentium hominum debet exhibere, quando unquam nos & successores nostri te in aliqua parte regni, quam securè posuimus ad nostram præsentiam uocauerimus, ueneremur accedere hominum præstatura, nisi certum impedimentum, aut necessitas euides interueniat, quibus cessantibus, sine fraude uenias ad ligum hominum faciendum. Cum autem tu, fili Rex, faciente Domino, ad legitimam aetatem perueneris: nobis ac successoribus nostris, ac Ecclesiæ Romanæ fidelitatem, & ligum hominum exhibebitis. Censum uero sexcentorum signatorum de Apulia & Calabria, quadringentorum uero de Marisia, uel aquinalons in auro, uel argento uos ac heredes uestris statutis Ecclesiæ Romanæ soluturos, nisi forte impedimentum aliquod interueniat, quo cessante census integer persolueatur.*

CAPITV-  
LARIA  
MYTVO  
CONSI-  
GNATA.

*Electioes autem secundum Deum per totum regnum canonicè fiant de talibus quidem personis, quibus uos ac heredes uestri te quisimus ad nobis præbere debeat assensum.*

LXVII.

*Ut autem hæc quæ supra diximus, tam nostro, quam successorum uestrorum tempore perpetuam obtineant firmitatem, nec uestris, nec heredum uestrorum temporibus alicuius ualeant assumptione turbari: nos ea de consilio & uoluntate fratrum uestrorum auctoritate Apostolica confirmamus, & ualitura in perpetuum præsentem paginam communimus, & tam à nobis, quam à successoribus uestris, perpetuis temporibus statutis obseruanda. Nulli ergo, &c. Vique ad uerbum, Indignationem incurrat: ream se diuino Iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, &c. In modum priuilegij: Cunctis autem prædictis seruauimus, &c. Ita in codice edito, licet nulla prius mentio, ut concesserit Regi, quæ reuera ab Antipapa Rogerius obtinuerat, uel ab Urbano Papa per mutilatum illud diploma asseritur consecutus. Sed ista sunt reuera (ut audisti) quæ Innocentius Constantiæ & Friderico filio concessit, præter hæc autem nihil. Quenam autem in duobus illis, quorum meminuit Innocentius Papa, Capitularibus continerentur, proxime auditurus eris, ubi prius dixerimus, quomodo his (ut uidisti) firmiter constitutis, nouæ petitioni Constantiæ idem Innocentius adhuc satisfaciendum putauit, nimirum, ut quæ ieiunè nimis de electionibus faciendis in diplomate recitato continerentur, paulò fufius ab eodem Pontifice explicarentur. Cum ei auuens idem Pontifex, diploma, quod ordine sequitur, scripsit, quod incipit: <sup>b</sup> Nec nouum, nec iniustum existit, &c. Vbi inferius hæc de electionibus continet:*

*Quantum cum Deo, & nostra possimus honestate, deferre uelimus salua iustitia, & ecclesiarum canonica libertate, petitionibus uestris assensum facilem exhibere. Ne igitur uilla de cætero inter nos & successores nostros, & uos & heredes uestris super electionibus dissensio suscitetur, modum faciendæ in posterum electionis præsentibus curauimus literis explicare: in quibus sic in multis regia serenitati deserimus, ut libertatem Ecclesiæ non ledamus.*

*Sede vacante, Capitulum significabit uobis & uestris heredibus obitum decessoris: deinde conuenientes in unum, inuocata Spiritus sancti gratia, secundum Deum eligent canonicè personam ido-*

<sup>b</sup> Innoc. li.  
1. ep. 412.  
ca. 204. 2.  
LXVIII.  
DE ELECC-  
TIONIBVS  
FACIENDIS  
DLS.

neam, cui requisitam à vobis prabere debeat assensum, & electionem factam non different publicare. Electionem vero factam, & publicatam denunciant vobis, & vestrum requirent assensum. Sed antequam assensus regius requiratur, non intronizetur electus, nec decantetur laudis solemnitas, qua intronizationi videtur annexa. Nec, antequam auctoritate Pontificali fuerit confirmatus, administratio se vllatenus immiscebit. Sic enim honori vestro volumus condescendere, vt libertatem canonicam obseruemus, nullo prorsus obstante Rescripto, quod à Sede Apostolica fuerit impetratum. Hæc de electionibus faciendis. Quæ omnia seorsum, datis litteris Apostolicis, idem Innocentius Papa innotescenda curauit omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, atque vniuerso denique inferiori Clero Sicilia regni. Quas litteras, quod contineant illa etiam, quæ in assertis superius Capitularibus scripta erant, hæc tibi verbatim curauimus describendas. Sic se habent:

LXIX.

INNOCENTII PP. II. TER. A. POST. AD SICILIÆ EPISCOPOS.

Archiepiscopis, Episcopis, & alijs ecclesiarum Prælati, & vniuerso Clero in Sicilia constitutis.

Si charissime in Christo filia nostra Constantia Imperatrici Regina vnâ cum charissimo filio illustri Rege Sicilia in multis gratiam fecimus speciale: non est ab aliquibus in admiratione duendum, cum regnum Sicilia ad us & proprietatem Ecclesia Romana pertineat, & in eius fidelitate persisterit, ac permanserit vnitatem. Nostis enim, qualiter in lictate, orationis Rogerius, Vuillelmus, & Vuillelmus Sicilia Reges illustres in Apostolica deuotionis serè semper permanserint firmitate; qualiter prædecessores nostros fuerint humiliter venerati; qualiter etiã in Ecclesia Romana post Deum sua spei posuerint & gaudij fundamentum, & in ea, & per eam se crederint exaltari. Nostis etiam, qualiter prædecessores nostri Romani Pontifices Reges ipsos, ac regnum Sicilia quadam semper prærogatiua dilexerint, & ad augmentum ipsius vtpotè quod peculiare, sicut est, & proprium reputabant, intendere & quietem. Quia verò quantumcumque, velimus eorum honori deferre; libertatem canonicam & honestatem ecclesiasticam intendimus obseruare. Ne igitur vlla de cetero inter nos, & successores nostros, & prædictam Imperatricem & eius filium, Sicilia Regem illustrem, vel heredes eorum super electione denudè discussio suscitetur, qua hæctenus inter Ecclesiam & regnum raris cuiusdam & indignationis somitem ministrabant: modum faciendam in posterum electionis, presentibus curauimus litteris explicare; in quibus sic regia serenitati deseruimus, vt libertatem ecclesiasticam non ledamus. Sede vacante Capitulum &c. Prout in superioribus litteris, ad Constantiam & filium datis sunt descripta de electionibus faciendis. Quibus recitatis, vel ex parte, quæ ad rem spectarent, sic pergit describere quæ superius nominauit Capitularia:

LXX.

CAPITULARIA CONTRA MONARCHIAM SICILIÆ.

Ideoq; vniuersitati vestra per Apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus cum aliquam ecclesiarum vestrarum pastore vacare contigerit, secundum præscriptum electionis formam; omnia gratia & timore postpositis faciatis, nec contra eam aliqua præsumptionis occasione venire. Aliis quin electione taliter facta, diligenti discussione præhabita, dante Domino insirmare curabimus, & eligentium transgressionem animaduersione debita castigare.

Volumus etiam nihilominus, & mandamus, vt de cetero ad Romanam Ecclesiam liberè, cum opus fuerit, appelletis, & interpositis ad nos appellationibus, curetis humiliter & deuotè deferre.

Nos etiam quoties necessitas postulauerit, Apostolica Sedis Legatos ad vos curabimus destinare, qui, que plantanda sunt plantent, & euellant que fuerint euellenda: quorum obediatis moniti & præceptis: nullo prorsus in omnibus præscriptis capitulis obstanti priuilegio, quod à Sede Apostolica fuerit impetratum.

Vt autem que præscripta sunt, apud vos nulla possint obliuione deleri, mandamus atq; præcipimus, quatenus forma litterarum ipsarum ad perpetuam memoriam in maioribus ecclesiis transscripta seruetur. Post hæc in codice ista subduntur:

In eundem modum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & vniuerso Clero in Apulia constituto. Scriptum est feliciter. Atque hæctenus Capitularia, primùm (vt audisti) ab Hadriano Papa præscripta Vuillelmo Rogerij filio, deinde ad instar illius concessionis ab Innocentio repetita in inuestitura facta Constantiæ & filio Friderico, quibus quæ concessisset Vrbanus de non mittendis Legatis, & alijs, audisti sublatam.

LXXI.

At ne quis putet, eundem Fridericum adhuc puerum inuitum his consensisse, puberem verò factum resiliisse: hic describendam putamus Auream bullam, quam post annos quatuordecim, nempe Redemptoris millesimo ducentesimo decimotertio dedit, acceptam ipsam ex libro priuilegiorum Romanæ Ecclesiæ, quam etiam scriptam inuenimus in alio codice, qui inscribitur liber Censuum, hisce verbis:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen Fridericus diuina fauente clemetia Romanorum Rex & semper Augustus & Rex Sicilia.

Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum, de cuius manu ea qua possidemus, bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hostias operis & deuotionis astringimur, quantum ipsum misericordem in nobis & mirabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam qua data est nobis ab ipso: habentes quoq; præ oculis immensa & innumera beneficia vestra, domine & reuerentissime pater, protector & benefactor noster, domine Innocenti, Dei gratia summe Pontifex venerande, per cuius beneficium, operam & tutelam alitissimus protectori pariter & promoti, postquam in sollicitudinem nostram mater nostra felicis memoria Constantia Imperatrix & Sicilia Regina ex ipso quasi vtero nos iactauit: vobis, beatissime pater, & omnibus successoribus vestris Catholicis sanctæq; Romana Ecclesia specialiter nostre omnem obedientiam, honorificentiam, atq; reuerentiam semper humili corde, ac deuoto spiritu impendimus, quæ prædecessores nostri Reges & Imperatores Catholicos vestris antecessoribus impendisse noscuntur: nihil exinde volentes diminui sed magis augeri, vt maior deuotio enitescat.

Illum igitur volentes abolere ab usum, quem quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dignoscuntur, decretum in electionibus Prælatorum: cõcedimus, & sancimus, vt electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesia viduata, quem totum Capitulum, vel maior & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodò nihil desit ei de canonicis institutis.

Appellationes autem in negotijs & causis Ecclesiasticis ad Sedem Apostolicam liberè fiant; earum persecutionem siue processum nullus impedire præsumat.

Illum quoq; dimittimus & refutamus ab usum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueuerunt antecessores committere pro motu propria voluntatis. Omnia nos spiritualia vobis & alijs Ecclesiarum Prælati relinquimus liberè disponenda, vt que sunt Casari Casari, & que Dei Deo recta distributione reddantur.

Super eradicatione autem heretice prauitatis errorem auxilium dabimus & operam efficacem.

Possessiones etiam, quas Ecclesia Romana recuperauit, ab antecessoribus nostris, seu quibuslibet alijs antè detentas, liberas & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuuare. Quis verò nondum recuperauit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores: & quacumq; ad manus nostras deuenient, sine difficultate ac mora eas restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, qua est à Radicosano vsq; Cepertanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitissa Mathildis, Comitatus Bertinorij, Exarchatus Rauenna, Pentapolis, Massa Trebaria cum adiacentibus terris, & omnibus alijs ad Romanam Ecclesiam pertinentibus cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo.

Veruntamen cum ad recipiendum coronam Imperij, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica Sede vocati venerimus, de mandato summi Pontificis recipiemus procuraciones siue Fodrum ab ipsis. Omnia igitur suprãdicta, & quacumq; alia pertinent ad Romanam Ecclesiam, de voluntate & conscientia, consilio & consensu Principum Imperij liberè illi dimittimus, renuntiamus & restitimus; necnò ad omnem scrupulum remouendum, prout melius valet & efficacius intelligi, concedimus, cõferimus, donamus, vt sublata omni contentione & dissensionis materia, firma pax & plena concordia in perpetuum inter Ecclesiam & Imperium perseuerent.

Adiutores etiam erimus ad retinendam, & ad defendendam Ecclesiam Romanam regnum Sicilia, cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Pharam, quam ultra, necnon Corsicam & Sardiniam, ac cetera iura, que ad eam pertinere noscuntur, tanquam deuotus filius & Catholicus Princeps.

AVILA AVREA R. DERI ICON FRA MO NARCHI AM. LXXII.

LXXIII.

LXXIV.

\* f. feudū



Vt autem hac omnia memorato sanctissimo patri nostro domino Innocentio, sacrosancta Romana Ecclesia summo Pontifici, eiusque successoribus per nos & nostros successores Romanorum Reges & Imperatores obseruemur, firma & inconuulsa semper permaneant, presens priuilegium cõscriptum, maiestatis nostræ aurea bulla iussimus communiri. Testes autem sunt hi.

LXXV.

Sigefredus Moguntinus Archiepiscopus, Sedis Apostolica Legatus.

Eberhardus Saluburgensis Archiepiscopus.

Conradus Ratisponensis Episcopus.

Otto VVirzburgensis Episcopus.

Manegoldus Potauenensis Episcopus.

Engerardus Zisenensis Episcopus.

Giadiacus Bohemorum Rex.

Ludouicus dux Bauaria.

Leopoldus Dux Austria & Stiria.

Hermannus Lantiburgius Turingia.

Comes Albertus de Eberstein.

Comes Adolphus de Sonneberch.

Comes Burchardus de Manesuedel.

Berardus Bers Comes.

Ludouicus de VVirtemberg.

Gebehardus Busilauus Magdeburgensis.

Henricus de Stabenuerch.

VV alterus de Langenberg.

Henricus de Calandina.

Mareschalculus Imperij VV alterus, & Sepf. pincerna Imperij, & alij quamplures.

Signum domini Friderici Secundi Romanorum Regis inuictissimi, & Regis Sicilia. † Loco sigilli.

LXXVI.

Ego Conradus Dei gratia & Apostolica Sedis Metensis & Spirensis Episcopus, Imperialis aula cancellarius vice domini Sigefridi Moguntini Archiepiscopi, & Apostolica Sedis Legati, ac totius Germaniæ Archicancellarij recognoui.

Acta sunt hac anno Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo decimotertio, Indictione prima, regnate domino Friderico Secundo Romanorũ Rege glorioso, & Rege Sicilia, anno regni eius Romani primo, regni verò eius Sicilia decimosexto.

Datum apud Egram per manus Bertholdi de Nise, regalis aule Protonotarij, quarto Idus Iulij.

Rursum verò post annos sex huic per omnia similem Auream bullam dedisse reperitur Honorio Papæ Tertio, totidem verbis conceptam, quæ in nominatis codicibus extat: in qua post testes descriptos hæc leguntur:

XXXVII. FRIDERICI CONFIRMATIO FACTA HONORIO III.

Acta sunt hac anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo decimonono, mense Septembriũ, Indictione octaua, regnante domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioso, regni ipsius in Germaniæ sexto, & in Sicilia vigesimo secundo feliciter. Amen.

Datum apud Agnou. per manus Henrici regalis aule Protonotarij, anno, mense & Indict. p. scriptis. Idemque in edicto, quod promulgandum curauit die, qua ab eodem Honorio coronatus est Imperator; hæc primo loco seruanda præcepit his verbis:

Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus hac edictali lege irritamus, & præcipimus irritari omnia statuta, & cõsuetudines, qua ciuitates, vel loca, potestates, Consules, vel quacunq; alia persona contra libertatem Ecclesiæ, vel personas Ecclesiasticas edere, vel seruare tentauerint aduersus canonicas, vel Imperiales sanctiones. Et ea de Capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem edicti penitus aboleri, &c. Plura alia eodem edicto sanciens in fauorem Ecclesiasticæ libertatis. Est inter Honorij Papæ Epistolas libro quinto Epistola quadragesima octogesima tertia. Hæc quidem Fridericus in destructionem malè erectæ à Rogerio, vel eius filio Vuillelmo cognomento, Malo, Monarchiæ Siciliæ.

Verum non tantum hæc in regno Siciliæ, sed quidquid per vniuersam Italiam per dominos & magistratus præsumptum esset cõtra ecclesiasticam libertatem, idem Fridericus anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo abrogandum curauit, Constitutione hac edita:

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Sicilia, Potestatibus, Consulibus ac Comitibus vniuersorum

LXXIX. ALIA CONST.

Comitatum, & Castrorum Italia.

Cum diua memoria Imperatores Romani sacrosanctam Ecclesiam multiplici libertate dotarint: nos disponente Deo, à quo est omnis potestas, ad fastigium culminis Imperialis electi, qua piè ab illis, & à sanctissima Sedis Præsulibus pro statu ecclesiarum, & ecclesiasticorum virorum sunt edita, conseruare volumus inconcussa; & illis contraria, sicut ad nos spectare dignoscitur, amputare.

Cum igitur ad aures celsitudinis nostræ peruenieris, nonnullos vestrum cupidine caca seductos quadam detestanda edidisse statuta prauidicantia ecclesiastica libertati, ac diuino & humano iuri obuiantia: manifestè nos ea tanquam de radice prauitatis heretica proueniètia, auctoritate presentium cassamus sub pœna mille marcharum, districtius inbibentes, ne que vestrum illis de caterò inherere præsumat, aut, eorum prætextu ecclesias & ecclesiasticos viros contra sanctiones canonicas & legitimas molestare. Quinimmo ea de nostris Capitularibus, seu breuiarijs condemnata penitus abolentes, ecclesias & ecclesiasticas personas permittatis indulta sibi libertate gaudere, si vultis pœnam effugere pranotatam, & indignationem regiam euitare. Datum in castris apud sanctum Leonem, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo, Indictione octaua, Kalendis Octobris. Hæc in libro collectionis Nicolai de Aragonia, qui in Vaticana bibliotheca feruatur sub numero CCCXC VIII.

At dicit aliquis, eundem Fridericum post hæc in acerbissimum tyrannum conuersum Ecclesiam oppugnasse; hæcque omnia operibus destruxisse. Attamen certum est, nullius fuisse roboris, quæ sibi absque consensu Romanæ Sedis Pontificis tyrannicè vèdicauit. Cum enim quid sibi iuris Rex arrogat in ecclesiis non concedente Pontifice, nullatenus id posse subsistere, & nullius penitus esse momenti, quis ignorat? Cum alioquin idem Fridericus conuersus in arcum prauum, effectus præuaricator eorũ, quæ tot publicis monumentis sanctè pieq; statuerat, primũ sub Gregorio Nono, vt ab excommunicatione absolueretur, scriptis publicis iteratis omninò cori exit. Extant ipsa in Registro eiusdem Gregorij Noni, data anno Domini millesimo ducetesimo trigesimo, mense Iulij, Indictione tertia, apud S. Germanum. Inde verò eundem iterum rerum Ecclesiæ statum in Sicilia perturbantem, his ad eum litteris datis compefcuit idem Gregorius:

Ascendit ad nos clamor, vlutus & stridor, miserabilis, validus & horrendus ecclesiarum & clericorum regni Sicilia & Apulia, quod in eos vltra, quam de facili exprimi valeat, in què defœuies, ipsos affligit cruciatibus infinitis, bona eorum diripiens & extorquens, in manifestam contumeliam Redemptoris, & atrocem iniuriam Ecclesiæ generaliter, vt taceamus Apostolica Sedis contemptum, in quam cadunt ex hoc opprobria exprobrantium. Cum igitur hac nequeamus sine periculo sustinere, qui Christi Vicarij licet immeriti constituti pro tuenda iustitia, & defendenda ecclesiastica libertate tenemur; & volumus impendere nosmetipsos, ab eo nobis digna vicissitudine rependenda, qui beatificat tribulationem propter iustitiam patientes. Imperialem celsitudinem tuam monemus & hortamur attentè, quatenus ecclesiis & personis ecclesiasticis ablata restituens integrè vniuersa, ab illorum molestatione penitus conquescas, fama tua consulens & saluti. Alioquin contra Deum homini deferamus, super hoc procedemus, dante Domino sicut fuerit procedendum. At hoc autè dilectos filios B. & R. fratres miore ad te mittimus, si forsitan saltem serò salubriter monitionibus nostris aures aperias, quas hæcenus nimium inconsultè clausisti. Datum Reate Nonis Maij, Põtificatus nostri anno secundo.

Fuit autem ex his & alijs ab eo perperam factis idem Fridericus ab eodem Pontifice excommunicatus, absolutus autem, cum ea omnia emendare promisit, vltore existente non solum, quæ in Ecclesiam & personas, iuraq; ecclesiastica deliquisset; sed & in laicos ipsos, miserabiles personas, pupillos & viduas, immò & omnes homines nobiles siue ignobiles perpetrasset: vt apparet ex capitibus, quæ vt absolueretur idem Fridericus, est pollicitus obseruare. Scripta illa anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo, Indictione tertia, mense Iulij.

Rursum verò longè prolixiori a epistola in eum inuehitur, cum iura Ecclesiæ sibi iniquè impieque vsurpat. Vt planè intelligas, exhorruisse Romanos Põtifices vindicare

FRID. PRO ECCL. LIBERTATE

LXXIX.

LXXX. GREG. IX. VINDEXYCERRI-MVS VIO-LATÆ EC-CLES. LIBERTATIS IN SICILIA.

LXXXI.

Greg. ix. anno Pont. no. ep. 253.

tibi Reges quæ essent Ecclesiæ, in eisdemq; vigore sacerdotali infurrexissent, pariterq; damnasse.

LXXXII.

At Fridericus ipse, licet aliquandiu auersione contentiosa restiterit monenti Pontifici, tandem vltimo elogio testamento condito, nullius decreuit esse momenti, quæcunque cõtra libertatem, ecclesiasticam statuisset. Habentur autem eius testamenti præcipua capita recitata à Matthæo Paris in Annalibus sui temporis, in quibus hæc inter alia: *Ita relinquo totam terrã Ecclesiã liberã, & volo quod iura Ecclesiæ restituantur &c.* Sicq; iuxta illud a prophetico de inimicis Ecclesiæ: *Sanctifica illos in die occisionis.* Hoc impio tyranno magna Dei misericordia concessum, vt nouissimo elogio, quæ pij Principis essent, præstare posset.

a Iere. 12.

MONARCHIA SICILIAE PENITVS DISSIPATA.

Vidisti Lector ex his, omnem illam molem aëream Monarchiæ penitus corruisse, quæ non, vt fingunt, concedente Urbano Papa, sed pseudopontifice Anacleto, Rogerio, absque fundamento super arenam, nullo sibi glutino cohærens, malè composita fuit. Cuius hic ex parte quandam representamus imaginem.

LXXXIII.

Reperitur, quod Rogerij huius primi Regis temporibus non in Sicilia modò, sed etiam in Apulia, cæterisque eius regni prouincijs Episcopatus per regios codicillos conferebantur, vt declarat Roberti eiusdẽ regis Cancellarij exẽplum apud Ioannem Sarisberiensẽ. b Narrat enim, Robertum hunc ecclesiã Auellanã, tunc fortè vacantem tribus diuersis, qui oblatu pretio eam expetebãt, per simulatam speciem addidisse, ac deinde quartũ quendam nec opinantẽ, illis reiectis, consecrandũ curãsse. Quæ quidem per successores legitimos Romanos Pontifices, præsertim verò per Innocetium Tertium, cuius de horum abrogatione extant diplomata, abroganda fuerunt. Sed per Hadrianum Papam ista postea fuisse sublata, cum concessit inuestiturã Guillelmo regi Rogerij filio, ita declarat Robertus Abbas in additamento ad Siebertũ his verbis: *Cum Papa Adriano pacẽ fecit, concedendo et consecrationes Episcoporum regni sui & Ducatus, sicut antiquitus eas habuit Ecclesia Romana, vnde discordia fuerat inter patrem suum Rogerium & Innocentium & Eugenium Romanos Pontifices. Idem verò Apostolicus concessit ei regnum Sicilia & Ducatum Apulia & Principatum Capua.* Porro ista cum alijs ab Antipapa Anacleto fuisse cõcessa Rogerio, quis poterit dubitare, cum aliunde accepisse, dici non possit, laborantibus in contrarium omnibus antecessoribus Pontificibus Romanis, & in hoc ipsum vsque ad mortem insistentibus, vt ista à laicis Principibus malè vsurpata in pristinum vsum atque libertatem Ecclesiasticam reuocarent?

b Li. 7. Politic. c. 19.

c In addit. ad Siebert. an. 1157.

LXXXIV.

Verũm liquet tot Romanorum Pontificum, potissimum verò Innocentij, imò & cõtrarijs edictis Siciliae regum; eandem iam solo æquatam iacuisse prostratam, imò potius veluti absorptam terræ chasmate, nullatenus vel in ruinis aliqua eius superfuisse vestigia; sed & in anathema obliuionis sub dira illa maledictionis sententia constitutam: d *Maledictus vir corã Domino, qui suscitauerit & edificauerit ciuitatem Hiericho.* Cuius muri in altum erecti, Arca Domini circumducta, intonantibus tubis sacerdotilibus, corruerunt. Vbi ergo quod posuerunt recentiores Siciliae Monarchiæ fundamentum, Laboranti Papæ diploma? nonne oportuit, si ita fuisset aliquando, ea tanta totius eius molis ruina, tam Pontificia auctoritate, quàm regia potestate remansisse sepultum, tot contrarijs editis scriptis tum ab ipso Pontifice, tum etiam à dominantibus Principibus ipsius aduersus omnes quascunque Ecclesiasticorum iurium oppressiones? Quid si alijs adhuc pluribus ostendemus, & Pontificijs atque regijs publicis documentis eadem ipsa contra ecclesiasticam immunitatem rediuiua fœnesta decreta, fuisse mox sui ortus principio condemnata, penitusque rescissa; vt nihil fuerit in Ecclesia adeò vigilantissimo studio pertractatum, vel propensissima solertia agitatam, curatumq; quàm hoc ipsum, ne quid iniuria Principum, præter ius fasque cuncta sibi sumentium, aduersus antiquam à Patribus acceptam, legibus custoditam Ecclesiasticam libertatem emergeret?

d Ios. 6.

LXXXV.

Quod igitur rem semel aggressi, ingressique latissimum campum, qui finibus suis tempora nostra pertingat,

quibus sæpè deiecta, penitusq; disiecta eiusmodi Monarchia, auctoritate prætenfa eiusdem Urbani Papæ diplomatis reuocatur in vsum: eo vsque progredi, licet inuiti compellimur: ita tamẽ, vt compendiaria via prolixum nimis conficiamus iter, per quod sumus maiori otio, longiori mora, commodioribus mansionibus, ipsa scriptione Annalium annos singulos singulis stationibus metientes, iterum transituri. Attingemus enim tantum ea, & quàm breuissimè possumus, quæ ad institutũ semel susceptum spectare noscuntur, nimirũ quoties istiusmodi perosam Monarchiam restituere sint aggressi Siciliae Reges, eamq; disiecerint sacris legibus Romani Pontifices, ac Reges ipsi, dũ singulis concessis inuestituris, voluerunt in omnibus esse consultum Ecclesiasticæ immunitati, inferemusq; ipsum rerum vsum: quibus perspicua lucẽ perspexit, Lector cuncta quæ ad hæc spectant, habeat explorata.

Primum verò summam illud sciendum, omnes Romanos Pontifices, vsque ad tempora Caroli Quinti, inuestituras consueuissent conferre, tam Siciliae regni positi vltra Pharam, quàm etiam Siciliae (sic eam libuit appellare) citra Pharam, sæpè coniunctæ aliquando verò distinctæ ab inuicem. In omnibus verò inuestituris istis, magna consideratione consultum in primis Ecclesiasticæ immunitati, quibusdam semper præscriptis capitibus ad ista spectantibus, iisdemq; per Reges accipientes easdem inuestituras subscrisptis, atq; iuramento firmatis: quorum omnium gestorum adhuc integra apud nos extat vetera monumenta, eademque omni fide probata. Vt planè in singulis ipsorum appareat, nihil magis omnes Romanos cauisse Pontifices, quàm vt in omnibus sartam tectam inuiolatamque libertatem Ecclesiasticam conseruarent; ea enim polliceri renuētibus, denegasse, vel pollicita præstare detrectantes, censuris Ecclesiasticis exagitasse. Sed cum omnes impensè adeò in hisperferarint: admiratione quidem haud mediocri dignum videri potest, vnde emerferit, vt falce Apostolica succis radicitus Monarchiæ infelices palmites, iisdem sæpè densiori atque altiori germine pullulauerint, & excreuerint; & quæ Christi dånata sententia infructuosa arbor aruerit, rursus maiori bonorum fructuum sterilitate, & malorum fertilitate viruerit, iam ab Ecclesiæ terra, quàm malè occupat, penitus euellenda.

Ita verò causam roganti: *Vnde in benèfato atq; culto agro Lizania?* nihil propius respondendum, quàm illud Euangelici patrisfamilias, dicentis: *Inimicus homo hoc fecit.* Sed non cum dormirent homines, tantum scelus præsumptum; imò ipsis vigilantibus, reclamantibus etiam, & exclamantibus, damnantibus pariter, atq; auctoritate Apostolica, quantum licuit, tyrannos istos, Fridericum, Conradum, atque Manfredum, cum id violenter agerent, cohibentibus. Præualuit tamen ad tempus vis tyrànica, grassatio violenta, Principum latrocinium. Sic dixerim, secundum Iustini martyris sententiam ad Antoninũ Pium scribentis, atque liberè profitentis: *Tantum valent Principes, opinionè veritatis præferentes, quàm praduus in solitudine.* Dum sicut isti, ita illi grassantur, sed maiori ista potetia, minori tamen verecundia, cum quod nefas est, id iure factum velint; & quod per vim tyrannicam imperant, & extorquet, hoc veluti ratione summa sancitum iubeant, pariter vt sacrosanctum ab omnibus custodiri, atq; transmitti curent ad posteros. Ita planè accidit, vt cum Monarchia illa pristina excisa penitus atque extincta fuerit Romanæ Ecclesiæ iuribus; rursus tyrannorum Principum viribus sit nefarius restituta, sed Romanis semper Pontificibus obnitentibus, atque fortissimè resistentibus.

Fuerunt primi, qui ista tentarunt, post Rogerij regis & eius filij Vuillelmi ausu temerarios condemnatos atq; rescissos, Fridericus Imperator, idemque maximè impius, & infestissimus omnium Romanæ Ecclesiæ persecutor, itemque patri filius non dissimilis Conradus, atque Manfredus frater, qui eosdem superauit impietate. Hi tres in primis iurato bello aduersus Romanos Pontifices, in seruitutẽ deduxere Ecclesiæ omnes, & cum Ecclesijs etiã viros Ecclesiasticos summa tyrannide cõpreslerunt, cũ Pharaone dicentes superbo saltu: *Nescio Dominum, & Israel*

LXXXVI. STVDIVM ROMAN. PONT. IN CONSERVANDIS ECCL. IV. RIBVS.

LXXXVII. Mat. 13.

A TYRANNIS TYRANNICE SECVNDO RESTITVTA MONARCHIA

LXXXVIII.

Exo. 5.

non dimittam. Hi tres igitur eueritæ penitus Sicilia Monarchiæ restitutores fuere, atque propagatores amplissimi, quos tandem ab ipsis Romanis Pontificibus condemnatos atque magno prodigio, Dei dira vindicta sublato, erubescant, atque simul horrescant imitari Principes orthodoxi. imitantur planè atque sectantur, qui ipsi quibus illi legibus Siculam reuocant atque renouant Monarchiam. Ad quæ euerendam ab his temporibus quotquot fuere Romani Pontifices, ad quos pertinuit inuestituras conferre Sicilia Regibus, omnes vno consensu, sicut vno spiritu laborarunt, vt inter alias expressas conditiones præscriptas ipsis seruandas, illæ essent potissimè, quibus abrogarent qualicunq; ab his sancitas leges aduersus ecclesiasticam libertatem. Hæc vt ostendamus, agendum de singulis.

Atque primum quod spectat ad tres hos tyrannos, Fredericum, Conradum, atque Manfredum, ob violata iura ecclesiastica Fredericus à Gregorio Nono primùm excommunicatus fuit, deinde in Concilio Lugdunensi ab Innocentio Quarto Regno simul & Imperio spoliatus est. Inter alias vero causas eius abdicacionis hæc allata est, quòd electiones sacrorum Antistitum in Sicilia, atque in Imperio turbasset, ecclesiasticosq; coram laicis conueniri permisisset. Huius exemplum secuti Conradus atque Manfredus non legitimi Reges, sed tyranni, quippe Siciliam absque inuestitura accepta, inuitis Pontificibus occupassent, cum multa contra Sedis Apostolicæ auctoritatem & iurisdictionem impijs legibus suis sancire conati essent: successores Pontifices ipsi damnatis, in singulis ab eis traditis inuestituris, de abrogandis ipsdem legibus ab ipsis promulgatis egerunt, nec adiecto ab Alexandro Papa Quarto magna confideratione: vt quoniã inuadendæ ecclesiasticæ libertatis in Frederico occatio fuerat auctum Imperio regnum Siciliae, quomuni. us desepit parere Pontifici: nõ liceret in posterum vlla penitus ratione iungi regnum Siciliae cum Imperio. Quæ quidem tunc præscripta conditio, consuevit in omnibus postea concessis Siciliae Regibus à successoribus Romanis Pontificibus inuestituris apponi, atque verbis totidem innouari. Sicq; procul absuit, vt ex Ecclesiæ iuribus passim sint Monarchiam Siciliae innouari, qui & additamento secularis potentie eam consari penitus vetuere: tantum abest, vt ex spiritualibus eam augeri voluerint, sed de ipsis agamus inuestituris.

Viuente adhuc Manfredo tyranno Siciliae, dum primò Innocentius Papa Quartus, & post eum Alexander Papa item Quartus, anno Redemptoris millesimo ducetesimo quinquagesimo quinto, Indictione decimatercia, die sexta Nouembris inuestiret de regno Siciliae Eadmundum filium Henrici Regis Anglorum, inter alias pro libertate Ecclesiæ in Sicilia restituenda, condiciones seruandas proposuere, quæ in bulla aurea ita leguntur expressæ.

Omnes quoq; ecclesie de regno & terra prædictis tam Cathedralis, quàm alia Regularis & secularis, nec non & vniuersæ ecclesiasticae persona illis libertatibus, & immunitatibus omnino gaudebunt, quæ ipsis competunt secundum canon. cas sanctiones. Itaq; circa easdem ecclesias, & personas, tam in faciendis prouisionibus, & electionibus confirmandis, quàm in omnibus alijs Romanus Pontifex, & Romana Ecclesia, iurisdictionem, & auctoritatem omnimodam liberè exercebunt, saluo debito Regi, & suis heredibus iure patronatus, si quod Reges Siciliae, seu eiusdem Regni, & terra domini hæc tenent in aliqua, vel aliquibus ecclesiarum ipsarum consueuerunt habere; in tantum tamen, in quantum ecclesiarum patronus canonica instituta concedunt. Hæc in aurea bulla inuestiturae. Extat apud nos vna cum alijs ad hæc spectantibus documentis, siue ex Vaticana bibliotheca, siue ex archiuo munitionis sancti Angeli, siue ex Registris Camerae Apostolicæ, aut aliunde penitus. Ex quibus vides solo æquari curas illas exaltatas à tyrannis illis super omnem Ecclesiasticam libertatem, cum nullum relinquunt contra eam Regibus priuilegium; dum tam res omnes, quàm personas Ecclesiasticas in libertatem illam vendicatas voluit, quæ sacris legibus debetur ipsis; nec in iure patronatus Regibus tributum aliquod amplius, quàm ceteri omnes patroni iure debitum possidere solent.

Cum autem dicta inuestitura facta Anglorum Regi,

pio non curante, effectu caruit, & Carolus Andegauensis Comes, S. Ludouici Regis Francorum frater inuestituram à Clemente Papa Quarto accepit: occiso in bello Manfredi Siciliae regni inuasore, liberiore dispositione idem Siciliae regnum ad iura Romanæ Ecclesiæ reuersum est, sicq; post hæc ampliori forma in ipsis inuestituris per Sedem Apostolicam factis libertas ecclesiastica est declarata, atque munita, cum prohibitione semper, ac detestatione legum dictorum Principum tyrannorum, quæ fuerat ab eis promulgata pro Monarchia contra ecclesiasticam libertatem. Nam audi quæ in aurea bulla continetur Caroli Andegauensis Siciliae Regis, qui auctoritate Apostolica ibi regnauit. Ipse enim, cum regni inuestituram accepisset à Clemente Papa Quarto, anno Domini millesimo ducetesimo sexagesimo quinto, Indictione septima, hæc inter alia se fore seruaturum promisit, quæ his ipsis verbis in eodem diplomate scripta leguntur:

Omnes insuper ecclesie, tam cathedrales, quàm alia regulares, & seculares, nec non & omnes Prælati, & clerici, ac omnes persone ecclesiasticae, seculares, & religiose, ac quæcunq; religionis loca cum omnibus bonis suis in electionibus, prouisionibus, nominationibus, prouisionibus, & omnibus alijs plena libertate gaudebunt. Nec ante electionem, siue in electione, siue post, regis assensus, vel consilium aliquod requiratur. Quam vtiq; libertate promitto ego, & mei in regno heredes semper manutenebimus, & conseruabimus, & manteneri, & conseruari faciemus ab omnibus subditis nostris, & quod dicta ecclesia, atq; persona vti possint liberè in omnibus bonis, & iuribus suis, saluo mihi, meoq; in regno heredibus iure patronatus in ecclesijs, in tantum, quantum in hac parte patronus ecclesiarum canonica instituta concedunt, vbi antiqui Reges Siciliae huiusmodi ius patronatus in ipsis ecclesijs habuerunt.

Omnes etiam causa ad forum ecclesiasticum pertinentes, liberè, & absq; vilo impedimento agantur, tractantur, & ventilabuntur coram Ordinarijs, & alijs ecclesiasticis iudicibus, & terminabuntur per eos. Et si ad Sedem Apostolicam super huiusmodi causis appellari contigerit: tam appellantes, quàm appellati ad eam venire Sedem pro appellationum prosecutionibus liberè, & absq; inhibitione aliqua permittantur. Et promitto tam me, quàm heredes meos facturos, curaturos, & permissuros, quod sic agitari, tractari, & ventilari, ac terminari possint, & sic quod possit appellari, & liberè venire Romam.

Sacramenta verò fidelitatis præstabuntur secundum antiquam & rationabilem consuetudinem, prout canonica instituta permittunt, ab illis ecclesiarum Prælati, quorum prædecessores antiquissima Sicilia Regibus præstiterunt. Ab illis autem Prælati, & ecclesijs, qui regalia, siue temporalia bona tenent, si qui tamen sunt, qui huiusmodi bona tenent à domino regni, & alijs dominis temporalibus, & qui ratione huiusmodi bonorum ab antiquo consueuerunt Regibus, & ipsis dominis temporalibus seruitia exhibere, eiusmodi honesta & antiqua seruitia eis secundum rationabilem & antiquam consuetudinem, prout statuta patiuntur canonica, impendantur, salua semper circa ecclesias cathedrales, & alias regulares, ac personas, ac loca ecclesiastica tam in faciendis prouisionibus, & electionibus confirmandis, quàm in alijs quibuscunq; Romani Pontificis, & Ecclesie Romanae iurisdictione, ac auctoritate plenaria, & libera potestate.

Reuocabo quoq; omnes Constitutiones, seu leges, per prædictum Fredericum, vel per Reges Siciliae, siue per Conradum, ipsius Frederici filium, aut Manfredum quondam Principem Tarentinum, qui de facto regnum ipsum detinuit occupatum, editas contra ecclesiasticam libertatem. Nec statuta, vel Constitutiones aliquas ead. aut etiam promulgabo, per que iuri, vel libertati ecclesiasticae derogetur. Quænam autem fuerint Frederici eiusmodi Constitutiones contra ecclesiasticam libertatem, possumus intelligere ex bulla anathematis, qua Innocentius Quartus in concilio Lugdunensi excommunicauit eundem Fredericum Imperatorem, ex his scilicet causis, quod in regno Siciliae Prælatorum electiones perturbabat, tributa, quæ talliam vocant, eis soluenda præscribebat; quodq; clericos coram iudice seculari conueniri permittebat &c. Pergit verò:

Promitto etiam, quòd tam ego, quàm mei heredes non patiemur, quòd aliquis clericus, vel persona ecclesiastica eorundem regni & terra, in civili, vel criminali causa conueniatur coram iudice secu-

LXXXIX

XC.

XCII. OMNE PRIVILEGIUM SVBLATVM CONTRA ECCL. LIBERTATEM.

XCIII.

FRANS. LATVM REGVM IN ANDEGAVOS.

XCIII. BULLA CAROLI REGIS AD CLEMEN. PP. IV. DESTRVITVR MONARCHIA SICIL.

XCIV.

XCV.

XCVI.

XCVII.

lari, nisi super feudis iudicio petitorio conentatur ciuiler: ita quod omnes ecclesie, ac persone ecclesiastica omnimodo erunt liberæ, & etiam in nullo Regi, vel Principi subiacebunt.

Et quod nullas tallias, vel collectas imponemus ecclesiis, monasterijs, clericis, & viris ecclesiasticis, vel rebus eorum. Et quod in ecclesijs vacantibus nos, vel nostri in regno meo heredes nulla habebimus regalia, nullosq; fructus, redditus, & prouentus, nullas etiam obuentiones, ac nulla prorsus alia percipiemus ex istis, custodia earundem ecclesiarum interim libera remanente penes personas ecclesiasticas, iuxta canonicas sanctiones &c. Plura alia addit facienda in fauorem Romanæ Ecclesiæ, à qua regnum acceperat. Repetitæ sunt autem hæc in diplomate inuestituræ, factæ eidem Carolo ab eodem Clemente Pontifice, cuius est exordium: Constitutus ab eo, per quæ Reges regnât &c. In fine autem ipsius ita: Actum apud Lateranum in basilica sancti Saluatoris, quæ appellatur Constantiniana, ante sanctissimū altare ipsius basilicæ quarto Kal. Iulij, anno Domini M C C L X V. Pontificatus Clementis Quarti anno primo.

XCVIII.

Tenuit Carolus regnum Siciliae ultra Pharus vsque ad annum Redemptoris millesimum ducentimum octogimum secundum, quo cælis Francis, eam occupauit Rex Aragonum Petrus, de quo inferius dicturi sumus: modo ceptam semel Andegauorum successionem suo ordine profequemur, qui singulas à successoribus Romanis Pontificibus de vtraque Sicilia inuestituras sunt consecuti istis conditionibus, quibus à Clemente Quarto Carolus Primus acceperat, licet re ipsa possessores tantum essent Siciliae citra Pharus.

CAROLVS I PROFLIGATOR MONARCHIAE.

Carolo Primo successit anno salutis millesimo ducentesimo octogesimo nono, decimo quarto Kal. Iulij, Carolus Secundus Rex Siciliae, exhibens iuramentum fidelitatis Nicolao Papæ Quarto. Idemq; inter alia, quæ breuitatis causa recensere omittimus, eadē ieruada promittit, quæ pollicitus fuerat rex Carolus prædecessor Clementi Papæ I v. istis capitibus, totidem verbis superius recitatis, atq; ex eadem bulla descriptis, cum abrogatione omnium legum trium tyrannorum, contra libertatem ecclesiasticam iancitarum: quæ omnia repetita habentur atque descripta in bulla eisdem Nicolai Papæ. In fine autem ipsius Caroli promissionis ista de eius tempore scripta leguntur: Actum Reate in maiori palatio iuxta cathedralem ecclesiam Reatinam decimo quarto Kal. Iulij, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono, Indictione secunda, regni Sicilia anno quarto.

XCIX. ABONIFACIO PP. DE STRVITVR MONARCHIA.

Anno verò millesimo ducentesimo nonagesimo quinto idem Carolus inuestituram accipiens à Bonifacio Papa octauo, die decima septima mensis Februarij, Indictionis octauæ, anno vndecimo regni eius, parem in omnibus eidē bullam auream fecit, in qua per singula quæque verba, in ijs, quæ spectant ad libertatem ecclesiasticam factam, tam tectam in omnibus custoditam, eadem quæ superius sunt recitata in diplomate Clementis Papæ Quarti, & aurea bulla Caroli Regis, sunt repetita; itidemque abrogatio legum tyrannorum, contra ecclesiasticam libertatem iancitarum, æquæ descripta totidem syllabis reperitur. Quibus plane omnibus omnes Monarchiæ nerui succisi penitus sunt, vt stare nullatenus possit. Extat ipsam diplomam in iisdem tribus codicibus superius nominatis, quod qui voluerit, inspicere poterit.

C. BVLLA AVREA ROBERTI REG. DE STRVITVR MONARCHIAE.

Nepos verò Caroli Robertus rex vtriusque Siciliae regni inuestituram accepit à Clemente Papa Quinto, salutis anno millesimo trecentesimo nono, Indictione septima, die vigesimo sexto mensis Augusti, primo ipsius regni anno, vt in eius aurea bulla signatur, eademq; promissiones præstitit pro cõseruandis liberè iuribus ecclesiasticis, ita vt ex Clementis I v. inuestitura per apices singulos esse descriptæ apparent, cū eadem detestatione legum trium tyrannorum contra ecclesiasticam libertatem in Sicilia editarum, ita vt sic per suos intonante desuper Sancto de caelo: *Succidite arborem.* Vna omnium tam Romanorum Pontificum, quam regum Siciliae, eademq; fuisse conspiratio videatur destrudæ: malè plantatæ ab initio Monarchiæ. Extat ipsa bulla aurea in iisdem citatis superius libris.

a Dan. 4.

CI.

Rursum verò idem Robertus Siciliae rex cū præstitisset iuramentum fidelitatis Benedicto Duodecimo Ro-

mano Pontifici, bullam auream pariter scribendam curauit de his, quæ ab eo obseruanda essent, cuius exordio tempus ita exactè describitur, scilicet: *Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo quinto, Indictione tertia, die vigesima quinta mensis Iulij, Pontificatus sanctissimi patris & Domini nostri domini Benedicti, diuina prouidentia Papæ Duodecimi, anno primo &c.* Vbi inferius inter alias obligationes, quas à se fore seruandas expressit, de libertate ecclesiastica, in regno Siciliae iugiter retinenda, eadem totidem verbis sunt expressa, quæ in regio diplomate aui sui Caroli regis sunt superius recitata; specialisq; pariter facta habetur abrogatio legum tyrannorum illorum Friderici, Conradi, atque Manfredi, quæ videri possit conuulsa penitus Monarchia.

ALIA BVLLA AVREA ROBERTI EIVSDEM ARGVMENTI AD BENEDICTVM PP. XII.

CII.

Quæ huic successit Ioanna, anno Redemptoris millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, à Clemente Papa Sexto inuestituram accepit de vtraque Sicilia istis conditionibus de libertate Ecclesiastica cõseruanda, quibus Carolus Primus atque alij successores superius nominati à Romanis Pontificibus accepissent. Sed & anno millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, nouo Pontifici Gregorio Vndecimo fidelitatis iuramentum exhibens, omnia quæ supra, seruare promisit, quæ tū ipsa tum prædecessores promiserant de Ecclesiastica immunitate tuenda. Hæc Auenione anno secundo Pontificatus eius, die quarto Ianuarij. Extant de his tunc scripta diplomata. Hi omnes igitur Andegaui Caroli Primi successores inuestituras istas supra narratis conditionibus pro Ecclesiæ libertate præscriptis à dictis Romanis Pontificibus accepere de vtraque Sicilia, quamuis Siciliam vltra Pharus minimè possiderent, quæ occupantur Aragonenses, Petrus Primus, & successores.

CIII.

Ita quidem Romani Pontifices, cū Petrus & successores non peterent (vt par erat) ab Ecclesia Romana inuestituras, damnatis illis, vt iniustis occupationibus, iura vt sibi illata seruarent, quæ à tempore Roberti Guiscardi Sedes Apostolica possedit: perseverarunt de eodem regno vltra Pharus, vt prius, cõferre petentibus Regibus Andegauentibus more solito inuestituras, istis, vt dictū est, conditionibus, quibus à tribus tyrānis Monarchia restituta atque collapsa restitui vltra non posset: quæ tamē ab Aragonensibus in Sicilia vltra Pharus regnantibus interea pararetur tyrānicā potestate, ita dixerim, prout contra eos lata sæpè sententia à Romanis Pontificibus atque Concilijs comprobauit, scriptis de his publicis monumentis, quæ extant adhuc.

CIV. REGES ARAGONEN. MONARCHIAE SICVLAE RESTITVTORES.

Petrus enim Aragonum rex, qui cæsis Francis Siciliam insulam occupauit, cū antiqua iura hæc enus possessa ab Ecclesia Romana super ipso regno recognoscere nollet, nec ab ea vellet inuestituram accipere, ipsiq; censum pendere, iuramentum fidelitatis præstare, & homagium exhibere, à Martino Papa Quarto excommunicatur, ipsumq; regnum interdicto subijcitur. Extant de his litteræ Apostolicæ apud Eberardum in Chronico. Duxerat hic Constantiam filiam Manfredi nothi filij Friderici, in matrimonium, quo putauit coniugio ad se iure regnum Siciliae pertinere. At quid? Non enim propterea solutus, qui non accipere deberet inuestituram ab Apostolica Sede: nam & Guillelmus quantumlibet Malus, accepit eam ab Hadriano, ipsaq; Constantia maior Friderici mater, ipseque Fridericus, ac denique præter tyrannum Manfredum inuestituram omnes acceperunt.

CV.

Quantum autem fuerit iste à prædecessorum pietate degener, & ingratus in Apostolicam Sedem, ex eo poteris intelligere, quòd ipse feudatarius antea esset Romanæ Ecclesiæ ratione regni Aragonum, regiumq; titulum regni eius beneficio Sedis Apostolicæ possideret, cū auus eius pater Jacobi, cuius filius erat, itidem Petrus dictus, Aragonum rex regnum Romanæ Ecclesiæ obtulisset. Quod apparet ex eiusdem primi Aragonum regis diplomate, quod hic tibi (quod perbreue sit) describendum curauimus. Sic se habet:

CVI.

*Tum corde credam & ore confitear, quod Romanus Pontifex, qui est beati Petri successor, Vicarius sit illius, per quem Reges regnant & Principes principantur, qui dominatur in regno hominum, &*

REGNUM ARAGONIAE FEVDATARIUM ROM. ECCLESIAE.

CVII. PETRVS ARAGONIAE ROMANAE REBELLIS ECCLES.

CVIII. FRIDERI CVSII. ARAGON. PRIMVS RECOGNOVIT DOMINI VM APOS. SEDE.

CIX.

num, & cui vult, dat illud: Ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barchinonensis, & dominus Montis pessulani, cupiens principali possi Deum B. Petri & Apostolicae Sedis protectione muniri: Tibi, reuerentissime pater & domine summe Pontifex Innocenti, & per te sacrosanctae Romanae Apostolicae Sedi offero regnum meum, illudq; tibi & successoribus tuis in perpetuum diuini amoris intuitu, & pro remedio animae meae & progenitorum meorum constituo censuale, vt annuatim de Camera Regis duceta quinquaginta a massentina Apostolica Sedi reddantur, & ego & successores mei specialiter ei fideles & obnoxij teneamur. Hoc autem lege perpetua seruandum fore decerno: quia spero firmiter & confido, quod tu & successores tui, me ac successores meos, & regnum praedictum Apostolica auctoritate defendetis: praesertim cum ex multo deuotionis affectu me ad Sedem Apostolicam accedentem tuis, quasi B. Petri manibus, in Regem solemniter coronandum voluisti. Vt autem haec regalis concessio inuolabilem obrineat firmitatem: de consilio procerum Curiae meae, praesente venerabili patre meo Arelatense Archiepiscopo, & Sancto patre meo, & Hugone de Baucio, & Arnaldo de Fociano Baronibus meis, sigilli mei feci munimine roborari. Adum Roma apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo ducentesimo quarto, quarto Idus Nouembris, anno regni mei octauo. Fuit idem annus Innocentij Papae Tertij septimus Bernardus eius temporis scriptor in Chronico, dum de his agit, elucidar summam polliciti census, nempe fuisse ducentas quinquaginta uncias auri. Extat in codice priuilegiorum Romanae Ecclesiae.

Qui igitur feudatarius Romanae Ecclesiae erat atq; iuramentum fidelitatis praestiterat eidem, inuadens regnum Siciliae feudatarium Romanae Ecclesiae, aduersus eam rebellis extitit, & contumax aduersarius, rursus erigens Monarchatum: quam ob causam (vt audisti) sententia excommunicationis affectus, in ea dum vixit, perseverauit impaenitens, regnum relinquens Iacobo filio anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto, qui eadem cum patre est sententia codemnat, ipso regno per annos septuaginta (vt Gregorius Vndecimus Papa testatur) interdicti poenam subeunte. Dixeris ne tu Lector, si bona fide rem agis, eos omnes, qui eo temporis spatio Reges Aragonum in Sicilia, qui inuita contradicente atque irrogate poenas Sede Apostolica, regnauere, legitimos fuisse Reges, an potius iure censueris nominandos fuisse tyrannos? Dixerisne, si aequitatis es arbiter, ipsos Romanos Pontifices eodem tempore consulentes Romanae Ecclesiae iuribus in Sicilia collabentibus, non legitime inuestisse de eodem Siciliae regno a tyrannis eo modo occupato atque detento Andegauenses, quousque Aragonenses in ea contumacia perstitere, & pulsando ostium Romanae Ecclesiae, ea aperiente ingredientes, legitimi facti sunt regni Siciliae possessores?

Qui primi ostium pulsauere, fuere duo Friderici, Secundus & Tertius dicti, iidem Siciliae Reges, quorum prior fuit Petri filius, qui post Iacobum fratrem regnauit; posterior vero idemq; Sextus numeratus Aragonensium Siciliae Rex Friderici prioris nepos, filius vero Petri Secundi. Senior Fridericus inita concordia cum Andegauensibus Carolo Secundo & Roberto nepote Siciliae Regibus legitimis, qui inuestituram acceperat a Romano Pontifice, iunctoq; foedere nuptiarum inter eos cum Elionoram Caroli filiam in coniugem accepisset, sic pactus est cum illis, vt ipse dum viueret Fridericus, dominus Siciliae ultra Pharam esset, ita tamen, vt non Siciliae, sed Rex Trinacriae diceretur, & post eius obitum regnum illud rediret ad Carolum siue haeredes eius: recognosceret vero Romanam Ecclesiam eiusdem Trinacriae regni dominam, cui census more maiorum perfolueret, & praescriptas conditiones impleteret, & inter alias eas, quae libertatem & immunitatem Ecclesiasticam in omnibus in statum pristinum reuocarent, atque plenissime restituerent. Extat de his Bonifacij Papae v. i. i. diploma, quod incipit: Rex pacificus, cuius locus factus est in pace, &c. Et paulo post haec de Aragonensibus, qui regnum Siciliae occupassent, & haecenus tyrannice possederent: Sane post commotionis amarae distidium, & proteruae rebellionis insultum in insula Sicilia ex fauore reprobae praesumptionis exorta, ac subsecuta inuasionem & occupationem ipsius per Petrum olim Regem Aragonum attentatas, eiusq; posterus cum

accessione viij cotinuat, in culpa rebellionis ex eodem & inuasionis excessu, & illicita continuatione praesta, prout sana iudicia supponunt, &c. Datu habetur Anagnini xij. Kal. Iunij, anno nono eius Pontificatus, qui est Redemptoris millesimus trecentessimus secundus. Sic igitur Monarchia per Petrum restituta, eisdemq; filij primogenitu Iacobum successoris propagata, demum per Fridericum eius filium, huius fratris est penitus fracta, libertas vero Ecclesiae reuocata, cum se dictis conditionibus obligauit, quibus Rom. Ecclesiam, cui eo nomine census solueret, dominam recognosceret, eamq; potiri iuribus omnibus immunitatis in Sicilia, vt prius ex praescripto sacrorum canonum possidisset, promisit, atq; iuramento firmavit. Quae haec omnia ad tepus vitae suae seruanda a Friderico II. promissa, Fridericus III. cumulatius praestitit, dum se suosque in perpetuum successores, ad ea cuncta implenda, quae innouatam violentam Monarchiam destruerent, voluit quam firmissime obligasse.

Porro Fridericus III. bellum cum Roberto aggreditur anno Redemptoris millesimo trecentesimo decimo tertio, quod & profecutus est Petrus II. & Ludouicus, per quos increbrescentibus praecij religio ubiq; coli neglecta est, & Monarchiae aconitum in necem miserorum hominum Ecclesiae perduellium creuit. Tandem vero cum post diuturna bella, quae per septuaginta, atq; plures annos inter Andegauenses legitimos Siciliae Reges, & Aragonios, Petri Regis, qui Insulam aduersus Carolum I. occuparat, successores gesta fuerat, pax & concordia a Ioana regina, Caroli abnepote, cum Friderico III. Petri eiusdem propepote, his conditionibus inita fuisset, vt Fridericus eiusq; haeredes Siciliae Insulam, seu regnum Trinacriae (sic enim nuncupari placuerat) possideret, ita tamen, vt ea a Regina eiusq; posteris se tenere agnoscerent, ac pro ea fidelitate & homagium illis iurarent, & quotannis in festo Apostolorum Petri & Pauli Reginae eiusq; successoribus auri vnciarum tria millia Neapoli perfolueret; quae congruente Insulae partem conficerebant octo millium, quae a Siciliae Regibus, totius regni nomine quotannis Sedi Apostolicae debebantur: cum his, in qua alijsq; de mutua inter utrosq; confederatione & auxilio legibus, sub Pontificis Ecclesiaeq; Romanae, ad qua directum eius regni dominium spectabat, beneplacito & assensu conuenissent; Gregorius XI. qui Ecclesiam tum regebat, etsi animaduertebat diuisionem hanc regni a Clemetis IV. constitutione, qui in Carolo I. inuestitura Siciliae in terra, quae est citra Pharam, seiungi uenerat, alienam esse, permotus tamen tot stragium & depraedationum, quae ex bellis prodierant, consideratione, & quod propter interdictum, cui Sicilia per multos annos subiacuerat, diuini cultus ratio, populiq; pietas usq; adeo decreuerat, vt periclitari in ea Fides Catholica videretur, exemplo Bonifacij, de quo dictum, relaxandam hac ex parte praedictam constitutionem (quam in ceteris, quae huius concordiae articulis non contineretur, integram atq; intactam manere iubebat) quoad regni partes iterum aliquando coalescerent, conuentionisq; inter Ioannam & Fridericum tabulas approbandas censuit: nonnullis tamen adiectis & explicatis, quae desiderari iudicarat, ac tribus maxime capitulis, quae vt in omnibus olim regum Siciliae inuestituris proponi consueuerant, ita in posterum a Regibus Trinacriae pari studio seruari oporteret.

Primum quidem ad homagium, sacramentumq; fidelitatis pertinebat, quod Romano Pontifici praestare, suisq; temporibus renouare, ac regijs quoq; literis testari iuebantur. Deinde ad successores, vt descendentes duntaxat a Friderico, ijq; legitimi in Trinacriae regno succederent. His autem deficientibus, regnum ad Ioanae haeredes, si qui essent, aut his quoq; sublatis, ad Rom. Eccl. deuolueretur.

Alterum ad Ecclesiasticorum iura, eorumq; conseruationem; de bonis scilicet ipsorum restituendis, omnibusq; priuilegijs a iure concessis conseruandis: De tuendo electionum & nominationum iure ac libertate, sine vlla regij consensu necessitate: De cauis clericorum per Ordinarios, aut Pontificis delegatos terminandis; appellationibusq; ad Sedem Apostolicam non inhihendis: De reuocandis statutis & legibus, si quae a Friderico ipso, praedecessoribusque

MONARCHIA RE-NOVATA ITERVM RECISA.

CV. ITERVM MONARCHIA INSTAVRATA.

CXI.

CXII. CONDITIONES PRAESCRIPTAE FRIDE. III. ET SVCC.

edita essent contra Ecclesiasticam libertatem; alijs in posterum non faciendis.

CXIII.

Tertium, ne regnum Trinacriæ cum Imperio Romano, vel regno Teutoniæ, seu dominio Longobardiæ, vel Tusciæ sine expressa Põtificis voluntate coniungi vnquã possit: si secus fieret, regno exciderent reges, & ad Ecclesiam Romanam deuolutum conseretur.

His ergo adiectis conditionibus Gregorius, cù Ioanne & Friderici cõcordiæ capitula apud Viillã nouam Auenionensis diœcesis oppidum v. Kal. Septemb Pontificatus sui anno secundo confirmãssset: Ioanna eadem omnia postmodũ cùm Friderici Legatis, regis sui nomine acceptantibus corã Ioanne Episcopo Sarlatensi, Sedis Apostolicæ Nuntio, in eã rem delegato, ratificauit Auerse die vltima mensis Martij decimã Indictionis, anno Domini M. C. LXXIII. Deinde Fridericus ipse in eiusdem Episcopi manibus homagium pro Trinacriæ regno Pontifici iurauit Messanẽ anno M. C. LXXIV. die decimasẽptima Ianuarij Indictione vndecima, Pontificatus Gregorij anno quarto, vt ex publicis instrumentis constat, quã omnia in omnibus integerrima tunc Vaticana bibliotheca, tũ Apostolicę Sedis archiua conseruant. Porro autem ex huius concordiæ auctoritate in regno Trinacriæ successuri erant Friderici posterii.

CXIV. REVOCA TARVR SVS TY RANNIS.

Verũ is vnica filiam reliquit, qua sine liberis defuncta, Aragonij Siciliã occuparunt, nõ vt Friderici huius, sed quod profiterentur, vt Petri primi tyranni hæredes. Et homagium, vt potè qui sine inuestitura regnabãt, nullũ præstiterunt. Sicq; ex consueta atq; sæpè iterata tyrãnde parata est violenta, iterum Monarchia, profiterentes successores se, vt Petri primi inuasoris hæredes, Siciliã possidere, vt potè quos necessariò fateri oporteat, se hæredes esse tyrannidis, inuasoris, cù in hæredes vitia transeant hereditatis, quos sequatur & pœna excõmunicationis, quę Petrũ, cuius se iactat hæredes, affecerat; sicq; in hoc vocati sint oēs, ipsidem nõ dico iuribus, sed iniurijs innitentes, vt maledictionem hereditate possideãt; quorũ adeo fuit deplorata conditio, vt eos nõ à sacrilegijs his reuocauerit timor ille, qui tonitru summi Tonantis mortales concutit verbis illis: *Et quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?*

CXV. HARE DES PE TRI QVOT MALA SE QVAN TVR.

Quod autem religiofos omni nõ existimemus esse recentiores Siciliæ reges, procul abest, vt credere vel opinari velimus, eos in Sicilię vltraPharum regni possessione inniti Petro, manifesta tyrãnde iura Ecclesiæ inuadenti ac pessumdãti, ob idq; ad interitum vsq; execrationibus diris affecto; quin potius quod pietas & ratio persuadēt, eorum se Siciliæ regũ successores esse legitimos gloriantur, qui legitime illud ab habente eius verum dominiũ, ab ipsa eius domina Sede Apostolica obtinuerũt, vt Fridericus I. de quo diximus, qui recensitis superiũs pro immunitate ac libertate Ecclesiastica cõditionibus obseruandis, illud ad successores omnes posteros voluit propagari. Cuius si qui dedignantur hæredes haberi; sed magis Petri successores voluerint nominari: planè (quod horresco dicere) cum illo dici tyranni, & ipsidem cum illo infamari probrosi titulis in bullis à Romanis Pontificibus irrogatis, & eorum percelli sententijs anathematis velint. Quod Deus profusus auertat. Cum præsertim eiusmodi professione, omni se penitus eius adipiscendi regni iure priuarent, cùm nullus penitus asserere legitime possit, eũ fuisse verè Siciliæ dominum, quã non ab Ecclesia Romana, habente eius directum dominiũ, accepisset. Nam esto quod Carolus eodẽ regno priuari valuerit: nunquid aliquam de ipso pati iacturam Romana Ecclesia potuit, & sic suis iuribus spoliari? quod nemo certè diuinarum & humanarum legum peritus, vel sanians poterit affirmare.

CXVI. DEINVR STITVRA AB BVGE IO PAP IV. AL PHON. REGI.

Sed prosequamur posteriores Siciliæ reges, atque rerum euenta quã breuiter perstringamus, acturi rursus de singulis suo tempore, si Deus concefferit, locupletius. Deficiente Andegauenium stirpe in Ioanna Secũda, cum Martinus V. anno Redemptoris millesimo quadringentesimo vigenimo eam abdicãssset, Ludouicumq; Tertium

Ducem Andegauenium eius loco regem designãssset: illa Alphonsum regem Aragonũ & Sicilię insulq; deinde mutato consilio, Ludouicum eundem, reiecto Alphonso, adoptauit anno millesimo quadringentesimo vigesimotertio. Caterũm prælijs rem agentibus, post varia bella victor Alphonfus, vt stabiliret sua, inuestiturã Siciliæ & terrarũ citra Pharum ab Eugenio Papa IV. tandem obtinuit, anno Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, atque ita vtriusque Siciliæ, siue Siciliæ citra & vltra Pharum, partibus regni post tot annos coniunctis, factus est rex. Ita dicto anno, concedete Eugenio, Id. Iulij. Cuius diplomate iuberetur vtraque Sicilia indiuisa ab inuicem semper in posterum permanere. Extat ratificatio eiusdem Alphonfi, facta post fermè biennium, nempe anno Salutis millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, die secunda mensis Iunij, qua & continetur homagium ab ipso Romæ præstitum istis verbis:

*Ego Alphonfus Dei gratia Rex Sicilia plenum homagium ligium & vassallagium faciens vobis domino meo Eugenio Papa Quarto & Ecclesia Romana pro REGNO SICILIAE ET FOTA TERRA IPSIVS, qua est citra Pharum vsq; ad confinium terrarum ipsius Ecclesie, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio ac omnibus districtibus ac pertinetijs suis secundum antiquos fines territorij pertinentiarũ, & districtus ciuitatis eiusdem per Romanum Pontificem distinctos, vel in posterum distinguendos: ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro, & vobis Domino meo Domino Eugenio Papa IV. vestrisq; successoribus Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, sanctęq; Apostolicę Romana Ecclesie. Non ero in consilio, vel consensu, seu facto, vt vitam perdati seu perdant, aut membrum, sine capiãmini, vel capiantur mala captione. Consilium quod mihi credituri estis per vos aut Nuntios vestros, vel per litteras, ad vestrum, vel eorum damnũ scienter nemini pandam. Et si sciuerõ fieri aut procurari, seu tractari aliquid, quod sit in vestrum, aut ipsorũ damnũ: illud pro posse impediam. Et si hoc impedire non possũ, illud vobis vel eis significare curabo. Papatum Romanum, Regalia sancti Petri tam in REGNO SICILIAE ET TERRA predictis quam alibi consistentia adiuro vobis, & eis ero ad retinendum, defendendum & recuperandum, ac recuperata manu tenendum contra omnes homines.*

CXVII. ALPHONSI VRBANI II. FIDELI EXHIBITVM EVG. PP.

Vniuersas & singulas condiciones suprascriptas & contentas in presentibus litteris Apostolicis, super IPSORVM REGNI ET TERRAE cõcessione cõsecũs, & omnia & singula que continentur in eisde litteris, plenariè adimplebo, & nullo vnquã tempore veniam contra illa: & maxime, quod ego nunquã per me, vel alium, seu alios quoquo modo procurabo vt eligat, vel nominet in Regem vel imperatorem Romanorum, seu Regem Teutonia, aut Dominum Longobardia, vel Tuscia, seu maioris partis earundem? & si electio de me celebrari contigerit: nullum huiusmodi electioni, seu nominationi assensum præstabo, nec inmittam me modo aliquo de eorum, vel alicuius ipsorum regimine, neq; etiam de ciuitate Beneuentana & suis pertinetijs, seu Campania, vel Maritima, Ducatu Spoletano, Marchia Anconitana, Patrimonio B. Petri in Tuscia, Massa Trebaria, Romandiola, alma Vrbe, in ciuitatibus Perusina, Ciuitate castelli, Bononiensi, Ferrariensi & Auenionensi, Comitatu Venasini, seu in alijs terris quibuscumq; vestris & demanij, seu feudis ipsius Ecclesie vbilibet constitutis ex successione vel legato, aut venditione, seu donatione seu alio quouis titulo, vel contractu: nihil vnquã mihi acquiram seu vendicabo, seu potero acquirere, vel quomodolibet vendicare; & nihil vnquã recipiam, vel habere, vel potero recipere, habere vel retinere in illis; neque vllam potestariam, capitaniã, vel rectoriam, nullũmq; aliud officium recipiam, seu accipere potero, habere, vel retinebo, aut habere, seu retinere potero in eisdem, aut ipsorum aliquo; nec etiam occupabo, aut occupare permittam, seu faciam prauijsa, vel partem aliquam eorundem; nec illa offendam vel molestabo; nec etiam Romanam Ecclesiam quoquo modo sub censuris, pœnisq; spiritualibus & temporalibus in suprascriptis conditionibus & infestationibus contentis, quas hic haberi volo in singulis partibus alijs pro specificè repetitis etiam & expressis.

CXVIII.

Item perditionis alumno Amodeo heretico & schismatico, à fide deuo, & ab ipsa Ecclesia præciso & sententialiter condemnato, eiusq; sequacibus & dantibus ei auxilium, consilium vel fauorem non dabo quouis modo per me, seu alium, seu alios directè vel

CXIX. Fuit iste Antipapa dictus Felix Quartus.

indirectè, publicè vel occultè auxilium, consiliū, vel fauorem; nec ab alijs quantum in me fuerit, si impedire potero, dari permittam. sed eos iuxta posse meum, donec conuertantur, persequar & inuadam. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia. Hactenus homagium & iuramentum intextum in ipsa Alphonfi ratificatione, vbi in fine: Datum Neapoli apud maiorem Ecclesiam per manus mei predicti Regis Alphonfi, anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, die secunda mensis Iunii octauæ Indictionis, regnorum nostrorum anno trigesimo, huius verò Sicilia citra Pharam regni vndecimo. Hæc ibi.

Cxx,

Qui cauilatur, ex eo quod semel eius ratificatiōis exordio scriptum inuenitur, inuestituram Eugenij esse de regno Siciliae citra Pharam, non nisi pro eo ratificationem factam esse contendunt. Verum cum ipsum ibi ab eo integrum Eugenij diploma recitetur verbatim, in quo centies reperitur, dari ab eo inuestituram de vtraque Sicilia, sicque formandum homagium & iuramentum, quod ibi cum Eugenij bulla recensuerit atque descripserit in ipsa sua ratificatione: quomodo ex ipso met non conuincitur mendacium, vt amplius dubitandi locus reliquus esse non possit, cum præsertim decreto Eugenij ibidem descripto iunctum sic fuerit ab eo vtrumque regnum, vt non licuerit ipsa ab inuicem separari?

CXXI.  
REVOCA-  
TA ECCL.  
IURA.

Recitantur autem in ratificatione facta ab eodem Alphonso omnes conditiones ab Eugenio propositæ, à se autem acceptæ atque ratæ habitæ, iurate, atque subscriptæ, & ipsæ quidem, quibus omnia Ecclesiæ iura collapsa, à Regibus vsurpata reuocantur in pristinum vsu, quæ viderentur ipsam Ecclesiam in pristinum libertatem, præcisiu vinculis omnibus tyrannicæ Monarchiæ, ipsdem planè & amplioribus appositis conditionibus, quas superius recitatas legisti ex diplomate Clementis Papæ IV. de inuestitura facta Carolo Regi: vt non sit, quod possit desiderari ad perfectam extinctionem in faulta Monarchiæ, & absolutissimam restitutionem Ecclesiasticæ libertatis.

Vt autem prosequamur de reliquis dicere. Ex nouo accidete, noua rursus regni diuisio facta est. Sicilia enim insula cum regno Aragoniæ ad Ioannem eius fratrem, quod Alphonso legitima prole careret, transiit, cuius filius & successor fuit postea Rex Catholicus. Qui quidem Ioannes cum absque inuestitura ab Apostolica Sede accepta regnaret, nec peteret: Pius Papa II. concessit inuestituram Ferdinando Alphonfi filio naturali de vtraque Sicilia, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo. Extat ipsum Pontificum diploma de inuestitura vtriusque Siciliae facta Ferdinando, quod incipit: *Diuina disponente clementia, per quam Reges regnant, & Principes imperant, &c.*

CXXII.  
FERDI-  
NANDI  
ALPHON-  
FILI IN  
VESTIT.

In quo primùm mentio habetur de inuestitura, facta ab Eugenio Papa Quarto eius patri Alphonso expressissimè de regno totius Siciliae, de qua alia itidem de vtroque regno facta ab Eugenij successore Nicolao Papa Quinto eidem Ferdinando post obitum patris sui, quem habilitasset ad vtriusque regni successionem, simulque posteros omnes. In eodem pariter omnes & singulæ recensitæ habentur inrer alias multas conditiones illæ, quibus detestabilis Monarchia proscriberetur omnino, & sancta libertas Ecclesiæ in omnibus restitueretur, atque conferuaretur illæsa in suis omnibus iuribus & priuilegijs, cum ipsdem planè conditionibus & capitulis, quæ superius sunt recitata in Caroli Regis inuestitura per Clementem IV. facta. Nam in ea sigillatim sunt posita, ad verbumque: repetita omnia illa, cum solita detestatiōe & prohibitione omnium legum, quæ à tribus illis tyrânis, siue à Ioanna Regina, siue ab alijs promulgatæ fuissent. Extat ipsum diploma vnà cum subscriptione testium, datum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, iij. Idus Nou. Pontificatus Pij II. Papæ anno primo. Cui mox subiicitur ratificatio ipsius Ferdinandi, habita sæpius expressissima mentione de facta & ratificata inuestitura Siciliae vtriusque vltra & citra Pharam. Vt nihil penitus sit, quod in ijs desiderari possit.

Sed & Sextum Papam Quartum eandem inuestituram,

à Pio Secundo factam de Sicilia, & terra quoque citra Pharam, eidem Ferdinando ipsdem conditionibus confirmasse: ex eius apparet diplomate, dato anno primo sui Pontificatus, Redemptoris verò anno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Ipsæ etiam Ferdinandus Rex prospiciens in futurum, egit apud Innocentium Papam Octauum, vt inuestiret de regno Siciliae, & terra citra Pharam filium suum primogenitum Alphonsum, tunc Ducem Calabriae, necnon eiusdem Alphonfi filium primogenitum Ferdinandum tunc Capuæ Principem itidem de regno Siciliae & terra citra Pharam, in qua solemniter inuestitura omnes illæ positæ & descriptæ fuerunt conditiones pro libertate & immunitate Ecclesiastica tam locorum, quam personarum, quas conscriptas superius legisti inuestitura à Clemente Papa Carolo Regi facta, continentes libera iura appellandi ad Apostolicam Sedem, & abrogationes legum Friderici, siue aliorum quorumcumque; contra libertatem Ecclesiasticam editarum: ita vt ne vel minimum quidpiam prætermisum, vel diminutum à recitatis superius ipsdem conditionibus inueniatur.

Facta est eiusmodi inuestitura, datumque diploma Romæ, anno Redemptoris millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, pridie Nonas Iunii, anno eiusdem Innocentij Pontificatus octauo. Cuius est exordium: *Romanus Pontifex inter curas multiplices, &c.* Habemus exemplaria eiusdem inuestituræ in Vaticana bibliotheca; authentica verò originalia in archiuo in castello sancti Angeli asseruantur.

Sed modò dicendum de alio Ferdinando, cognomento, Catholico, qui de Sicilia citra Pharam à Iulio II. Papa inuestituram accepit, cum tamen Siciliae vltra Pharam regnum, quod succedens (vt dictum est) Ioanni patri acceperat, absque inuestitura aliqua possideret. Sed quæ ratio, vt Siciliae citra Pharam peteret inuestituram ab Apostolica Sede, Siciliae verò vltra Pharam minimè? cum æquè vtriusque Siciliae dominium penes eandem Apostolicam Sedem esset, & sicut illius, ita & istius inuestituram conferre consueuerint Romani Pontifices à primis temporibus, cum ea, Sarracenis expulsis, sunt potiti Northmanni, & Robertus Guiscardus, qui primus inuasit, & frater eius Rogerius, qui plenè possedit (vt pluribus de singulari dictum est superius suis locis) sicut & posterius, vsque ad tyrannos Conradum, atque Manfredum, & Conradinum, de Sicilia vltra Pharam, sicut de Sicilia citra Pharam, quam vocant, æquè ab Apostolica Sede acceperunt inuestituram.

Sed num quia non accepit Perrus, de quo superius dictum, benè factum probari potuit, cum quantumlibet iustè, vt sibi visum esset, eam vendicasset à Carolo? nunquid ab ipsa Sede Apostolica potuit abstulisse dominium, quod & posteriores, ipsdemque prædentiores Reges sunt venerati, Fridericus Secundus, Tertius, & alij superius recensiti, qui ab ipsa Sede Apostolica non alterius, sed vtriusque Siciliae inuestituram ab Apostolica Sede petierunt, & acceperunt? Sed nunquid Iulius, qui Siciliae citra Pharam tantum inuestituram petenti tradidit Ferdinando, voluit Ecclesiæ Romanæ iuribus super Siciliam vltra Pharam aliquid derogatum contra omnium prædecessorū diplomata? vel eius successores Romani Pontifices, qui ad instar Iulij successoribus Regibus inuestituram concessere Siciliae citra Pharam, demptum & abrogatum voluerunt dominium directum, quod semper habuit eadem Romana Ecclesia in regno Siciliae vltra Pharam? minimè geitum. Siquidem de ea te priuilegia per singulas inuestituras diuersis collatas vsu recepta, probata, confirmata, atque adeò stabilita fuere, vt ad abrogationem eorum, speciale mentionem requirerent, & causam magnam expolerent. Cum igitur à nullo penitus Romanorum Pontificum ipsdem vel in minimo derogatum possit ostendi: eadem Ecclesiæ Romanæ iura suo robore integra permanere quis est qui negare præsumat? Cæterum ipsi Romani Pontifices vt patres ista interdum toleranda, pro temporum ratione, & dissimulanda putarunt ad tempus, timentes

SIXTI PP.  
IV. CON-  
FIRMA-  
TIO.CXXIII.  
DE INVE-  
STITURA  
FACTA  
FERD. FILIO,  
ET  
NEPOTI  
AB INNO-  
CENT. PP.  
VIII.CXXIV.  
DE IULII  
PP. II IN-  
VESTITV-  
RA FAC-  
TA FERD.  
CATHOLI-  
CO REGI.

CXXV.

a Pf. 120.

ad iracundiam prouocare filios suos. Sed a nunquid dormiet vel dormitabit, qui custodit Israël, vt non sit de his exacturus rationem? nō puto. An patietur ipse cuius sunt ista, Petrus, b qui de suo ipsorum vendito agro exigens feuerus exactor à dominis rationem, eosdem partem pretij occultantes, obtegentes fraudem mendacio, interfecit spiritui oris sui? non certè.

Cxxvi.

Quod verò magnoperè admiramur illud est; quomodo in inuestitura, facta Ferdinando Catholico à Iulio Papa, vsurpata ad eò reperitur inuersio nominum, vt per Siciliam & terram citra Pharum, non vtraque Sicilia intelligatur, cum semper à maioribus, ex quo etiam facta est ante Carolum Primum inuestitura Henrico Anglorum Regi, & per eum eius filio Eadmundo, & sic in cæteris omnibus vsque ad hæc tempora Iulij, in omnibus inuestituris, & earum per Reges exhibitas rati habitationes, in illis verbis frequenter adhiberi solitis, Sicilia cum terra vltra Pharum, seu Sicilia, & terra vltra Pharum, semper, in quâ, per hæc verba intelligi voluerunt vtramque Siciliam, vltra Pharum videlicet, & citra Pharum? At in dicta Iulij inuestitura per eadem verba, Sicilia & terra citra Pharum, seu, Sicilia cum tota terra citra Pharum, nisi Siciliam citra Pharum intelligi debere, de qua facta legitur inuestitura, contendunt. Cæterum si verba illa more maiorum sunt intelligenda, haud dubium de vtraque Sicilia Ferdinandum dixeris accepisse, dum sic ipse iurat:

Cxxvii.

*Ego Ferdinandus Dei gratia Rex Sicilia citra Pharum, & Hierusalem, plenum homagium ligium & vassallagium faciens vobis Domino nostro Domino Iulio Papa Secundo & Ecclesie Romanae pro regno Sicilia & Hierusalem, atq; tota terra qua est citra Pharum, vsque ad confinium terrarum ipsius Ecclesie, excepta ciuitate Beneuentana, &c. Et inferius, ex parte hæredum & successorum: In proprio, inquit, iuramento factebuntur & recognoscent expressè, regnum Sicilia & Hierusalem ac totam terram eorum, qua est citra Pharum vsque ad confinia, vt supra. Pergit: Et mera liberalitate Sedis Apostolicæ, & nostra sibi suisq; hæredibus, & successoribus fuisse concessa, ipsosq; recepisse & tenere regnum Sicilia & terram huiusmodi à nobis, & dicta Romana Ecclesia, &c. Quæ inquam verba, si posita sint eo sensu, quo poni vsq; ad ea tempora consueuerunt in omnibus inuestituris: res piè ac religiosè cõsècta est, vt facta dicatur inuestitura de vtraque Sicilia, etiam si de Sicilia citra Pharum tantum factam inuestiturâ, sit dictum superius: si verò alio sensu quàm sonât sint posita, ecce in verbis captio, & deceptio. Cæterum Iulius Papa, qui rebellione Alphon si Ferrariæ Ducis, & aliorum magnoperè vrgebatur, egebatq; auxilio (vt ipse ibi testatur) eiusdem Ferdinandi cõtra rebelles, atque tyrannos: haud de inuestitura Sicilia vltra Pharum explicatus agendum existimauit; cum tamen ne quidquam iura Apostolicæ Sedis super idem regnum Sicilia vltra Pharum dimisisset eo diplomate, vel alio, neq; aliquis successorum, qui eadem verborum forma conceperit inuestituras à se factas siue Carolo V. siue Philippis Regibus, dici possit, ita vt in omnibus penitus remaneant integra necesse sit iura Apostolicæ Sedis in regno Sicilia vltra Pharum, sicut & citra Pharum, quæ possidet.*

Cxxviii.

Quibus à Nicolai Papæ I. tempore, per spacium quingentorum ferè annorum possessis per inuestituram ab eo factam Roberto Guiscardo, & per successores Romanorum Pontificum successoribus Northmannis Comitibus, Ducibus atque Regibus, & post eos Constantiæ & eius filio Friderico, inde Anglorum Regi, deinde Carolo & successoribus Andegauensibus, postea Fridericis, Secundo, & Tertio Aragonensibus, inde Alphonso, & eius filio Ferdinando notho atque nepotibus: & his omnibus exhibitis semper inuestituris cum conditionibus omnibus, quibus sunt iura Ecclesiasticæ immunitatis semper seruata in omnibus integra & illæsa, ipsidemque à nemine Romanorum Pontificum reuocatis speciali aliqua, quæ exigebatur, abrogatione, derogatione, abrenuntiatione, & sic alteri facta expressa concessione: quomodo absque speciali facta inuestitura ab ipsa Apostolica Sede verè domina, de regno Sicilia vltra Pharum, illud ab eis dici pos-

test legitimè possideri, & non potius occupari, & præter omneius fasque violentia detineri? Cum ostendendum sit, quando vel quomodo semel ab eius directo dominio excidit Apostolica Sedes, vt absque inuestitura per eum faciendâ possit à quopiam illud regnum legitimè possideri. At hæc cursim modo, suis autem temporibus agendû pluribus.

Sed quod polliciti sumus ea etiam, licèt breuiter, de his quæ spectant ad rerum vsum, insinuare: de his acturi, incipiamus ab eo tempore, quo sub Innocentio Papa Tertio ipsa malè ccepta extincta est Monarchia, perueniamusque vsque ad Carolum Quintum, quo restituta ponitur, per quæque sæcula, ætates omnes, in quibus ostendamus iugem continuatamque possessionem omnium iurium Romanæ Ecclesie in omnem Ecclesiam Siciliae etiam vltra Pharum. Ecce Innocentius ipse Visitatorem mittit illuc plenissima facultate, ea quæ opus essent agendi, Cardinalem Episcopum Ostiensem. Extant adhuc datæ litteræ Apostolicæ ad Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios. Innoc. Registr. tom. 1. lib. 1. epist. 415. Insuper mississe reperitur rursus Legatum presbyterum Cardinalem sancti Laurentij in Lucina, vt apparet in 2. & 3. ca. sub tit. de offic. deleg. extr. Adhuc etiam constituisse Legatum Syracusanum Episcopum, vt habet epist. 511. lib. 1. postea verò alia occasione mississe item Legatum à latere Gerardum diaconum Cardinalem sanctæ Mariæ in Porticu, vt patet ex litteris ipsi datis pluribus eiusdem argumenti lib. eod. epist. 571. 572. 574. Rursus post hæc Legatos misit à latere Iulium presbyterum Cardinalem tituli sancti Stephani in monte Cælio, & Gerardum diaconum Cardinalem sancti Hadriani, vt apparet ex litteris illis datis, epist. 573. lib. 1. Causas in super deferri solitas ad Sedem Apostolicam, & ab illa delegatas diuersis eiusdem Insulæ Episcopis, docent alia eiusdem Pontificis litteræ, epist. 180. 310. 576. lib. 1. & lib. 2. epist. 14. hæc quæ cursim legendo inuenimus in cursu primo tomo epistolarum eiusdem Innocentij Papæ Tertij, cum alioqui nec omnes datæ ab eo epistolæ inueniantur, plurimas ex eis excidisse constat: alia verò in alijs voluminibus antiquibus scriptæ in Vaticana bibliotheca asseruantur, ex quibus aliqua ad rem spectantia volumus deprompsisse; hæcque non eas descripsisse, sed indicasse tantum, signasseque loca, vt si velit Lector, consulere ipsas possit.

Post alia namque habetur in ipsidem, quod idem Pontifex anno quinto sui Pontificatus misit in Siciliam R. sancti Marcelli presbyterum Cardinalem, & cum eo consobrimum suum Iacobum Marschalcum amplissima facultate. Extant de his litteræ Apostolicæ tomo tertio epistolarum eiusdem Pontificis. Incipiunt: *Opera testimonium perhibent veritati, &c.* Rursus anno septimo sui Pontificatus mississe reperitur Legatum in Siciliam G. diaconum Cardinalem sancti Hadriani, cui suas vices tribuit tam in spiritualibus, quàm temporalibus. Datæ de his litteræ incipiunt: *Regessus sat an, &c.* Extant libro septimo. Et ad Regem Siciliae Fridericum, vt eiusdem Legati monitis, & cõsilijs acquiescat. Incipit epistola: *Regia excellentia litteras, &c.* Et ad eundem Legatum litteræ de optimo statu regni instituendo.

Eius verò successor Honorius Papa Tertius, cuius epistolarum adhuc extant volumina, nihil magis curasse videtur, quàm vt iura Romanæ Ecclesie in Sicilia integra seruarentur: sicque cum concedit priuilegia Archimandritæ Messanenti, saluis Ecclesie Romanæ iuribus id se facere contestatur epistola 43. libro primo, data Kalendis Nouembris anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, Pontificatus anno primo. Litteris quoque sæpè redarguit Regem ipsum, quod se immisceat electionibus, & alijs iuribus Ecclesiasticis: cum ipse Rex Fridericus se id nec cogitasse facere excuset. Extant de his litteræ 527. libro tertio, & 531. Regis verò epistola 572. ad eundem Honorium Papam, quibus excusans, hæc inter alia ipse Rex ait: *An forte nos ignorare creditis, quia qui presumunt offendere sanctam matrem Ecclesiam, ipsi bibunt in calice Babylonis? &c.* Cuius Friderici Regis tempore quamuis idem

Cxxix.  
VSUS RE-  
VRM IN  
POSSESSIO-  
NE IV-  
RIVM A-  
POST. SE.  
DIS.

Cxxx.

Cxxxi.  
CONTIN-  
ATA POS-  
SESSIO  
SVB HO-  
NORIO  
III.



Honorius Papa eum experiretur aduersum, nihilominus liberam in regno Siciliae iurisdictionem exercuisse reperitur, nimirum indixisse collectam de persoluenda vigesima omnium Ecclesiasticorum reddituum, pro subsidio Terrae sanctae. Cuius causa legationem instituit ad ipsum Siciliae regnum. Extant de his litterae Apostolicae 104. 359. datae anno primo Pontificatus. Rursus de alia collecta indicta pro Templarijs epistola 131. libro tertio, data anno tertio sui Pontificatus. Insuper de appellationibus ad Sedem Apostolicam extat epistola eiusdem Honorij Papae sexcentesima, data anno secundo sui Pontificatus ad Syracusanum Episcopum, cum tempore Innocentij Papae ad Sedem Apostolicam appellasset: cuius causa iuribus inspectis idem Honorius aduersarijs perpetuum silentium indixit.

CXXXII. SVBINNO CENTIO PAPA IV.

Successor Honorij post Gregorium & Celestinum Innocentius Papa Quartus duos Legatos in Siciliam misisse reperitur anno tertio sui Pontificatus, nempe S. presbyterum Cardinalem sanctae Mariae trans Tiberim, & R. sanctae Mariae in Cosmedin diaconum Cardinalem, amplissima concessa eisdem facultate. Extant de his eiusdem Pontificis litterae ad Archiepiscopos, Episcopos, & Abbatas, atque Barones eius regni. Est vndecima eius anni tertij epistolarum, quae incipit: *Nostra feruenter in hoc aspirat affectio, &c.* Alia rursus ad eosdem Legatos, cum tribuit eis facultatem beneficia conferendi. Est 14. ordine, incipit: *Si circumspexerit Dominus, &c.* Insuper idem Pontifex post haec reperitur misisse Nuntios in Siciliam. Extant de his litterae Apostolicae, datae Lugduni anno eius Pontificatus octauo, mense Februarij. Est earum exordium: *Letentur cali, &c.* Et terna aliae quae sequuntur, eiusdem sunt argumenti. Aliae insuper, quibus continentur collationes beneficiorum eiusdem regni Siciliae factae diuersis.

CXXXIII

Sed quod tadio putamus fore Lectori, si successorum singulorum Pontificum Romanorum hic nimia prolixitate describere velimus singula, siue de appellationibus ad Apostolicam Sedem ex eodem Siciliae regno delatis, siue de legationibus ab eadem Sede in Siciliam missis; aliisque iuribus liberè iugiter administratis: satis esse putamus, si missis ceteris, coniungamus postrema prioribus, quibus significetur, eadem ipsa, quae a citata videmus, etiam vsque ad dicta tempora Caroli Quinti Imperatoris perseuerasse, nec vnquam penitus desuisse. Progredientes igitur ex Vaticanæ bibliothecae epistolarum voluminibus antiquorum Romanorum Pontificum, diuertamus aliquantisper ad Tabularium Camerale, ex cuius aliquibus scriptis libris, ista in exemplum perseuerantis vsus adduxisse sufficiat.

CXXXIV NVNTHI PRO DIVERSIS NEGOTIIS IN SICILIA SOLI TI COM. MORARI.

In libro bullarum primo Bonifacij Papae Noni, cui indicto Tabulario, siue archiuo Camerale vsque hodie asseruatur, in primis bulla habetur, qua mandatur Nuntio Sedis Apostolicae in regno Siciliae restitutio rebellium. Data Romae quarto Kalend. Februarij anno primo Pontificatus. Haec fol. CXV.

Alia bulla in super, qua datur facultas eidem Nuntio absoluendi excommunicatos ob violentas manus iniectas in clericos. Datae Romae vt supra, fol. CXVII. & folio CXIX. habentur in super litterae Apostolicae, quibus datur facultas Nuntio Apostolico in regno Siciliae colligendi decimas. Datae habentur Romae tertio Kalen. Februarij anno primo.

NVNTHI EXACTORES.

Rursus alia bulla, qua datur facultas eidem Nuntio in Sicilia consistenti, exigendi charitatum subsidium ab omnibus bona Ecclesiastica possidentibus, pro supportandis Apostolicae Sedis oneribus. Data Romae tertio Kalen. Februarij anno eidem primo Pontificatus eiusdem. ibid. fol. CXXV. Eidem Nuntio facultas mittitur concedendi comeatum octo nauibus Alexandria soluentibus. ibid. fol. CXXIX. & CXXXI. Facultas eidem Nuntio datur dispensandi super defectum natalium, fol. CXXXI.

CXXXV.

Anno vero secundo ipsius missus reperitur in Siciliam ab eodem Pontifice Nicolaus de Summa ripa ad componendas controuersias eiusdem Siciliae regni. Extat de his bulla data Romae quarto Nonas Iul. fol. CXXXV. & seq.

fol. CXXXVI. facultas concessa componendi cum proce-ribus, de censibus non solutis Romanae Ecclesiae debitibus. Quo pariter anno deputatur ab eodem ad regnum Siciliae Raymundus de Baucio de Vrsinis Confalonarius Papae. Est de his bulla data Idibus Augusti, fol. CLXI.

Anno autem Pontificatus quarto aliae datae habentur litterae Apostolicae quarto Kalen. Decembris ad Apostolicam Sedis Nuntium, cum ei tribuuntur pro expensis quotidianis decem floreni aurei a Clero eiusdem regni exigendis. Extant fol. CCXXII, libro secundo.

Libro vero tertio bullarum eiusdem Bonifacij Papae Noni est bulla de Commissario deputato in Siciliam contra occupantes bona Ecclesiae Panormitanae. Data Romae Idibus Nouembris anno septimo, ibidem folio X. qua die etiam habetur data alia bulla de simili commissione contra occupatores bonorum Sedis Apostolicae in Sicilia;

NVNTHI DEFENSORES REVRM ECCLESIAE.

Libro vltimo Clementis Papae Sexti diploma extat, quo Guillelmus Episcopus Nazarenus deputatur Nuntius Apostolicae Sedis, & Collector in regno Siciliae vltra Pharam loco Theobaldi Archiepiscopi Panormitani defuncti. Datum habetur Auenione tertio Kalen. Februarij anno primo, ibid. fol. DXXXII.

CXXXVI EXACTORES SPOLIORVM CONSTITVTI IN SICILIA.

In eodem Camerali Tabulario inter monumenta Innocentij Papae Sexti habetur bulla, qua committitur Apostolicae Sedis Nuntio in regno Siciliae commoranti exactio spoliiorum defuncti Episcopi Agrigentini. Data vndecima Kalendas Februarij anno quarto Pontificatus eius, ibid. fol. CXCII. & duodecimo Kalendas Martij. Eodem anno quarto Pontificatus eius habetur data bulla, qua committitur Episcopo Catanensi exactio omnium spoliiorum Siciliae.

Eiusdem vero Innocentij Papae Sexti tempore Nicolaus de Aragonia S. R. E. Cardinalis, commentarium scripsit de iurisdictione quadruplici demonstrata Romanae Ecclesiae in regnum Siciliae. Extat volumen antiquitùs scriptum in Vaticanæ bibliothecae vnà cum alijs eiusdem auctoris commentarijs.

CXXXV- II.

Successor Innocentij Vrbanus V. reperitur misisse Nuntium & collectorem decimarum in Siciliam vltra Pharam Dominicum de Saffonorio canonicum Beneuentanum. Extant de his eius litterae datae anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octauo, Pontificatus eius anno sexto, die decima sexta Maij.

REFORMATORES MISSI IN SICILIAM

Ex libro tertio Apostolicarum litterarum Ioannis Papae vigesimertij extant litterae Apostolicae, quibus Arago de Malaspina decernitur Reformator in regno Siciliae in rebus temporalibus, cui pro expensis persoluantur viginti quinque floreni a Clero Siciliae qualibet die. Conceditur eidem facultas conferendi canonicatus & alia beneficia Ecclesiastica. Datae habentur litterae decima quinta Kalendas Nouembris anno secundo eius Pontificatus, fol. CXVI.

CXXXV- III. COLLECTORES MISSI A ROMANIS PONT. IN SICILIAM

Insuper etiam consueuisse frequenter Apostolicam Sedem in Siciliam Collectores mittere, cum vetera recensita, tum recentia sunt exempla. Extant enim in eodem Tabulario Camerali Martini V. litterae Apostolicae, quibus quidam Cyprius Balauerius deputatur in Sicilia Collector reddituum & fructuum quorumcumque; Camerae Apostolicae debitorum. Datae habentur Constantiae, decimo Kalen. Octobris, anno primo Pontificatus eius, ibid. fol. 11. Nouissimè vero reperitur, quod Paulus Papa Tertius misit etiam speciatim in Siciliam Collectores Tobiam Paluicinum, & Lucam Iustinianum deputatos ad colligendum subsidium medietatis veri annui valoris (vt verbis vtar litterarum Apostolicarum) omnium fructuum beneficiorum ecclesiasticorum. Missi sunt autem iidem idipsu praestare per vniuersam Italiam: adeo vt nihil minus iuris in Sicilia, quam in ceteris Italiae prouincijs vsque ad nostra tempora sibi Pontifex vendicaret. Quod quidem de his scriptum diploma extat in libro impositionum Camerae Apostolicae, datum in eadem Camera Apostolica, vltima Februarij, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Pontificatus vero ipsius anno 1x. ibid.

sol. CLIV. ista sunt quæ spectant ad ipsum rerum usum, quem cursim rem agentis licuit reperisse.

Si autem Deus concesserit, ut in Annalium prosecutione futura tempora disquiramus, locupletior rem de his tractationem pollicemur ex vberiore messe colligendam, quibus appareat, quantam scriptis omnibus reclamantibus, iuribus omnibus contradicentibus, cælo terraque testantibus, Apostolica Sedes in regno Sicilia patiatur iniuriam, & sentiat suorum iurium detrimentum, & inauditam hætenus inter Catholicos ignominiam subire cogatur, rebus ipsis (quod est grauius) in deterius prolagentibus. Nam quæ est in his graue passa dispendium, & adhuc grauiori indies in eodem regno afficiatur opprobrio, iamque à tempore Caroli V. experta planè intolerabile in spiritalibus & temporalibus damnum, cum in temporali dominio domina ignoretur, & in spiritali esse nesciatur, quod est, Vniuersalis Ecclesia; cum in his quæ sunt diuini, humanique iuris, exercendis in Sicilia careat facultate, ut quæ recensita sunt superius, manifestant, lugubre cum Propheta lamentum occidit: *Super dolorem vuluerum meorum addiderunt.* Quot enim oportuisset tanta ista quæ audent, diplomatibus esse concessa, quot spæcificis asserta sententijs, definita clausulis, elucidata periodis, obsignata sigillis, subscriptionibusque; munita, ut vim aliquam obtinerent, si tamen vel sic obtinere potuissent? ut non leuissimo prætextu diplomatis Urbani Papæ, nihil huiusmodi (ut ostensum est) concedentis, omniq; ex parte nutantis, penitusque ruentis, ea seruanda sancirent, vsu rerum inducerent, retinerent, defenderent, indiesque deterius propagarent, quibus desciscant à matre, dissideant ab Ecclesia, cui renuant vel in ijs quæ iuris diuini, naturalis, canonici, communisque; sint, parere.

Quæ quidem etsi authentico, obsignato, subscripto, omnique ex parte fide constante diplomate alicuius Romani Pontificis concessa monstrari possent: nec sic subsisterent, quæ contra præcepta Ecclesiæ Romanæ iura inuenirentur esse disposita. Nam audi quæ mascula voce, e energia virili, vigore sacerdotali in Henricum Imperatorem, istiusmodi iura Ecclesiastica inuadentem Desiderius, idemque Victor Papa Tertius, cum ei in faciem restitit, verba protulit: *Sedes enim, inquit, Apostolica domina est nostra, non ancilla, nec alicui subdita, sed omnibus prelatæ; & ideo nulla omnino ratione sub iugum à quoquam mitti potest. Quod si à Nicolao Papa factum est: scilicet ut arbitrium expectaretur Imperatoris in electione Romani Pontificis, quod, ut dictum est, falsò pretendebatur: iniuste profectò & temere præsumptum est: non tamen cuiusquam stultitia vel temeritate amittit Ecclesia dignitatem suam.* Hæc ipse. Quæ etiam eodem tempore Deus dedit Cardinalis tituli Eudoxiæ (de quo suo loco dictum) scripto insigni volumine ad eundem Victorem Tertium Papam, pluribus argumentis asseruit. Sed & S. Brunus Episcopus Signiæ, & cum eo plurimi alij Episcopi & Cardinales in Concilio Romano coegerunt Paschalem Papam reuocare, quæ contra Romanæ Ecclesiæ iura promississet Henrico Imperatori, ut suo loco inferius dicturi sumus.

Cum alioqui in confesso sit apud omnes, priuilegia ab Apostolica Sede collata, non debere contra eandem Ecclesiam militare. In quam sententiam Nicolaus Papa, idemque Sanctus, eius nominis Primus, in decretali epistola, quam scripsit ad Henricum Archiepiscopum Turonensem, quam superius suo loco reddidimus, ubi agit de priuilegio ab Apostolica Sede concesso Rhemeni Ecclesiæ, quo eius Archiepiscopus Hincmarus contra ipsam abuteretur, hæc inter alia habet: *Sic Apostolica Sedes aliena iura custodit, ut sua non minuat; sic honorem debitum dat, ut suum non tribuat alienis. Nam & arma illi à nobis collata, ita volumus ut pro eo sint valida, ut potius pro nobis, ubi necesse est, non contra nos firmitatem obtineant.* Hæc ipse, qui de priuilegio Apostolicæ Sedis agens, quo ipsa præsideat Ecclesijs omnibus, & ab omnibus exigit obedientiam, hæc habet, scribens ad Carolum Francorum Regem: *Quæ tantæ Sedis Apostolicæ priuilegia vsq; ad mortem, epe sicuti diuina, prædecessorum meorum vestigia sequendo, cassari taliter minime patiemur.* Et quod ad

eam omnes appellandi, nullius obice priuilegij habeant facultatem, subiicit ista: *Priuilegia namq; Romana Ecclesiæ, totius sunt Christi (ut ita dicamus) remedia Ecclesiæ Catholice: priuilegia, inquam, Petri arma sunt contra omnes impetus prauitatum, & munimenta & documenta Domini sacerdotum, & omnium prorsus qui in sublimitate consistunt, imò cunctorum qui ab istis potestatibus diuersis afficiuntur incommo- dū. At tanta ista Deo accepta, qui eorum est auctor, Angelis & hominibus reuenda, qui in eorum semper custodiam vigilarūt, ab ipso exordio nascētis Ecclesiæ vsu recepta atque probata, vnus, sed mutilati, nihilque; huiusmodi concedentis, diplomatis occasione adducenda sunt in discrimen, exponenda ludibrio, atque; penitus abolenda? At aboleri nō possunt quæ viuunt in radice sua; sed qui præciditur ex ijs ramus arefcit.*

Quæ rursum ratio postulat, ut contra tot Romanorum Pontificum antea & postea data diplomata vnum proponatur, deprauatum, omnino concisum, nunquam à successorum aliquo confirmatum diploma Urbani Papæ, idemque etiam si germanum, legitimumque fuisset, iam Rogerij hæredibus desinens, nullius alterius Romanorum Pontificum confirmatione roboratum, immò contrarijs penitus constitutionibus rescissum & abolitum, post tot sæcula obliuione sepultum, à nemine Regum, qui contra Sedem Apostolicam pugnaverunt, nec nomine tenus cognitum, nedum exhibitum vel citatum: hoc ipsum, inquam, hoc sæculo nostro sub Carolo Quinto, ad erigendam contra Romanam Ecclesiam Monarchiam emerferit rediuuum? Cuius occasione flamma semel incensa indies magis magisque maioribus incrementis Siculam defascat Ecclesiam, de qua illud propheticum iure occini posuit: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquela grandis excussit ignis in ea, & combusta sunt fructus eius.* At quæ loquela grandis? utique malè vsurpatum Monarchiæ infaustum nomen, quo eadem infelix Ecclesia veluti igne consumpta, redacta suspiret in cinerem. Vnica nobis reliqua spes in nostro Zorobabel, in Philippo Tertio, qui incensum restituat templum, & efficiat, ut maior sit gloria domus huius nouissimæ quam prioris, qui & exequet magnū superbiæ motem in planum.

Quod utique æquum est me sentire de tanto Catholico Rege, pietate insigni, virtutum omnium corona fulgente. Cui in his explendis faueat, rogemus iugiter, Spiritus sanctus. Hæc nobis occasione Urbani Papæ diplomatis dicta sunt simpliciter stylo, candore animi, ex corde puro, (Deum testem inuoco) conscientia bona, & fide non ficta. Cæterum sciat Lector, nos ista hic obiter occasione Urbani Papæ diplomatis pertractasse: verum de his quæ ad inuestituras Romanorum Pontificum de regno Sicilia vltra citraque Pharam posita spectant, prolixior atque lucubrator tractatio erit, cum ad ipsa earum tempora, quibus data noscuntur, peruenerimus, simulque reliqua omnia, quæ siue per Legatos vel Nuntios, aut per Epistolas cum Regibus, vel Episcopis, Abbatibus alijsve religiosis personis vel laicis ab ipsis Romanis Pontificibus sunt transacta, maiori otio, opportuniori que occasione, reddentes cuncta temporibus suis, ex instituto, omni fide constantia in medium afferemus. Iam verò canentes receptui, quæ post Urbani Papæ datum diploma Salerni, sunt secuta, narremus.

Accepta Capua in deditonem, Boamundus frater Rogerij Ducis ad militiam sacram accingitur, parat expeditionem Hierosolymam profecturus, de quo ista & Petrus diaconus Casinensis: *Interea Boamundus Roberti Ducis filius, qui primum cum patre, & per se postmodum multa cum Constantino Imperatore, eiusque exercitibus prælia prosperè gesserat, cum esset in expeditione vna cum Duce Rogerio in Campania partibus, & hæc omnia confecerat (maximum hoc ipsum negotium) celesti instinctu protinus iussit afferri pannum sericum, torumque, in frustra concidi, ut tam sibi, quam suis & alijs ad se confluentibus, cruces inde confectas superponeret humeris; omnesque; iidem DEVS LO VOLVIT, clamare magnis vocibus iussit. Hæc fama exciti Rogerij milites, tam multi repente confluxerunt, ut vix pauci cum Comite Rogerio scilicet relictis, in Siciliam solus ferme redierit.*

CXXXIX  
AVTORIS  
IVSTAE  
QVERE-  
LÆ PRO-  
MOVEN-  
DAE.

a Psal. 68

CXL.  
CONCES-  
SA CON-  
TRA EC-  
CLESIA  
IVRA  
NON TE-  
NENT.

b Chron.  
Cassi. lib. 3.  
c. 49.

CXLI.

CXLII.

c Jer. 11.

d Agg. 2.  
e Zach. 4.

CXLIII.

f 1. Tim. 1.

CXLIV.

g Chron.  
Cassin. lib.  
4. cap. 11.

dierit. Hæc Petrus de expeditionis exordio. De cuius pro-  
 cinctu & progressu, de litteris ab Alexio Imperatore ad  
 eum misis, deque aduentu Constantinopolim, & cum  
 eodem Imperatore congressu, atque rebus ab eo præclare  
 gestis agit diffusè Tyrius de bello sacro, quem tu, si his plu-  
 ra cupis, pro arbitrio consulas. Mirum dictu, quanto ani-  
 mi ardore susceperint in Occidente vbique locorum  
 Christiani milites sacram tesseram, sanctissimæ crucis fig-  
 no decoram: cum Vrbanus Papa siue voce, siue litteris ad  
 omnes promouedos ardentissimus promotor accederet.  
 Cuius hæc modò recitanda sunt litteræ ad Alexium Im-  
 peratorem datæ, vbi ex hac peregrinatione reuersus est  
 Romam. Sic se habent.

CXLV.

VRBANI AD ALEXIUM IMPER. EPIST.

Vrbanus Secundus Romanus Pontifex Alexio Constantinopoli-  
 tano Imperatori, &c.

Cum statutum fuisset ad Clarum montem Aruernie, vt com-  
 munitatis bellum aduersus Sarracenos gereretur: tanta homi-  
 num multitudo cruce signata est, vt ad trecenta hominum millia  
 censa fuerint. Ducum autem fortissimorum tantus ardor, vt de re-  
 cuperanda Hierosolyma multum sperare debeamus. Primus omni-  
 um Petrus eremita innumerabilibus se duces præbuit, cui Gode-  
 fredus, Eustachius & Baldwinus fratres Boloniæ Comes se ad-  
 derunt, maiores etiam copias parauerunt. Hinc Podiensis Episcopus  
 belli dux, & Raymundus S. Aegidij Comes, inde Hugo Magnus  
 Philippi Francorum Regis frater, & Robertus Northmannia, &  
 alter Robertus Flandria, & Stephanus Corneli Comes. Quid di-  
 cam de Boamundo ipso, qui ingenti animi magnanimitate ijs se  
 Comitum adiunxit cum septem millibus delecta iuuentutis Itali-  
 cæ, relicta fratri rerum omnium cura, quocum diu bello contende-  
 rat? Ad hos belli maximos apparatus, vnum illud in primis est ne-  
 cessarium, vt tuo præsidio, commeatuq, tanta copia iuuentur. Qua-  
 re abs te peto maiorem in modum, vt quibuscunque rebus poteris,  
 iustissimo bello gloriosoq, faueas. Illud autem, tametsi non dubi-  
 tem abs te curatum iri, volui tamen te per litteras nostras scire,  
 id mihi & vniuersæ Christianæ Reipublicæ iucundissimum fore. Va-  
 le Roma, &c. Cusæ extant eiusmodi Vrbani litteræ in volu-  
 mine litterarum diuersorum Principum, sed vt apparet,  
 ab eo qui edidit redditæ cultiores.

CXLVI

Ad postremum autem, hoc eodem anno ab eodem Vr-  
 bano Papa celebratur Barense Concilium, indictum ad  
 Kalendas Octobris, quo in primis inter Græcos illuc vo-  
 catos & Latinos agitata sunt controuersia inter eos diu-  
 tius ventilatæ, potissimum verò de processione Spiritus  
 sancti. Porro nobilissimi Concilij huius perierunt Acta,  
 quorum ea duntaxat nota facta sunt nobis, quæ ad Græcorum  
 consultationem à S. Anselmo, qui interfuit, sunt  
 scripta, & quæ familiaris eius qui aderat Edinerus, i-  
 tidem scriptorum monumentis posteris tradidit, qui ait:  
 Cui Concilio dum Anselmus se præsentasset, & persuasus à Papa,  
 Græcos in processione Spiritus sancti, vt potè quem à Patre & non  
 à Filio procedere Græci asserunt errantes, rationabili & Catholi-  
 ca disputatione confutasset: magni apud omnes est habitus, & ven-  
 eratione dignissimus comprobatur. Finito Concilio cum Apostoli-  
 co profecti sumus. Hæc tantum de his Edinerus. Apud Vvillelmum  
 a autem Malmesburiensem sua paulò gloriosius  
 ostentantem, hæc scriptis mandata legimus: Vt ergo ventum  
 ad Concilium, Apostolicus ante corpus S. Nicolai constratus, tæpe-  
 ditus & pallijs, ipsa casula cum pallio amictus tribunal ascendit,  
 ceteri cum cappis sedebant. Omnibus ergo suum locum ex antiquo  
 vendicantibus, Anselmus humilitate summus, quo poterat, assedit.  
 Exciderat animo summi Pontificis ingruente tumultu, vt ei locum  
 delegaret. Sed erroris admonitus est questionis necessitate, à Græ-  
 cis propofita, probare volentibus Spiritum sanctum non nisi à Pa-  
 tre procedere.

CXLV.

II. QUID PRIMADIE.

Hanc ergo questionem dum expedire tentans magis inuolue-  
 ret, Græcis contra non improbabiler occurrentibus: Anselmi re-  
 cordatus exclamat: viuide vocis tonitruum adis capacitas, & tur-  
 bamultiplicitas ingeminant: Pater & Magister Anselmus Anglo-  
 rum Archiepiscopo vbi es? Ille vbi se vocari audiuit, in pedes con-  
 stitit. Quem Apostolicus compellans: Nunc, inquit, magister, opus  
 est scientiæ, opus eloquentiæ tuæ opera. Veni ascende huc, & desen-  
 fende matrem tuam Ecclesiam, quam Græci labefactare conantur.  
 Succurre ergo quasi à Deo huc missus. Continuo cuncti astantes &  
 assidentes, oculo: & ora in eum conuersi, percunctari quis esset:

annitentibusq, proximis ad confessum Apostoli ei leuatus, sedere  
 iussus iuxta Romanum Archidiaconum, cui antè Papam sedere mo-  
 ris est: Includamus, inquit, hunc in orbe nostro, quasi alterus or-  
 bis Papam. Nec morantibus, omnibus exposuit palam qui genus, vn-  
 de domo, cuius scientiæ, cuius facundiæ, quam religiosus, quantæ  
 pro fidelitate Romana Sedis passus esset. Dilatusq, in postera diè  
 questionis tractatus, quamuis Anselmus statim respondere non du-  
 bitaret.

Sed sequenti die solito maturius cetera coacto promotus in edi-  
 tum, ita tractauit questionis latera, ita penetravit & enubilaui-  
 intima, vt Latini clamore testarentur gaudium, Græci de se præbe-  
 re dolerent ridiculum: nullus porrò inops & inanis scientiæ disce-  
 deret. Sensus illius sermonis procedente tempore luculenter dis-  
 gessit in libro de Processione Spiritus sancti facto. Tunc vbi ver-  
 bum absoluit, omnes in eum oculos & ora conuersi, hic laudare si-  
 dem, ille scientiam, omnes eloquentiam. Sedato fragore quem  
 laus eius suscitauerat; intendens in eum summus Pontifex, ait:  
 Benedictum sit cor tuum, & spiritus tuus, os & sermo oris tui be-  
 nedictus. Nec mora, cum consensu omnium roboratus in aliter sen-  
 tientes fulmen excommunicationis intorisset: ventilari de Rege  
 Anglorum sermo cepit. Proferuntur in medium scelera dicti hor-  
 renda, adijcitur contemptus humano cælestis iniuria, quod scilicet  
 bis terq, admonitus, nihil correctionis exhibuerit. Quocirca  
 suffragio & clamore omnium Papa ad excommunicationem iam  
 paratus esset: Anselmus genibus affusus eius, orat dilationem, &  
 vix impetrat. Quæ res ei non mediocrem apud cunctos videntes  
 peperit gratiam, ed quòd offensione veræ sanctitatis vicisset fama  
 sue gloriam. Quam pulchrum erat, vt ille oraret veniam, à quo ita-  
 tam acceperat contumeliam. Hucusque de Barenfi Concilio  
 apud Vvillelmum.

Certum est autem in hoc Concilio sanctum Anselmum  
 in consultandis Græcis primas tulisse, cui & ea ex parte  
 plurimum Ecclesia Catholica debet, quod cum ipsius Syn-  
 nodi acta perierint, ipse tamen pulsatus precibus amico-  
 rum, quod in controuersia illa tractauit, scriptorum mo-  
 nimentis perpetuæ memoriæ commendauit. Inter alios  
 qui hoc ab eo exegit, fuit Hildebertus Cenomanensis Ep-  
 iscopus, ipse quidem hac ætate inter celebres doctrina &  
 sanctitate viros annumerandus, cuius adhuc extat absque  
 titulo tamen in codice exarata b epistola istis verbis ad eum  
 postquam in Angliam est reuersus:

Familiares est sapienti, tolerare nescientem. Hinc est, quod  
 inscitiam meam aperire non timui, quia erat cum sapiente col-  
 loquium. Eam ni fallor & scientia vestra erudiet, & charitas  
 supportabit. Felicem me, inquam, si meruisssem vel præsens in-  
 strui, vel tanquam familiaris epistolam suscipere destinatam. Hoc  
 autem inuidet mihi locus, nec aliter salutationis indulgit obsequia,  
 nisi prius orbis dimidium consularem. Oportet enim maris &  
 aëris explorare clementiam, si quem in Anglia iudicamus salu-  
 tandum. Ceterum incommoda separationis, charitatis copula  
 suppletur, qua neminem patitur esse nobis absentem, neminem nõ  
 familiarem. Ea enim nihil est diffusius. Par enim est latitudo  
 charitatis & mundi. Charitas amplectitur quidquid oceanus;  
 charitas in sacrario dilectionis & amicum colligit in Deum, &  
 inimicum propter Deum: eadem diligere non desinit, cum dili-  
 gi desinitur. Suos habet presentes, omnes affines; quibus non  
 potest obsequio, subuenit affectu. Absit igitur, vt publicum char-  
 itatis beneficium maris fluctibus auferatur, sùm scriptum sit: A-  
 que multa non potuerunt extinguere charitatem Facile enim est,  
 vt diuersi litoris cultores charitas vniet, quæ vniam Rempublicam  
 terram facit & cælum. Huius itaque fiducia iniecta est mihi præ-  
 sumptio inquirendi atque postulandi id quod impensum non mi-  
 nuet erogantem. Si votorum summa queritur, sequens illam pagina  
 declarat.

A proborum relationibus didici, vos in Concilio Barenfi ser-  
 monem habuisse de Spiritu sancto, quem calumniosa Græcorum  
 versutia à Filio minime procedere fabulatur. Quod igitur  
 aduersus hanc illorum dementia in præfato promulgastis Con-  
 cilio, succincto tractatu deprecor annotari. Et quia ipsi Latino-  
 rum Patrum testimonia non suscipiunt: his auctoritatibus opus  
 flagitatum munire non tadebit, quæ Græca calliditas, &  
 suas fateatur & nostras. Magna quidem beate pater, postulo; sed  
 quæ pariter suscipienti proficiet & danti. Nobilis enim est posses-  
 sio scientiæ, quæ distributa suscipit incrementum, & avarum

CXLV-III. QUID SECVNDA DIE.

CXLIX

b Hild. ep. 2. tom. 3. b. b. i. o. i. san. forum Pa. ryon.

CL. S. HILDEBERTVS EXIGIT A S. ANSELMO LIBRVM DE SPIRITV SANCTO.

CLI.

*dedignat a possessorem, nisi publicetur, elabatur. Conferuet nobis Dominus sanctitatem vestram, & videant vos oculi mei, antequam moriar.* Hæc Hildebertus, etsi ad quem scribat, exciderit titulus; tamen quod ad Anglicanum Antistitem scripserit, & eum, qui interfuit Barenfi Concilio, ibique de Spiritu sancto aduersus Græcos sermonem habuerit, alium quem dicamus præter Anselmum, inuenimus neminem, cum non nisi vnus ex Anglia Episcopus illic interfuisse inueniatur sanctus Anselmus.

CLII.  
SCRIPSI  
S. ANSEL-  
MVS LI-  
BRVM DE  
PROCES-  
SPIRITVS  
SANCTI.

Rescripsit sanctus Anselmus quæsitus Epistolam (ita enim librum illum de Processione Spiritus sancti contra Græcos inscripsit) sed ad quem illam scripserit, pariter reticetur: quam quidem post Barense Concilium esse scriptam ipsemet testatur. Sed non vt Hildebertus postulauerat, ex doctoribus Græcis testimonia accersuit, sicut nec ex Latinis, prout in eodem Concilio Barenfi fecisse videtur, eò quòd Latinorum testimonia Græci illi non esse fidelia, sed vt testes domesticos suspicione non vacuos dicerent; quodque Græcorum Patrum assertiones non absque calumnia illata de codicibus deprauatos solerent excipere: sanctus Anselmus iustæ causæ fidens, abstinentes se ab omnibus his tam Latinis quam Græcis, ex diuinâ tantum Scripturæ pharetra petitas sagittas in hostes, quos cõfecit, emisit, vt ex eodem commentario ipse Lector satis intelligat.

Insuper non nisi aduersus eosdem Græcos post hæc librum siue epistolam illam scripsit de Fermentato & Azymo ad Vvalramum Episcopum, quem quoniam suspicabatur esse ex classe schismaticorum Episcoporum, quibus præsens sæculum abundabat, in titulo epistolæ à salutatione abstinet ita scribens:

*Anselmus seruus Ecclesie Cantuariensis Vvalramo Episcopo Hurrenburgensi.* At quod salutationem non sit impertitus, exordiens, sic excusat. *Scienti breuiter loquor, si certus essem prudentiam vestram non fauere successori Iulij Cæsaris & Neronis, & Iuliani Apostata* (ita iure legit Dodechinus, non vt habet editio Parisiensis Audoeni, qui deprauatè legit, loco Apostatæ, potestati) *contra successorem & Vicarium Petri Apostoli, libentissimè vos & amicissimum & reuerendum Episcopum salutarem, &c.*

Vidisti quibus laudibus Henricum Imperatorem schismaticum ornet: nempe cum post Iulium Cæsarem, à quo dimanauit nomen Imperatoris in posteros, Neronis & Iuliani Apostatæ eum nomet successorum, à quorum altero crudelitate, ab altero impietate & fraudulentiam hæreditate possederit; vt & hic meminisse Lector debeat, quotquot hoc sæculo vixere viri sancti atque scientia clari, eosdem absque aliqua dubitatione inhæsisse Ecclesie Catholice, ipsique Romano Pontifici aduersus schismaticum Imperatorem, & pseudopontificem Gubertum. Anselmus verò, vbi certò nouit, eundem Vvalramum Episcopum communionis esse Catholice, scribens ad ipsum postea librum de diuersitate Sacramentorum, en qua eum salutatione voluit honestasse: *Domino & amico Vvalramo venerabili Episcopo Anselmus seruus, Ecclesie Cantuariensis Archiepiscopus, salutem, seruitium, orationis, dilectionis affectum.* Cur autem tanta mutatio, sic exordio verbis hinc significat: *Gaudeo & gratias ago Deo, quia sicut scribitis; Glorificat eum in vobis Catholica Ecclesia: quoniam in vestra mutatio diuina voluntatis apparet gratia, & domini Papæ Paschalis amicitiam habetis & familiaritatem, vt iam mihi liceat vestram amicabiliter salutarem sanctitatem, etc.* Quibus & apparet eam esse scriptam epistolam post Vrbani Papæ obitum, cum ipsi Paschalis successit.

CLIV.  
Vvalkel.  
Tyr. de bel-  
lo sa. lib.  
3. cap. 11.  
OBITVS S.  
MARGA-  
RITÆ RE-  
GINÆ SCO-  
TORVM.

Eodem anno decima Iunij ab Occidentalium exercitu, post plura aduersus Turcas confecta certamina, capta est Nicæa in Bithynia. Quomodo verò ista se habuerint, cõsule Tyrium b.

Hunc insuper annum suo ad Deum illustrauit transitu (vt Rogerius notat) S. Margarita Regina Scotiæ, quæ colapsam illic infeliciter Ecclesiasticam disciplinam restituendâ curauit, adeo vt Scotorum Ecclesiam iam siluescentem defectu culturæ, reddiderit speciosam. Ista pluribus, qui eius vitam scripsit Adelredus Abbas. Huius etiã viget

métio apud rerû Anglicanarum historicos huius temporis Vvillumum Malmesburiensem, & alios.

## I E S V C H R I S T I

### Annus 1098.

VRBANI II. PAP.  
Annus II.

HENRICI III. IMP. 15.  
ALEXII COMN. IMP. 18.

**A**NNVS Redemptoris millesimus nonagesimus octauus ordine sequitur, Indictione sexta, quo (inquit Bertholdus) *dominus Papa Romæ Natalem Domini celebravit, maximamque pacem in ipsa Vrbe & eius finibus firmissimè composuit, ibidemque Paschalem solennitatem cum magna gloria itidem celebravit, sed amulus eius Gubertus in partibus Rauenna eo tempore demoratus, quandam munitionem perdidit, in qua ipse spem suam maximè habuit, videlicet Castellum, nomine Argentii, quod Pado imminet, & omnes Padum transeuntes distringere potest.*

Constat insuper hoc eodem anno post Pascha ab eodem Urbano Pontifice Romæ fuisse Synodum celebratam, cui voluit interesse sanctum Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem, quem discedere properantem, ea de causâ Romæ Papa detinuit. De quo Edinerus, qui aderat, ista scribit:

*Finito (inquit) Concilio Barenfi, Romam cum Apostolico profecti sumus. Transactis autem aliquantis diebus, venit Romam Vvillumus ille, cuius in exitu Angliam memoriam fecimus. Inter alia hoc effecit apud Apostolicum, vt inducias Regi Angliæ daret vsque ad festum sancti Michaelis Archangeli. Quod Anselmus agnosens: illic Lugdunum redire volebat, sed prohibitus à Papa est propter Concilium, quod se tercia hebdomada Pascha Romæ habiturum staturat. Quæ autem constituta fuerint in Concilio, præterijt Edinerus, sed Vvillumus Malmesburiensis in historia rerum gestarum Pontificum Anglorum de his agens, sugillat Vrbani Papæ ac suos, quòd pecuniæ mercimonio inducias Regi concessisset vsque ad festum S. Michaelis Archangeli.*

Verum idem auctor meminisse debuit, à se paulò superior dictum, anno superiori in Concilio Barenfi, quod idem Vrbani Pontifex iam sententiam excommunicationis in Regem ibi laturus statim: intercessione sancti Anselmi, ne faceret, cohibitus esset. Accusari potuit tarditatis Vrbani, qui ab Anselmo auctore, ne in eum dicat sententiam, continetur? Quod si petenti Regi per nuntium inducias vsque ad festum sancti Michaelis Archangeli concessit Vrbani: potuitne vel istas ipse negasse, non dico Regi, sed cuilibet hominioni petenti, vt acturus causam Romæ, ex Angliam testes & testimonia perduceret, atque produceret, ex tanto terrarum spacio? An & vitio dari potuit summo Pontifici, aliquid indulsisse Regi, quem vidimus haud pridem à schismaticis defecisse, atque ad communicationem Vrbani Catholici Antistitis conuolasse? Vbi illud de Domino dictum, & repetitum (vt omittamus externa) *Arundinem conuassatam nõ confringet, & linum fumigans non extinguet, donec egerit ad victoriam iudicium: Vel illud Apostoli: Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. De qua dictum f: Sicut fremitus Leonis, ita & Regis ira.* Attamen declamatas esse per Lucensem Episcopum has inducias, ita idem Vvillumus enarrat:

*In Ecclesia S. Petri erat Concilium, ingens strepitus astantium, multus concursus venientium. Ideoq; cum decretum minus audirent, præcepit Papa Reingero Lucensi Episcopo, vt vocali sonoritæ cuncta enuntiaret in vulgus. Assurgit ille imperato muneris, nec clamor inceptus frustrabatur hiantem, sed etiam longè posteriorum pulsabat & penetrabat auditum. Multaq; parte decretorum edisfert, & repente quasi animo excussus, aliena, & quæ à negotio discedere videbantur, verba intulit; ista scilicet: Sed vae, quid faciemus? præceptis subditos oneramus, & auxilium à nobis querentibus nullum offerimus. Dolet hinc & conqueritur totus mundus, quòd caput omnium membrum suis non conqueritur. Ecce quidam inter nos modestè sedet & tacitè, cuius silentium clamor magnus est apud Deum, qui in secundo anno Apostolica Sedis vigorem operiens, de omnibus suis iniuste ablatiis, quid quaso excepit auxiliij?*

I.  
RES VRB.  
IN MELLO  
REM STA-  
TVM COL  
LOCATÆ.

Edin. in  
vit. S. An-  
selm. li. 2.  
apud Sur.  
iom. 2. die  
21. April.  
CONCIL.  
ROM. AD  
S. PETER.  
CVI IN-  
TEREVIT  
S. ANSEL-  
MVS.

II.  
EXCVSA-  
TVR VRB.  
PAPA.

d Mat. 18  
ex 15. 43

e Ephes. 6  
f Prou. 19

III.  
QVID  
PRO AN-  
SELMO  
LVCENS.  
EPISC.

Anselmus est, de quo dico, Archiepiscopus Angliæ. Hæc dicens, virga quam tenebat, graui ad paumentum illi sione indignitatem re exaggerare visus est. Hic Papa in eum tendens: Absiste, inquit, moueri, frater Reingeri: procurabitur huic rei correctio. At Reingerus sermore spiritus actus, cum dixisset: Ita expedit, aut: Iustum iudicem res non transibit, rursus interruptam seriem decretorum contexit. Horum dictorum stupor affectit Anselmum, cum sciret nec suorum, nec suis querelis Reingarium ad hæc commemoranda inductum fuisse. In hoc Concilio Papa cum omnibus sententiam excommunicationis vibravit in laicos inuestitores Ecclesiarum, & inuestitos à laicis, & in taliter inuestitos consecrantes, & in illos qui pro Ecclesiasticis honoribus laicorum homines sunt. Hæc de Concilio tunc in basilica Vaticana celebrato VVilhelmus, moxque de discessione Anselmi ab Vrbe narrationem aggreditur.

IV.

VRBANI ERGA ANSELMI OFFICIA.

Sed quibus tunc, diebus illis morarum in Vrbe Anselmi, Vrbanus Papa eum officijs ac beneficijs frequentaerit, sic accipere ab Edinero teste fideli, qui aderat illis fruens: Morati itaque Roma sumus ferme per dimidium annum, huius scilicet anni ferme sex mensibus, continuè circa Papam degentes, & quasi in commune viuentes. Vnde & ipse Papa nonnunquam ad Anselmum veniebat, latè cum eo sese agendo, & curiam ei faciendo. Dedit ei quoque hospitium, in quo conuersabatur eo ire, ut si aliquando Romam rediret, contra omnes homines illud sibi vendicaret. Ipse in conuentu nobilium, in processibus, semper & vbique à Papa Secundus erat, præ cunctis honorarijs, præ cunctis acceptis, & ipse omnibus simplici humilitate submissus. Præterea Angli illo tempore Romam venientes, pedes eius ad instar pedum Romani Pontificis sua oblatione honorare desiderabant, quibus ille nequaquam acquiescens, in secretiorem domus partem fugiebat, & eos pro talire nullo patiebatur ad se pacto accedere. Quod ubi Papa relatum est, admittit in homine humilitatem, mundique contemptum, iussit sese in se tenere, & nullum benefacere volentem prohibere, sed omnes pro tali causa aduentantes patienter admittere. At ille modesta quadam verecundia actus, iussa presecra postponeret, si non inobediencia nauo corrumpi meret.

V.

S. ANSELMUM VENERATI HOSTES.

Quid referam nonnullos ciues Vrbs, quorum ingens multitudo propter fidelitatem Imperatoris ipsi Papæ erat infesta, nonnunquam in vnum conglobatos, Anselmum à Lateranis ad sanctum Petrum euntem cum suis, propter odium Papæ capere volentes; sed mox vobis vultu eius terribis, procijs armis terra procumbere, & se illius benedictione deposcere insigniri? Hi honores, & horum similes vbique illum comitabantur, quia mores eius in cunctis Deo famulabantur. Hinc etiam erat, quod non facile à quocumque Romæ simplici homo, vel Archiepiscopus, sed quasi à proprio nomine, sanctus homo, vocabatur. Quicumque igitur ei seruirebamus, amori & honori cunctis eramus. Hæc Edinerus, pergens dicere de eius recessu ab Vrbe Lugdunum, ubi ad biennium quoque permanit, cum audita morte Regis est reuersus in Angliam. Sed hæc modò nobis fatis ad institutum.

VI.

VVilhelm. Malmeſbur. lib. 1. OBEDIEN DISVO FAMVLO AB VRB. S. ANSEL. MVS EX TORQVET IVSSIO. NEM. b Anselm. Episc. epist. 9.

Verùm quid ante recessum petierit ab Urbano, non prætereundum, sed in exemplum omnium Christianam modestiam profitentium, in tanti viri commendationem est enarrandum: Antequam ab Vrbe recederet, inquit, VVilhelmus in rebus gestis Pontificum à Anglorum, ipse Anselmus obedientia pertinax custos, cum Archiepiscopus libera potestatis esset, rogauit Papam Vrbanum, ut sibi aliquem proponeret, cuius iussis vitam d'sponderet. Is Edmerum (quem alij Edinereum vocant) exhibuit, cuius Anselmus tanti iussa faciebat, ut cum eum cubili locasset, non solum sine præcepto eius non surgeret, sed nec latus inuertet. Erat iste famulus eius à secretis, qui (ut dictum est) eius res gestas conscripsit. At his plane cõsentientia sunt, quæ idem ipse Anselmus rogatus scribit de seipso ad Falconem Episcopum Bellouacensem, cum excusaf se non teneri amore honoris & gloriæ in Archiepiscopatu, sicut apud quosdam in suspicionem adductus fuerat, post multa ista subiungens:

VII.

ANSELMI INGENS ANIMI MODESTIA.

Sciant ergo omnes, sicut mea conscientia mihi dicit coram Deo, quem inuocare testem mendacij nefas esse scio: quia non me rapit, aut alligat ad Archiepiscopatum Anglorum cupiditas alicuius rei, quam seruus Dei contemptor mundi contemere debet,

sed timor Dei me cogit pati, ut quamuis dolens & timens, ab Ecclesia Dei trahar. Et quia si mihi liceret, seruata obedientia & charitate, quas Deo debeo & Ecclesia eius matri meæ; propter eum potius ac libentius eligerem sub Abbate & regulari disciplina in monastica paupertate & humilitate esse, & obedire & seruire, quam regnare in hoc mundo seculariter, aut dominari, aut Archiepiscopatum siue Episcopatum possidere, vel Abbatiam, aut hominibus quibuslibet præesse ad animarum gubernationem, siue ad corporum sustentationem in magna terrarum & rerum terrenarum possessione & opulencia.

Quod ego ipse non imputo mihi ad tantum, quantum ad hoc, quia talem me scio, tam parum vtilem, tam parum fortem, parum strenuum, parum prudentem, parum iustum, ut potius mihi congruat & expediat subesse prelato quam præesse alijs; obedire, quam præcipere; seruire, quam dominari; ministrare quam ministrari. Cogor hæc de me cõfiteri, sed malo hæc simplicitate mea, ut puto, sine duplicitate dicere, quàm pati, ut alij homines peccent in me, aut malum exemplum sumant per ignorantiam & errorem suum de me, &c. At de S. Anselmo modò hæcenus: inferius nobis occurreret sæpè de præclaris eius actionibus agere. Iam verò quæ anni huius sunt reliqua, prosequamur. Conueniendi sunt nobis ipsi schismatici, eorumque opera pro palanda. Ita planè in via ista omnibus bonis, scilicet & malis, vñu communi contigit, vt occurramus.

Quod enim mali æmulatione honorum, quæ ab ipsis piè sancteque fieri vident, facere æque nitantur, ne quid minus ab ipsis habere virium & facultatis cessando demonstrent: cum scirent per Catholicos assidue cogi Concilia, legitimosque agitari conuentus ipsa quoque æmula factio schismaticorum cogit Romæ suos, non ad Concilium, sed conciliabulum & conuenticulum celebrat, at nequaquam in Spiritu sancto legitime congregatum. Imitari possunt & vesperæ apes, & faum & ipsa fabricant, sed repleti ipsum melle non æque præstare valent, cum extra Catholicæ Ecclesiæ aluearium vnà conueniant. Qui igitur gregarij erant pseudopontificis Cardinales Romæ, conueniunt aduersus Catholicos, contra quos synodalem constant epistolam, quæ ad calcem commentarij Bennonis vnus ex illis extra cardinem Cardinalis, his verbis scripta legitur:

Adalbertus Episcopus sanctæ Rufinæ Siluacandidæ, Ioannes Episcopus Ostiensis, Hugo Episcopus Prænestrinus, Albertus Episcopus Nepesinus, Benno Cardinalis presbyter Vrbs Rome, Romanus Cardinalis presbyter Vrbs Rome, Gu do Cardinalis presbyter Vrbs Rome, Octavianus Cardinalis presbyter designatus, Paulus Primicerius Romana Ecclesiæ, Nicolaus electus Abbas sancti Siluestri Vrbs Rome, N. Abbas sancti Pancratij Vrbs Rome, & Clerus, & clarissimi Principes laici Theobaldus Chenebij, & Vdalricus de S. Eustathio, & Populus Romanus, omnibus Deum timentibus, & salutem Romana Republicæ diligentibus. Vidisti ex titulo acephalum conuenticulum, carens capite conciliabulum: Guilbertus enim (vt audisti anni huius exordio) in Longobardia commorabatur ipsorum auctor pseudopontifex. Epistola sic se habet.

Nolumus ignorare prudentiam vestram, quod ad destruendas hereses, nouiter ab Hildebrando inuentas, & antiquas sub nomine pietatis impiè ab ipso renouatas, & ad defensionem Fidei Catholicae, & ad exterminandam impietatem eorum, qui nouiter ipsam Fidem Catholicam (quantum in ipsis erat) scindere non timuerunt, Deo auctore, Nonis . . . apud sanctum Blasium conuenimus, octauo Idus apud sanctum Celsum, septimo Idus apud sanctam Mariam in Ecclesia qua vocatur Rotunda, confedimus, ipsas hereses damnatas, sicut maiores nostri, & nos damnamus omnes sectatores, communicatores, complices semel damnata prauitatis pari sorte censemus, ne si vel paululum taceamus, consentire videamur. Eos verò qui auctoribus eorum communicant, data securitate liberè veniendi & abeundi vocamus, vt per maiores suos dominum Rainerium & Iohannem Burgundionem causam suam agant, ad monemus: securitatem integram, in quantum possumus, vsque ad festum omnium sanctorum proponimus; etiam cum in causa sua defecerint, neminem circumuenientes, nullius sanguinè, sed omnium vitam & honorè sitientes, nec seditiones in populo commouentes. De causa enim sua diffidere videtur, quisquis

VIII.

IX.

CONCILIABULVM SCHISMATICO RYMO ROMÆ HABITVM.

X.

EPIST. SCHISMATICORVM.

XI.

auktor est seditionis. Pacem vero & dilectionem sinceram proponimus omnibus, pacem, & veritatem, & vnitatem Catholicae Ecclesiae amplectentibus, ut simus filij Patris nostri qui in caelis est. Qui enim ex patre diaboli sunt, opera patris sui faciunt, conspirationibus, seditionibus, & cuius filij sint, manifeste ostendunt. Nos vero illius discipuli esse desideramus, cuius doctrina etiam inimicis sane est intelligenda. Orent pro nobis Ecclesiae filij, ut crescat sermo Domini, &c. Data Roma contra schismaticos in sacro conuentu anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo octauo, Indictione sexta, septimo Idus Augusti.

XII.

His litteris vocati sunt. Declinarunt autem audientiam schismatici per sexdecim annos, per obsides potentes & clarissimos, et si per sacramenta inuitati, ne caperentur suis mendacijs, ne suis libellis conuincerentur, quibus auctores eorum corruperunt terram haeresibus varijs, longè latèque disseminatis per apostolos multiplicis erroris. Sacer etiam conuentus toties deprehensa eorum astutia, in conspectu Ecclesiae, coram multitudine Romanorum ait: Eos qui sanctam Ecclesiam scindere non timuerunt, iterum vocamus ad Synodum, quam Deo auctore, celebrare disposuimus circa Kalendas Nouembris. In praesenti tamen, quia venire renuunt, testes inuocamus contra eos caelum & terram, quod nullum consensum adhibebimus eorum peruersitati. Et in testimonium illius in medio Ecclesiae, in conspectu Angelorum & hominum incendio tradimus decreta eorum haeretica, quibus orbem terra peruerterunt, verbum Dei adulterantes, sub ementito colore pietatis querentes plus se quam Fidem Catholicam amari. Qui per sexdecim annos nullum dederunt locum veritati, fugientes lucem examinationis, tenebris errorum assueti, falsis expositionibus violentè intorquentes Scripturas in adiumentum nefandissimi schismatis.

XIII.

Hildebrandus in extremis suis vocauit ad se vnum de Cardinalibus duodecim, quem multum diligebat praeter ceteris, & confessus est omnipotenti Deo, & toti Ecclesiae, se valde peccasse in pastoralis cura, quae ei ad regendum erat commissa. Atque hunc confessorum suum misit ad Imperatorem, & ad totam Ecclesiam, ut optarent illi veniam. Hucusque facta pseudo synodi apud Benneonem in vita Gregorij Papae Septimi edita, quorum partem postremam, de Gregorij Papae poenitentia tempore mortis, iam saepe superius apertissimis demonstrationibus confutatam audisti, ut non sit opus, eandem rursus erroris conuincere.

XIV.

Inter haec autem cum prospera nuntiarentur de Orientali expeditione, visum est Urbano Papae Apostolicum Legatum in partes illas decernere. De qua legatione habet ista Bertholdus horum inspector hoc anno: Dominus Papa ad eandem multitudinem suam legationem direxit, videlicet venerabilem Theobertum Pisanae Ecclesiae Archiepiscopum, qui & illis in omnibus Apostolica vice adesset, & Ecclesias in locis, vnde Pagani expulsi sunt, instauraret. Sed Constantinopolitanus Rex huic dispositionis impedimento fuit, qui se omnimodè a nostrorum adiutorio subtraxit. Nam ciuitates illas, quas nostris de manibus eripuerunt, ille penitus incendio deuastare, & Paganis reddere non timuit, iterque Hierosolymitanum per suam potestatem omnibus peregrinis omnimodè prohibuit. Haec ipse. Post Nicæam vero captam has reperimus cufas iam datas litteras à Boamundo:

XV.

Boamundus Rogerio Northmanno fratri. Posteaquam Nicæam urbem per deditioem accepimus, copia comuectus inopia in duo diuisa sunt: erat inde nobis iter per inculta, & deserta loca: demum cum ad flumen quoddam deuenissemus, oportunitate loci aquari, & instaurari exercitu cepit. Vix datum fuerat momentum temporis quieti, cum Sarraceni vnà cum Solimanno Principe innumerabilibus copijs castra inuadunt. Pugnatum est aliquantisper nostro aliquo incommodo, cum Godefredus, & Hugo Bolionij fratres quadraginta millibus equitum opem tulerunt. Magna cadis edita est hostium: videre erat strues, & montes Sarracenorū, qui maxima ex parte deleti sunt. Fuere in castris hostium Medi, Syri, Chaldaei, Turca, Sarraceni, Arabes, quorum spiritus compressi sunt. Nos hac satis insigni victoria futurum speramus, ut Christianorum armis omnia cedant. Tancredus filius plurimam tibi salutem dicit in castris. Edita est epistola inter cufas litteras Principum.

Porrò non Nicæa tantum, & plures aliae ciuitates captae sunt à Christianis Occidentalibus aduersus Turcas bellantibus, sed hoc ipso anno Antiochia in Syria capta est die tertia mensis Iunij. Quomodo autem ista contigerint, a Tyrium consule. Sed & quoniam pacto ijdem, qui vrbe illa potiti sunt, ab hostium immensa multitudine obsessi, fame ac morbo consumpti, inuentione lanceae illius, quae Christi latus perforauit, animosiores effecti, in hostes irrumpentes, ingenti sunt potiti victoria, idem pluribus narrat: quod factum affirmat hoc anno vigesimo octauo die mensis eiusdem Iunij. Sed & quomodo alij Syriae ciuitatibus sint potiti, & plures sint consecuti victorias, eundem copiosissimè res gestas prosequentem adeas, istorum nobis tantum meminisse, eademque certa nota temporis consignasse pro instituto, sat erit.

Hoc ipso anno, Sedis Apostolicae auctoritate iacta sunt prima fundamenta Cisterciensis ordinis, ex quo tanquam è fonte riuus vniuersum Occidentalem orbem dominis caelestibus irrigarunt: cum construendi monasterij Cisterciensis sanctus Robertus Abbas Molisimensis monasterij, quod situm est in Episcopatu Lingoniensi, auctor extitit, qui vnà cum viginti duobus suis monachis illuc profectus habitauit: sed ubi ipse redire coactus est ad suos Molisimenses, Albericum illis praepositum Abbatem reliquit: cui defuncto successit Stephanus, omnes viri sanctissimi, sub quibus Cistercium monachorum sanctorum frequentia mirificè est propagatum. Quod totum factum Sedis Apostolicae auctoritate, hoc ipso anno, Legato Apostolico annuente, & adiuuante, Siebertus ita testatur his verbis: Hoc igitur anno ab Incarnatione, scilicet Domini millesimo nonagesimo octauo venerabilis Hugonis Lugdunensis Ecclesiae Archiepiscopi Sedis Apostolica tunc Legati, & religiosi viri VValterij Cabillonensis Episcopi licentia & assensu, nec non & clarissimi principis Odonis Burgundiae Ducis freti consilio, auctoritate roborati, inuentam eremum in Abbatiam construere ceperunt, praefato Abbate Roberto ab illius diocesis Episcopo, videlicet Cabillonensi suscipiente curam, virgamque pastorem, ceteris sub ipso in eodem loco firmantibus stabilitatem. At verò post non multum temporis factum est, ut idem Abbas Robertus, requirentibus eum monachis Molisimensibus, Papa Urbani Secundi iussu, VValterij Cabillonensis Episcopi licentia & assensu Molisimum reduceretur, & Albericus vir religiosus & sanctus in ipsius loco substitueretur, hoc sanè inter vtramque Ecclesiam sequestro, pacis gratia, retento, & Apostolica auctoritate confirmato, ut ex eo iam tempore, neutra earum vtriuslibet monachum ad habitantem sine commendatione regulari susciperent. Quo facto nouum monasterium noui patris sollicitudine, & industria in breui, & non mediocriter, Deo cooperante, in sancta conuersione profecit, opinione claruit, rebus necessarijs creuit. Hucusque Siebertus. Sed ista locupletius in vita sancti Roberti b Abbatis narrantur.

XVI. CAPTA ANTOCHIA SYRIAE AB OCCIDENTALIVM EXERCITV.

a VII. Tyr. de bell. sac. lib. 5. c. 23. in fin. & lib. 6. c. 14 & 22.

XVII. ORIGO CISTERCIENSIVM INSTITVTI.

XVIII.

b Ext. apud Str. com. 2 die 29. April.

I E S V CHRISTI Annus 1099.

VRBANI II. PAP. HENRICI III. IMP. 16. Annus 12. ALEXII COMNENI IMP. 19.

ANNVS agitur salutis humanae millesimus vndecentesimus, Indictione septima, quo per difficilis controuersia agitur inter Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem Apostolicae Sedis Legatum, atque Iuonem Episcopum Carnotensem, cuius causa Urbanus Papa querelarum plenam ad eundem Iuonem epistolam scripsit. Quoniam quidem in ea pertractata est magni momenti controuersia par est, ut eam (quod aiunt) ab ovo exordiamur, atque primum tempora consignemus ex more. Praesentem quidem annum eius fuisse controuersiae certum tempus, ipse Iuo in vltima c epistola ad Urbanum Papam euidenter ostendit, dum septem numerat expletos annos à sua ad Carnotensem Episcopatum promotione in illum diem, dico illam esse vltimam ad Urbanum epistolam

I. DE GRAVI CONTROUERSIA INTER IUVONEM ET LEGATVM APOST. SEDIS.

c Iuo ep. 68

epistolam, quoniam illa in codice edito epistolarum Iuonis posita numero centesima decima sexta extrauagatur, nec suo loco collocata est: sed non sic in codice Vaticano, ubi inter epistolas ad Vrbanum ab Iuone scriptas ponitur ordine. Cum ergo ex his, quae superius dicta sunt constet, Iuonem creatum ab Vrbano Episcopum anno Redemptoris millesimo nonagesimo secundo, post illud praesignatum tempus si addes septem, hunc oportet intelligas annum conignatum esse. Haec de tempore.

Quod autem ad rem gestam pertinet, sic habeto. Mortuo Richerio Senonensi Archiepiscopo in die a Purificationis Mariae, electus est in locum ipsius Daiberus, & vt sequenti Dominica consecraretur, instabat Senonensis Ecclesia apud Iuonem, qui negans id fieri posse, nisi temporibus proximi ieiunij, facere distulit. Inter haec afferuntur litterae Legati consecrationem impediens, ad eundem Iuonem, quibus deberet impertire omnes comprouinciales Episcopos. His acceptis Iuo, quid de his sentiret Vrbanus Papa, explorandum putauit, data ad eum b epistola, in qua haec de Senonensi electo, quem consecrandum Legatus Apostolicus impediret: De Senonensi electo, cuius consecratio à Legato vestro Lugdunensi Archiepiscopo ob haec impeditur, quia ei iure primatus sui ante consecrationem suam obedientiam non proficitur: quid nobis agendum sit, & rescribat vestra paternitas. Cum enim nulla, aliquo accusante, alia causa praterenderetur, propter quam eius consecratio differretur, eo tamen iubente, propter reuerentiam vestram manus ab eius consecratione continuumus: cum de professione à Metropolitans primatibus facienda nihil legamus consuetudine firmatum, vel legibus institutum: vltra quas metas nihil concessum esse Primatibus, testatur Papa Nicolaus, tra scribens inter alia Radulpho Bituricensi Archiepiscopo: Primates vel Patriarchas nihil priuilegij habere praeter ceteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, definimus. Haec ad Vrbanum Papam Iuo Episcopus.

Ad Archiepiscopum autem Lugdunensem, qui haec exigeret nimis audaacter & importunè magno cum imperio, & cum Petri vteretur auctoritate, Petri tamen in memor doctrinae dicentis: c Neque vt dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo. Aculeatam satis scripsit epistolam, cum tamen eius parere mandato, discripido consecrationem electi, minimè pratermiserit. Reddenda hic est igitur Iuonis ad Legatum epistola, cuius causa Vrbanus Papa in eundem Iuonem est valdè commotus. Sic enim se habet: d

Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo, Sedis Apostolica Legato Iuo humilis Ecclesiae Carnontensis minister salutem & seruitium.

Factum est, vt imperastis, & manus à consecratione Senonensis electi continuumus, & litteras vestras per comprouinciales Episcopos pro Apostolica auctoritatis obedientia direximus. Petendo itaque consulimus, & consulendo petimus discretionem vestram, vt parcius de cetero nos Apostolicae obedientiae vinculis astringatis, ne humeris nostris importabilia imponendo, in obedientiam labi, prohibente aliqua impossibilitate, vel imperante aliqua necessitate, faciatis, quia facile est vobis, comminante arcu de longinquo pugnare: nobis autem nimis periculosum, aduersantem gladio de praesenti ferire. Nos tamen interdita seu mandata pro fidei defensione, pro Fidelium correctione, pro sceleratorum emendatione, pro imminentium vel futurorum malorum interdictione promulgata à Sede Apostolica sic volumus obseruare, vt parati simus, Deo cooperante, qualibet aduersa pro eorum defensione tolerare. Cum verò ea, quae indifferenter se habent, in quibus non obseruatis minimè salus periclitatur, vel obseruatis minimè iuuatur; tam obnixè seruanda sancitis, vel cum ea, quae antiquitas sanxit, consuetudo seruauit, & venerabilium auctoritas Patrum sacra firmavit, prout vultis, minuitis, aut mutatis: attendere debet prudentia vestra, quid saluti eorum, quibus per omnia prodesse debetis, conferatis: vel quorum institutio sit potius tenenda, vel quibus obedientia potius sit exhibenda, an illis sanctis Patribus, Romanis scilicet Pontificibus, qui adhuc nobis in scriptis suis loquuntur; an vobis, quibus nihil est aliud propositum, nisi priorum sequi & honorare vestigia.

Neque hac dico, quod contra nouos excessus non liceat noua

promulgare mandata; sed hoc dico, quod dicit Papa Zosimus Narbonensibus: Contra statuta Patrum concedere aliquid vel immutare, nec huus quidem Sedis potest auctoritas: apud nos enim inconuulsis radicibus viuunt antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam. In libro quoque Pontificum, qui dicitur Durmus, ita continetur de professione Romani Pontificis: Nihil de traditione, quam à probatissimis praedecessoribus meis traditam & seruata reperiri, diminueret vel mutare, aut aliquam nouitatem, admittere; sed feruenter vt eorum discipulus & sequipeda, totis mentis meae conatibus, quae tradita canonicè comperio obseruare, ac venerari proficitur. Beatus quoque Gregorius Mauro magistro pro causa Theodori: Graue nimis est, contra veterem usum sacerdotes sibi quidquam arripere. Item idem: Omnia quae usum antiquitatis statuit, intemerata seruentur. Inde Leo Quartus scribit Iudici Sardiniae: Nec mos, nec nouiter introducta consuetudo nostra Ecclesiae nostris praedecessoribus fuit, contra canonum statuta noua vel iniustata praesumere. Item Gregorius vniuersis Episcopis Numidiae: Consuetudinem, quae contra Fidem nihil vsurpare dignoscitur, innotam permanere concedimus, siue de Primatibus constituendis, siue de ceteris Capitulis. Item Leo Quartus Lothario: Quod iusta ac sedula consuetudo nos imitari non praecipit; ita ab hoc velut à magno praecipit nos custodire oportet. Nicolaus quoque inter cetera sic scribit Hincmaro Rheimensi Archiepiscopo: Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitus à Patribus suscepimus, insingipatiamur.

Gelasius quoque vniuersis Episcopis per Dardaniam de hac eadem re ita scribit: Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam Ecclesiarum iuram turbare, & priuilegia, quae Metropolitans vel comprouincialibus Episcopis decreuit antiquitas, auidè a praesumptione peruadere, non reuerentes, quoniam aeterno Iudicij rationem tam de Catholica sinceritatis iniuria, quam de traditionum praedecessoribus paternarum, non sine perpetuo damnationis interitu sint reddituri: si in hac obstinatione permanserint, charitatem vestram duximus instruendam, vt vos omnes in commune fratres per Dardaniam, siue per contiguam quamque prouinciam constituti, qui vos sub Metropolitans vestris esse meministis, & ab ipsis substitui decedentes, sicut vetus consuetudo deposcit, vniuersim studeatis Antistites: & vicissim si Metropolitans humana conditionis sorte recesserit, à comprouincialibus Episcopis, sicut vetus forma transmisi, sacriari modis omnibus constitutis. Cum ergo tam ista quam alia generalia instituta absolute consecrationem Metropolitans contineant: miramur, cur priuatis legibus, & nouis traditionibus veteres traditiones & consuetudines remouere contenditis, praecipiendo, vt Senonensis electus ante consecrationem suam vobis praesentetur, & iure primatus vestri subiectionem & obedientiam profiteatur. Quod haecenus nec in Senonensi prouincia, nec in alijs prouincijs antiquitas instituit, nec consuetudo seruauit.

Vnde Papa Nicolaus inter cetera sic scribit Radulpho Archiepiscopo Bituricensi, aliqua vltra ius sibi vsurpanti: Primates vel Patriarchas nihil priuilegij habere praeter ceteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca illis consuetudo contulit, ita definimus vt secundum regulas Nicanas sua priuilegia seruentur Ecclesis. Quod si priuilegio vestra legationis cum vobis contenditis praesentari, qui nec apud nos, nec apud vos ab aliquo est accusatus: non ita Papa Leo Anastasio instituit Thessalonicensi Episcopo vicario suo, sed vt tantum de nomine electi ad notitiam eius prouinciales referant sacerdotes: ipse autem nullis difficultatibus, nullis dilationibus iustas fatigaret electiones.

Quantum enim audiuimus, persona nobiliter nata, competenter erudita, boni testimonij inter notos, cum in Ecclesia sua diaconatus fungeretur officio, sine vlla dissonantia gratiam habuit electionem. Sed si his actionibus cederet, diceretur, munere lingua vel officij suam comparasse consecrationem. Haec Iuo de his, quae spectant ad iura male vsurpata per Archiepiscopum Lugdunensem, contra antiquam consuetudinem, atque sancita decreta Patrum, sanctorum Romanorum Pontificum, eò magis temerè agentem, cum ex priuilegijs concessis à Gregorio Papa Septimo Ecclesiae Lugdunensi, vt super quatuor prouincias primatum gereret, nempe su per Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem; nihil amplius tribuit ipsi, quam quod antiquitus ab alijs Romanis Pontificibus eidem concessum

PROFES- SIO SOLI- TA FIERE A ROM. PONT.

VI RELIN- QVENDA ECCLE- SII SVS PRIVIL.

VII.

VIII.

II. Id. epist. 63.

b Id. ep. 58 QVA PR. SVMAT LEGATVS CONTRA CONSVE TVDINEM

III. LEGATVS APVTI- VR AV- CTORITA TE. c I. Pet. 5.

d Iuo ep. 65

IV. QVA IVO AD LEGA TVM DE ANTIQV- TATE SER VANDA.

V.

<sup>a</sup> Greg. lib.  
<sup>b</sup> 6. epist. 34  
<sup>c</sup> Id. ep. 35

esset. Extat ipsum priuilegium inter eiusdem Gregorij a epistolas editum, & ipsum continens b epistola ab eodem data ad quatuor illarum prouinciarum Archiepiscopos.

At quæ eiusdem Iuonis epistolæ reliqua sunt, scabrofiora planè esse noscuntur, cum de inuestituris vetitis nimis abiectione loquatur, immò despectè multa ingerat, quæ nisi corrigerentur ab alijs eiusdem auctoris epistolis, famam suam, & nomen gloriosum, quod ex defensione Apostolicæ Sedis & Catholicæ veritatis sibi dignissimè comparauerat, in discrimen maximum adduxisset. Audi igitur quæ sint ista. Sic enim habet:

IX.  
DE INVESTITURIS  
QVÆ IVO.

Quod autem scripsisti, prædictum electum inuestituram Episcopatus de manu Regis accepisse: nec relatum nobis ab aliquo, qui vidit, nec cognitum. Quod tamen si factum esset, cum hoc nullam vim sacramenti gerat in constituendo Episcopo, vel admissum, vel ommissum, quid fidei, quid sacræ religioni officiat, ignoramus: Cum post canonicam electionem Reges ipsos Apostolica auctoritate à concessione Episcopatus prohibere minimè videamus. Legimus enim sanctæ recordationis summos Pontifices aliquando apud Reges pro electis Ecclesiarum, vt eis ab ipsis Regibus concederentur Episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse; aliorum, quia concessiones Regum nondum consecuti fuerant, consecrationes distulisse. Quorum exempla supposuissimus, nisi prolixitatem epistole vitassemus. Dominus quoque Papa Urbanus Reges tantum à corporali inuestitura excludit, quantum intelleximus, non ab electione, in quantum sunt caput populi, vel concessione, quamvis Octaua Synodus solum prohibebat eos interesse electioni, non concessioni.

X.

Quæ concessio siue fiat manu, siue nutu, siue lingua siue virga, quid refert? cum Reges nihil spirituale se dare intendant, sed tantum aut votis petentium annuere, aut villas Ecclesiasticas, & alia bona exteriora, quæ de munificentia Regum obtinent Ecclesia, ipsis electis concedere. Vnde Augustinus super Ioannem prima parte tractatu sexto: Quo iure defendis villas Ecclesie, diuino an humano? diuinum ius in scripturis habemus, humanum in legibus Regum: Vnde quisque quod possidet nonne iure humano? nam iure diuino, Domini est terra, & plenitudo eius: iure humano dicitur, hæc villa mea est, hæc domus mea est, hic seruus meus est. Tolle iura Imperatorum, quis audeat dicere, hæc villa mea est, meus est iste seruus, mea est ista domus? Item noli dicere: Quid mihi & Regi? Quid tibi ergo & possessio? per iura Regum possidentur possessiones. Dixisti: Quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura renuntiasti humana, quibus possessiones possidentur. Quod si hæc & æterna lege sancita essent non esset in manu præsentium, vt ea in quibusdam districtè iudicaret, in quibusdam misericorditer relaxarent, ipsis in honore accepto permanentibus, contra quos ista loquuntur. Nunc verò quia ea illicita maxime facit præsentium prohibitio, licitæ quoque eorundem pro sua estimatione remissio; videmus nullos, aut penè nullos, pro huiusmodi transgressione damnatos, plurimos autem vexatos, plurimas Ecclesias spoliatas, plurima scandala exorta, diuisum regnum & sacerdotium, sine quorum concordia res humana nec incolumes esse possunt, nec tutæ. Videmus quoque miseros Episcopos & Abbates, nec ruinis morum, nec murorū reficiendis velle vel posse vacare, solum ad hoc intentos, vt possint sibi aliquam linguam magniloquam amicam facere, cuius mundanis se possint vicunque defendere.

XI.

Multi quoque electi, qui gratuitam & canonicam habent electionem, quia huiusmodi dilationibus vel fatigationibus impediuntur, comparatis sibi pecunia mediatoribus & prolocutoribus ne turpem patiantur repulsam, in simoniacam offendunt aliquando consecrationem. Cum ergo omnis institutio Ecclesiasticarum legum ad salutem referenda sit animarum, istarum institutionum transgressiones, aut destructus essent corrigenda, vt saluti prodescent, aut interim silentio præmendane spiritualia vel temporalia commoda supra dictis modis impedirent. Hæc autem Iuonis, quod in deteriorem partem accepta nonnil videri poterant virus habere, ijs mox apponens antidotum, ista subiungit:

Non ista dico tanquam velim aduersus Sedem Apostolicam caput erigere, vel eius salutariibus dispositionibus obuiare, vel meliorum sententijs præiudicium facere, si viuus nitantur rationibus, & euidentioribus veterum Patrum auctoritatibus: sed hæc vellem

cum multis mecum presentibus, vt Romana Ecclesia ministri tanquam probati medici maioribus morbis sanandis intenderent, & non ab irrisoribus suis audirent: b Calicem excolantes, & camelum glutientes, mentam, rutam, cyminum, & anethum decematis; gravior autem legis prætermittitis, cum per totum penè mundum flagitia & facinora videamus publicè perpetrari, ne ea à vobis aliqua iustitie falce reseccari. Quorum exempla, quia vel à vobis non sunt remota, vel vobis non ignota, non est meum ea speciali sermone taxare. Vos videritis, quid de his, & similibus agere debeatis. Nunc verò specialiter ad hoc intendit stylus meus, vt electum Senonensis Ecclesie, si nihil in eo quod sacris canonibus obuiet, repertum fuerit: secundum morem antiquum consecrari permittatis.

Quia de tanto iure, quod habent Ecclesia nostra, nec volumus, nec debemus cedere, cum beatus dicat Cyprianus: Quam periculosum sit in diuinis rebus, vt quis cedat iure suo & potestate: c Scriptura sacra declarat, cum Esau primatum suos inde perdidit, nec recipere id postmodum potuerit, quod semel cecit. Quod si huic petitioni nostra acquieveritis: consecrati o omni studio persuadebimus, vt primatum Lugdunensis Ecclesie recognoscant, vobis sicut Primati suo deferat, & omnem debitam reuerentiam secundum traditiones Patrum exhibeat. Qui si acquiescere noluerit nostris persuasionibus, nos tamen ab his, quæ præcepit Apostolica Sedes, non recedemus. Si autem petitionibus nostris non acquieveritis, & aliquod schisma inde fuerit exortum contra votum nostrum: securè dicam: d Neque iniquitas mea, neque peccatum meum. Neque vos poteritis dicere vobis non fuisse prædictum. Audistis periculum imminens, vt non adeo mireris, si Iuonita commotus appareat. Qui tamen ruituram domum contemplatus, se in tutum recipit locum, dum se ab Apostolicæ Sedis iusionibus non recessurum aliquando, nuper, vt accepisti, consulto professus est. Ad postremum verò has in eum querelas ingerit:

De cetero præadam, à Puteaensibus in me, & in Carnotensem Ecclesiam factam iure possem à vobis repetere, si reuerentiam vestram in ius vocare possem, qui ad suggestionem amulorum meorum prædictos sacrilegos à me, & Coepiscopis meis communione priuatos, me nesciente, communioni reddidistis, ac per hoc scelorum suorum impunitate ad perpetranda maiora sacrilegia relaxastis. Quod vtrum faciendum fuerit, vel post factum, cognita veritate corrigendum: iudicet iustitia vestra, cum iusta vincula non soluat, nisi vera poenitentia. Si ad hæc omnia respondeat non licet, vel non placet, ad hæc saltem duo vltima respondeat sanctitas vestra. Bene vale.

Vidistis Lector, in quot quantaque discrimina minister improvidus coniecerit Ecclesie statum? Si enim quæ sua sunt e quærere, vt charitati Christianæ repugnans, verat Apostolus: Quomodo Apostolicæ Sedis Legatus, quæ sua non erant, cum tanta iactura Ecclesie Gallicanæ præsumpsit? Sed quoniam prudentia carnis & non Spiritus perperam facta à ministris defendi solcant ab eorum dominis, cum legibus diuinis atque humanis quemque peccantem pena consequi debeat, Urbanus Papa humani quid passus, his Iuonis acceptis litteris à Legato, vehementer in Iuonem ipsum commotus est, cuius iræ pondus ipse Iuo non ferens, eo desperationis adactus est, vt se ab Episcopatu abdicare statuerit, licentiamque id peragendi ab eodem Urbano petierit, has ad eum litteras scribens: f

Vrbano summo Pontifici Iuo minimus sanctitatis sue filius, misericordiam & iudicium.

Audiuī dulcedinem vestram in me amaricatam, serenitatem vestram aduersum me turbatam. Audiuī & conturbatus est venter meus, & ossa mea conturbata sunt. Et diligenter consului memoriam meam, quid dixerim, vnde mansuetudinem vestram exasperauerim. Nec occurrit mihi, nisi quod dixerunt quidam mihi, quasdam litteras me composuisse aduersus Romanam disceptantes Ecclesiam, quas miseram Legato vestro Lugdunensi Archiepiscopo pro causa Senonensis electi. Sed cum has apud me reperiens diligenter perlegissem: multa ibi pro Romana Ecclesia, nihil contra Romanam Ecclesiam in his scriptum intellexi, nisi quis fortè ad voluntatem Scriptoris non accedens, & vnam faciem castrorum eloquiorum non attendens, dicat (quod absit) authentica scripta sibi inuicem aduersari, & auctoritatem

<sup>a</sup> Matt. 23  
& Luc. 11

XII.

<sup>c</sup> Gen. 25  
IMMI-  
NENS  
SCHISMA  
CAVEN-  
DVM MO-  
NET.

<sup>d</sup> psal. 58.

XIII.

XIV.  
QVANTVM  
OB-  
SINT MI-  
NISTRI  
IMPRV-  
DENTES  
ECCLES.  
ROMAN.

<sup>e</sup> Rom. 8.

<sup>f</sup> Iuo. ep. 68

XV.

IVONIS  
POSTRE-  
MA EPI-  
STOLA  
AD VRBA-  
NUM PAP.



authoritate impugnari, cum multi a dissona ibi legantur, nisi suo modo intelligantur, & ad sententiam Scriptoris accommodentur.

XVI.

In his enim litteris, sicut mihi testis est conscientia mea, & ipsarum tenor litterarum, nihil aliud intendi, nisi quod propter crebras inuersiones ac murmuraciones aduersus Romanam Ecclesiam, quibus quotidie timunt aures meae, per dominum Archiepiscopum Lugdunensem, cui consilia vestra committitis, sollicitudinem vestram volui esse praeconitam, quatenus Conuicarijs vestris sic vestra decreta libraretis, vt Ecclesia non grauaretur, & eorundem transgressor sua sententia multaretur, alij se corrigendi exempli praeberetur, & fama vestra illibata seruetur. Hinc simplex oculus totum defendit corpus illarum litterarum. Sed quia domino Lugdunensi Archiepiscopo quadam sibi verba aduersa, secus quam vellet, sonuerunt, maxime de primatu Lugdunensi, postposita contemplatione Scriptoris, secundum quod tunc affectus fuit, participem vos sua amaritudinis fieri voluit. Liceat cuique dicere, quod sentit: Ego de me sentio, quod non est aliqua persona Transmontana, quae pro fidelitate vestra, pro asseritione praeceptorum vestrorum tot contumelias pertulerit, tot iniurias acceperit.

XVII.

IVO PETIT MISIONEW AB EPI SCOP.

Sed quia illa verba quacunque occasione animum vestrum exacerbauerint: non est meum aduersum vos intrare in iudicium. Malo enim Episcopatu renuntiare, quam iram vestram iustam vel iniustam sustinere. Haec satisfactio si placuerit vestrae paternitati, placet & mea paruitati. Hanc si placet, accipite: si plus placet, plus addite. Si desisto vestre esse seruus, non desistam vestre esse filius; & sicut expertus sum ante Episcopatum: plus potero prodesse in Ecclesia Dei exemplo priuatus, quam verbo Pralatus. Gratissimum enim mihi est nudum nudam Christi Crucem portare, vt in illo vberissimo & amplissimo praedio contendam, in quo amor paupertatis copiosus, amor diuitiarum facit erummosos. Ecce iam hoc transacto septennio vineam mihi circumissam pro posse meo excolui, stercorea etiam circumposui: fructum autem querebam, & non inueni.

XVIII.

Detur ergo mihi libertas octauo anno, vt hoc principium verae octauae aggrediar, vt possim mihi sabbathizare, dulces fructus contemplationis carpere, & octauae illius gaudia praebari. Quod si vestra permissione id modo non facio: necessitate tamen oportet id facere propter nouatas in me veteri de causa Regis inimicitias, & propter parochianos meos contemptores verbi Dei, qui promi sunt solis terrenis inhiare, nunquam autem parati sursum cor leuare, qui neque propter timorem Dei, neque propter ruborem temporalis excommunicationis, sacrilegia, quae peperant in Ecclesijs, volunt dimittere, nec iustitiam Dei recognoscere.

XIX.

DE PROMOTIONE TURPISIMI PVERI ADMONTIO.

Per portitorem ergo praesentium, quod vobis placet, mihi rescribite, & si petitioni meae acquiescitis; in vestra manu me retinete, ne possint me pseudoepiscopi pro libitu suo fatigare. De cetero quidquid de me fiat: obsecro vos per charitatem Christi, vt si Turonensis Archiepiscopus, vel aliquis Aurelianensis clericus pro electione pueri sui ad vos venerit: non ei aurē praebeatis. Cuius dotes vt vobis breuiter amplectar: persona est ignominiosa, & de inhonestas familiaritate Turonensis Archiepiscopi, & fratris eius defuncti, multorumque aliorum inhonestè viuentium, per vrbes Francia turpissimè diffamata. Quidam enim concubij sui appellantes eum Floram, multas rhythmicas cantilenas de eo composuerunt, quae à sedibus adolescentibus (sicut nostis miseriam terrae illius) per vrbes Francia in plateis & compitis cantantur, quas & ipse cantitare, & coram se cantitari non erubet. Harum vnam domino Lugdunensi in testimonium misi, quam cuidam eam cantanti violenter abstuli. Prouidendo itaque vestrae honestati & Ecclesiae vtilitati, nunquam eum consecrari permittatis, ne Ecclesiam Dei prostitulum publicum, & speluncam latronum faciatis. Sciatis etiam quia Turonensis Archiepiscopus contra interdictum Legati vestri in Natale Regi coronam imposuit, & vt iste Episcopus fieret, hanc mercedem promeruit. Et vt sciat is puerilem fuisse electionem, quidam etiam de eligentibus in natale innocentium in eligendo ita iocatus est.

Eligimus puerum, puerorum festa colentes, Non nostrum morem, sed Regi iussi sequentes.

Hucusque Iuonis epistola ad Vrbanum, eademque nouissima ex ijs, quae ab eodem ad ipsum sunt datae: intercedente enim hoc anno eiusdem Vrbanus obitu (vt in sine suo loco dicitur) scribendi rursus ad eum est occasio intercisa.

Extat, quam citat idem Iuo, epistola de turpitudine pueri electi in Aurelianensem Episcopum, inter eiusdem epistolas editas sexagesima septima ordine posita, in qua turpia dictu, horrenda cogitata, opere verò nefanda de Turonensi Archiepiscopo promouente, & promotore puero Aurelianensi, & Rege assentiente narrantur. Ibidemque de corona imposta Regi contra interdictum ipsius Vrbanus Papae ab ipso Turonensi Praefule, qui ab eo in praemium Aurelianensem Episcopatum acceperat pro puero illo probroso, mentio habetur. Obstitit autem Iuonem, ne impudicus ille puer eligeretur Ioannes nomine, Archidiaconus illius Ecclesiae, sed ordinaretur legitime Decanus, idem ipse in alia ad eundem Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum Legatum significat, in qua totius rei gesta narrantur historia, cuius etiam argumenti extant aliae eiusdem Iuonis epistolae. b

XX.

a Iuo epist. 122. b Id. ep. 64 119. c Id. 126 XXI.

Quod verò ad impositionem coronae Regi factam in die Natalis Domini pertinet, scias idem ipsum postea etiam praesumptu anno sequenti in die Pentecostes ab alijs Episcopis, vt eiusdem Iuonis alia littera docent, de quibus suo loco dicendum. Ad proptrem, ne qua suspicio praeruaricationis ex recitatis litteris Iuonis ad Hugonem Legatum, quibus inuestiturarum prohibitionem incesit, in legentis animum aliquo modo irrepere possit: sequenti Tomo suo loco ponenda erit alia eiusdem Iuonis sub Paschalis Papae naufragio data epistola, d qua docetur quantum Iuo ipse fuerit asserter & praedicator decretorum Gregorij & Vrbanus, prohibentium inuestituras.

c Id. ep. 34 d Id. epist. 255.

Praeter haec autem idem Hugo Sedis Apostolicae Legatus, alia quoque occasione in se prouocauit Iuonem & alios Episcopos prouincia Senonensis, dum electum Niuernensem Episcopum absque aliqua necessitate conferendum extra prouinciam Augustodunum vocauit praeter omnem antiquum morem, omnemque Ecclesiae Catholicae consuetudinem.

HVGONIS LEGATI QUANTA CONATVS IN EPISC SENON. PROVIN CIA XXII.

Ad quem cohibendum idem Iuo egregiam planè epistolam scripsit, & inter alia de comprimendo Apostolicae legationis fastu haec habet: e Licet enim prudentia vestra velit, & debeat ministerium suum honorare; remissum tamen debet, quia cum Petrus Paulus esset praelatus, dederunt tamen sibi iuicem dexteras societatis, vt alter in gentibus, alter in Circumcisione predicaret. Attendant ergo discretio vestra, virum hoc fieri liceat: & si liceat, vtrum expediat; ne forte odisse & detestare incipiant iugum vestrum, quos vultis habere subiectos, dum hoc exemplo suo intellexerint esse iure priuandos, &c. Idemque impetum aduersus Bellovacensem electum importune nimis idem Legatus exercuit, prout idem Iuo in alijs ad eum datis litteris docet. f

e Iuo ep. 60 f Id. epist. 60 c. 106 XXIII.

Haec in Gallijs, quanam autem Romae reliquae fuerint eiusdem Pontificis res gestae ad obitum vsque, eius temporis scriptor Bertholdus, incipiens annum à Natiuitate Domini, sic aggreditur enarrare: Hoc anno millesimo nonagesimo nono dominus Papa Natale Domini Romae cum magna pace celebravit: nam & castellum sancti Angeli cum alijs munitioibus in sua potestate detinuit, omnesque emulos suos in ciuitate cum Dei adiutorio satis viriliter, aut placuit, aut vi perdomuit. Synodum quoque suam in tertia hebdomade Romae celebrandam post Pascha, missis litteris vsquequaque, denuntiavit. Haec de Synodi Indictione, de celebratione autem ipsius ita inferius:

RES GESTAE VRB. PAP. AN NIHLVS.

Romae dominus Papa generalem Synodum centum quinquaginta Episcoporum, Abbatum, & clericorum innumerabilium tertia hebdomada post Pascha collegit, in qua Synodo confirmatis suorum antecessorum statutis, etiam sententiam anathematis super Guibertum haereticum, & omnes eius complices iterauit. Stetit quoque ibi, ne communicare praesumerent ijs, qui concubinas haberent, nisi prius eas dimitterent. De Hierosolymis autem itinere multum rogauit vt irent, & fratribus suis laborantibus succurrerent. Hucusque de Concilio Romano Bertholdus.

CONCIL. ROM. SVB VRB. PAP.

Idemque & inferius, hoc quoque anno, quarto Kal. Augusti eundem Vrbanum Papam esse defunctum affirmat, rebus iam sedatis, munitioibus vendicatis, Romanis omnibus sibi conciliatis, paceque diu exule restituta,

XXIV. OBITVS VRB. PA P. II.

ipsaq; Ecclesia Catholica in itatum tranquillioem vendicata. Cum igitur sedisset annos vndecim, menses quatuor, dies decem & octo, S. R. E. Pontificatu bene perfuncto, vltimum spiritum Deo reddidit dicta die, in edibus Petri Leonis, apud S. Nicolaum in carcere Tulliano politis. Ab eodem enim nobilissimo Romano ciue hospitio semper exceptum, cum tot tantisq; premeretur angustijs defensumq; in insula Tiberina inter duos pontes in eodem Vaticano codice legitur, in quo vita ipsius, vt audisti, describitur ab eius temporis auctore: vbi etiam asseritur, corpus eius per Transiberinam regionem fuisse delatum in basilicam Vaticanam, atque ibidem honorifice sepultum.

XXV.

Porrò de obitus tempore, eiusque laudibus Domnizo in Mathilde instar epitaphij sepulchralis habet hos versus musa rudi, vt ætas illa ferebat, ex quibus tusensum potius, quam verba capies, sic se habent:

*Non erat hic Rector tremulus quasi cannula vento,  
Sed veluti ferrum truncabat noxia verbo.  
Vt ceruum serpens, hæresum sic turba timet quem:  
Cuncta sibi praua subduntur dogmata falsa.  
Nunquam decreuit libertas denique Sedis  
Romana per eum, sanctum per amat quia Petrum  
Aureus Antistes, color optimus exitit ipse  
Scilicet Urbanus, Sanctis meritis sociatus.  
Talem vè Roma cum perdidit Vpilonem.  
Mortuus est Roma, digno conditus honore,  
Iulius ipse dies binos cum dat prope finem,  
Anno milleno nonagenoque noueno*

XXVI.

A nato celso de prima Virgine Verbo. Hucusque Domnizo. Sed non prætereat, quod ad triumphum pertinet Urbani Papæ, nimirum eodem tempore contrigisse capi Hierosolymam ciuitatem ab exercitu Christiano sub Godofredo Duce, cuius sanctæ expeditionis (vt vidisti) idem Urbanus promotor fuit. Sic igitur in cælo meruit sanctissimus triumphare, cui non erat in terris par laboribus honor. Res gestas memoria dignas omni scriptorum genere illustratas, & ab eorundem temporum auctoribus fidelissimis cuiuslibet propemodum nationis monumentis perpetuis consignatas, adeo constat esse vulgatas, vt non indigeant stylo nostro. Tu autem Lector, si ista cupis, habes a VVillelmo Tyri Archiepiscopo, qui colligens in vnum volumen plura diuerforum volumina, ista locupletius fide sincera pertractat.

a VII.  
Tyr. de  
bell. sac.  
lib. 8. c. 1.  
vsque ad 3

XXVII.  
DE VRB.  
PAP. EPI.  
STOLIS  
DECRE.  
TAL.

At verò antequam præsentem Tomum cum Urbano claudamus, quæ in manus nostras deuenerint scriptorum eiusdem Pontificis, hic describamus. Cuius quot apices, tot gemmas existimamus: perijisse autem epistolarum Registrum, doluimus. Apud Anselmum Lucensem in volumine, quod magno labore collegit ex Conciliorum canonicis atque decretis summorum Pontificum, nonnulla reperies. Sed & Iuo pariter Carnotensis Episcopus, qui item his temporibus doctrina clarus enituit, nonnulla etiam ex epistolis eiusdem Urbani Papæ accepit, atque in Corpus canonum, quod elaborauit, inferens, suis locis aptè disposuit. Nouissimè verò Gratianus id ipsum abundantius præstitit. Quæ cum iam edita habeantur, haud nobis laborandum, vt hic singula describantur. Illa verò hic integra est reddenda eiusdem Pontificis decretalis epistola, quæ data habetur Præposito sancti \* Iuuentij Papiensis ciuitatis, quam necdum cusam reperimus. Extat enim ipsa apud Anselmum Lucensem, cuius librum collectionis canonum adhuc scriptum tantum, nondum editum scimus, qui & incrementum ab aliquo huius temporis Scriptore accepisse videtur. Etenim quæ ex Urbano Papa desumpta decreta continet, oportet ab aliquo esse addita: siquidem ipsum ante Urbanum Papam esse defunctum, superius satis est demonstratum. Porrò quam etiam apud Gratianum diuersis in locis sub diuersis titulis per fragmenta positâ habes epistolam, hic vt scripta fuit, simul integram leges, quæ sic se habet:

VRB. DI.  
VERS. A  
EMISTO  
L. A.

\* al. Inuentij.

XXVIII

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Lucio Præposito Ecclesie S. Iuuentij apud Ticinum salutem & Apostolicam benedictionem.

Saluator prædicit in Euangelio circa finem sæculi pseudochristos, & pseudoprophetas surgere, & multos seducere; & Fideles suos in mundo multas habituros pressuras; sed tamen portas inferi aduersus Ecclesiam non preualituras. Proin quia, vt ait Apostolus, oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant; oportet nos cum Prophetâ ex aduerso ascendere, & murum opponere pro domo Israel, cum eodem Apostolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei. Vnde non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Igitur quia innotuisti nobis, quod tibi obijcitur, Vtrum vendere Ecclesiasticam rem, simoniacum esse, patenter colligitur ex hoc, quod beatus Petrus Apostolus ait Simoni: *b* Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecuniam possideri. Donum quippe Dei est Spiritus sanctus, donum Dei est res ipsius Ecclesie oblata. Et si bene aduertis, Simon magus, qui sic ad fidem accessit, non Spiritum sanctum, propter Spiritum sanctum, quod ipse indignus erat (quonia vt scriptum est: *c* Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum) sed id eod. quantum in ipso erat, emere voluit, vt ex venditione signorum, quæ per eundem fiebant, multiplicatam pecuniam, quam obtulerat, lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritus sancti, quam bene nouerat fieri non posse, sed ambitionem talis questus, id est, auaritiam, quod est idolorum seruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo perculit.

VRB. EPIST. DE CRETALIS.

b Act. 8.

c Sap. 1.

XXIX.

Quisquis itaque res Ecclesiasticas, quæ Dei dona sunt, quoniam à Deo Fidelibus, & à Fidelibus Deo donantur, quæq; ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter sua lucrare vendit, vel emit: cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat. Ideo, qui easdem res non ad hoc, ad quod institutæ sunt; sed ad propria lucra, munere lingua, vel indebiti obsequij, vel pecunia largitur, vel adipiscitur, simoniacus est: cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecunia auaritia, id est, idololatria, vt ait Apostolus Paulus. Alioquin cur Synodus Chalcedonenfis sexcentorum triginta Episcoporum, procuratorem, vel defensorem Ecclesie, vel quenquam regulæ subiectum, ad eam per pecuniam ordinari prohibet, vt interuentores quoq; tanti sceleris anathematice, nisi quod eosdem simoniacos iudicat? Quod si præfati milites Ecclesie ob huius scelus taliter percelluntur: nemo sapiens negabit non militantes Ecclesie multò damnabilius hanc ob causam, id est, venditionis vel emptionis debere percelli.

XXX.  
\* Pasch. Primus.

Sed & beatus prædecessor noster \* Paschalis de consecratione, & de rebus, quæ proueniunt ex consecratione, affirmat, quod quæ si alterum eorum vendit sine quo alterum habere non potest, neutrum non venditū derelinquit. Ac per hoc eum, qui rem Ecclesie vendit, vel emit, simoniacum intelligit. In nomine verò Procuratoris intelligit præfata Synodus quemlibet Ecclesiasticarum rerum administratorem, vt verbi gratia Præpositum, Oeconomum, Vice-dominum: Defensoris nomine Aduocatam suæ Castaldum, & Iudicem: In subiecto regulæ Archiepiscoporum, Archidiaconum, canonicum, monachum, vel quemlibet Ecclesiastico mancipatum officio. Quod verò Spiritum sanctum, quantum in se est, vendat, vel emit, qui Præposituram vel huiusmodi vendit, vel emit, audi Augustinum super Ioannem: O quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circumit ergo aliquis emere columbam? vnusquisq; propositum suum laudat, quod vendit, &c.

XXXI.

Eccle venerabilis Augustinus de Propositura distractione agens, in nomine columba sancta Spiritus venditionem vel emptionem accipit, sicut & omnes huius Euangelici capituli tractatores. Pensandum verò est, quæ pœna mulcentur, qui iam Deo, & Ecclesie suæ oblatam vendunt, vel emunt, si cum flagellis à Dei templo eiectioni sunt, qui quæ Deo erant offerenda vendebant, vel emebant. Si de offerendorum venditoribus, vel emptoribus dictum est: *d* Vos fecistis domum Patris mei domum negotiationis, & speluncam latronum: quid dicetur iam de Ecclesie oblatorum venditoribus, vel emptoribus? Et ne quis in sanus obijciat, merito hos Dominum tam acerbè vindicasse, quia tunc illa in Dei templo, Ecclesiastica verò res modò extra templum distrahantur: attendat super his Augustini non determinantem locum venditionis, vel emptionis propositorum, sed tantum indefinitè dicentem: Circumit aliquis emere columbam: vnusquisque propositum suum laudat, quod vendit, non adijciens in templo, vel extra templum. Hæc contra venditores, vel emptores sacrarum rerum.

d Ioan. 2

XXXII.

a Act. 5.

b Matt. 5.

c 11. q. 3. c. 93.

XXXIII d 6. dist. 32 e. 6. in add

Greg. VII li. 2. ep. 45

XXXIV

† nisi in casu necessitatis: qui a præciso accepit sacramentum extra casum necessitatis peccat, non item qui a malo. Th. p. 3. q. 6. art. 6. ad 2. & q. 67 art. 1. f. 1 Reg. 15 XXXV.

Ad hoc verò, quod in epistola tua sequitur, id est, Vtrum obedire tentantibus ad mortem nefas sit, & circa finem eiusdem epistola hoc idem iterum inculcatur: illud beati Petri respondemus: a Obedire Deo oportet magis quam hominibus: In quo exemplo notandum est, hominibus interdum obedire debere, sed magis Deo: hominibus quidem in his, que contra fidem & religionem non sunt. Quoniam ciues Hierusalem legimus Babylonis ciuibus militasse, vt sanctum Ioseph, & socios Danielis: quorum primus stuprum domina, sequentes verò idololatriam perhorrentes, rem publicam & alienigenarum Principum strenuè gubernauerunt. Et in Euangelio habes: Cum eo qui angariauerit vno miliario, alia duo ambulare debere: & reddere que sunt Cesaris Cesari, & que sunt Dei Deo. Item Hieronymus super epistola ad Philippenses. Si dominus ea iubet, que non sunt aduersa Scripturis sanctis, subiiciatur domino seruus: si verò contraria præcipit, magis obediatur spiritui, quam corporis domino. & infra: Si bonum est, quod præcipit Imperator, iubentes exequere voluntatem; si malum, responde: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

Ad hoc verò, d quod subiungitur in eadem epistola, id est, Vtrum sit vtendum ordinationibus & reliquis sacramentis, à criminosis exhibitis, vt ab adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel huiusmodi: ad hoc, inquam, ita respondemus: Si schismate, vel heresi ab Ecclesia non separantur, eorundem ordinationes, & reliqua sacramenta sancta, & veneranda non negamus, sequentes beatum Augustinū, qui super Ioannē de huiusmodi tam copiose, quam veraciter disseruit. At enim: Baptizet seruus bonus, siue seruus malus, non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari non ab eo qui sibi tenet baptizandi potestatem, & paulò post: Non horreat columba ministerium malorū, respiciat Domini potestatem. Si fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur, sed per illum Christi sacramentū non contaminatur. Quod per illum fluit, purum est, quod per illum transit, liquidum est. Item: spiritualis verò virtus sacramenti ita est vt lux, qua & ab illuminandis pura excipitur, & si per immunda transeat, non inquinatur. Quos baptizat ebriosus, quos baptizat homicida, quos baptizat adulter, CHRISTVS baptizat, & cetera huiusmodi. Attamen decessores nostri Nicolaus & Gregorius à Missis sacerdotum, quos tales reuera esse constiterit, Fideles abstinere decreuerunt, vt & peccandi licentiā ceteris auferrent, & huiusmodi ad digna poenitentia lamenta reuocarent. Scribit hoc prædecessor noster Gregorius Rudolpho & Bertholdo Ducibus inter cetera: Officium simoniacorum, & in fornicatione iacentium scientes nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales sanctis deseruire mysterijs vi, si oportuerit, prohibeatis, &c.

Porro ad hæc, que tibi syllogisticè in eadem epistola obijciuntur, id est, si corpus & sanguis CHRISTI non sunt, & alia que prædiximus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obsunt; quod si habent, cur spernuntur, scilicet ab indigno præsumuntur? Ad hæc, inquam, ita respondemus: Proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas; sed agentibus, vel suscipientibus eadem sacramenta contra præfatorum Pontificum instituta, nisi forte sola morte interueniente, vitòtè ne sine baptismate, vel communionem quilibet humanis rebus excedat: eis, inquam, in tantum obsunt, vt veri idololatra sint, cum talibus & ordinationum & sacramentorum consecratio, & aliter quam præmissum est, scienter susceptio vehementer à sanctis canonibus prohibeatur. Ait namque Samuel Propheta: f Quoniam peccatum ariolandi est repugnare; & quasi scelus idololatria nolle acquiescere. Hæc de malis Catholicis, qui intra Ecclesiam sunt. Ceterum schismaticorum & hereticorum sacramenta, quoniam extra Ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, Hieronymi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere præstentur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati per manus impositionem ad Catholicam redierint vnitatem.

Sciendum verò est, quod canones Apostolorum, quorum auctoritate Orientalis, & ex parte Romana vititur Ecclesia, & insignis martyr Cyprianus, & LXXX. Episcopi, cum eodem baptismum hereticorum lauacrum diaboli appellent. Stephanus verò & Cornelius martyres & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in libro de baptismate eundem Cyprianum & præfatos Episcopos hanc ob causam vehementer redarguunt, affirmantes, baptismum siue ab heretico, siue schismatico Ecclesiastico more ce-

lebratum ratum esse, & merito, quia alia in baptismo, & alia in reliquis sacramentis consideratio est; quippe cum & ordine prior, & necessarius sit: subitò enim morituro prius baptismate, quam Dominici corporis communionem vel alijs sacramentis consulitur: Et dum fortè Catholicus non inuenitur, satius est ab heretico baptismi sacramentum sumere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius, Siricius, Leo Anastasius, & Magnus Gregorius, & omnis Ecclesia Catholica. Et quoniam epistolaris breuitas propositis tibi questionibus fortasse non sufficit, eorundem temeritatem ad Sedem Apostolicam instruendam mitte, aut iuxta Apostolum veluti sana doctrina aduersarium post secundam & tertiam correctionem deuita. Tu verò esto fidelis vsq; ad mortem, pericipias coronam vitæ. Data Romæ.

Ex his autem illud inferitur, quod apud Gratianum apponitur illis verbis: Prohibetur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quia non sint vera quo ad formam & effectum; sed quia dum huiusmodi sacerdotes se à populo contemptos viderint, rubore verecundia facilius ad poenitentiam prouocentur. Porro eadem in diuersis orbis partibus agitata, & in controuersiam deducta, esse præscripto decreti Vrbanij Papæ correctâ definita fedè inueniantur. Est inter alia de his scripta epistola sancti h Anselmi Cantuariensis Episcopi ad VVilhelmum Abbatem, in qua eiusmodi Vrbanij Papæ decreti mentionem fecisse videtur his verbis: De presbyteris verò, qui se aperta reprobæ libidinis conuersatione Deo reprobabilis exhibent, omninò tenendum est, quod Apostolica prouidentia Ecclesiastico iustog, rigore constituit, nempe: nullatenus conuenit, vt irreuerenter astentur, vbi pertinaciter aperta & impudenti libidine scelerentes, Dei & Sanctorum prohibitionem condemnando, sacris altaribus deseruiunt, immò non deseruiunt, sed quantum ad ipsos, conciliant, non quo quis ea que tractant, contemenda, sed tractantes execratos existimet.

Vt qui Dei & Angelorum præsentiam non reuerentur, vel hominum detestatione repulsi sacra contaminare desistant. Nec vlatenus oportet, vt illi sint consortes de altari participantium, qui per immunditiam se faciunt exortes altari seruientium. Hucusque sanctus Anselmus. Sed & hæc ipsa rursus acritate reperies in Concilio Pictauiensi sub Paschali Papa anno sequenti celebrato, de quo suo loco Tomo sequenti pluribus dicendum erit.

Sed que sunt reliqua Vrbanij Papæ scriptorum videamus. Extat ad Alphanum Salernitanum Archiepiscopum eiusdem Pontificis data epistola, qua collatum illi Ecclesie priuilegium continetur, quam quidē eiusdem sancti Pontificis vltimum fuisse elogium satis apparet, cum data habeatur hoc anno decimotertio Kalendas Augusti, accepimus eam ex scripto codice bibliothecæ Cardinalis Sireleti, modo autem Cardinalis Columnæ, sed non integram, amputatis scilicet ijs que ad priuilegia spectare videbantur eius Ecclesiæ: que verò nos habuimus, sic se habent:

Vrbanus seruus seruorum Dei dilecto fratri Alphano Salernitano Episcopo, eiusque successoribus canonicè promouendis in perpetuum.

Singulare semper Sedis Apostolicæ prouilegiū claruit, subiectis sibi per orbem terrarum Ecclesijs & auctoritate disponere & benignitate clementius conseruare. Quibus autem superna maiestatis dignatio sue gratia pleniorē contulit largitatem, ipsi etiam conseruēt excellentiorem contribuere dignitatem. Vnde non immeritò existimamus, Salernitanam Ecclesiam amplioribus nostræ benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Dominus eximia sue benignitatis prærogatiua per misericordiam gratitū sublimauit. Ex nouissimis namq; terrarum sinibus B. Marthæ Euangelistæ corpus ad hanc deferri, apud hanc haberi, clementissimæ suæ dispositionis \* dignitate permisit. Cuius scilicet Apostolicæ quantitas in Deo & Ecclesia gloriæ excellentia, collatorum diuinitum munerum gratia cumulata demonstrat. Hic enim primus inter ceteros Euangelij scriberē inspiratiuē diuina exortus est: hic in diuini seminis fructu trium ordinum coronam centesimam reportauit, vt simul Apostolus, & Euangelistæ, & Martyr existeret. Adiecit ad hæc omnipotens Deus, vt eandem Ecclesiam gloriosorū martyrum Fortunati, Gaj, & Anthes triumphis simul & corporibus honoraret. Apposuit etiā tertij muneris claritatem.

Stit. 3.

XXXVI DE CONCVBINA RISSA CERDO TIBVS.

h Anf. ep. 8

XXXVII II.

VRE. PAP. VLTIMA LITTERÆ DATA AD ARCHIEP. SALERNITANVM.

XXXVIII III.

\* f. dignatione.

vt eam nostris temporibus Gregory Apostolica memoria Septimi Papam exilio, quam tumulo illustraret. Cuius quam egregia uita, quam praeclara doctrina, quam miranda constantia fuerit Romana Ecclesia praeclat, Occidens uniuersus agnoscit, tyrannorum pestinacia tolerat, & conculcata testatur. Hucusque in codice Sirleti.

XXXIX

Ad postremum, quod pertinet ad eiusdem Urbani Pontificis sepulturam, non praetermittamus, quod breuiter Manlius attigit in libro de antiquis monumentis Ecclesiae sancti Petri in Vaticano nimirum eiusdem Urbani Papae sepulturam satis pulchro schemate fuisse constructam in memoriam tanti Pontificis, ad eam de uniuersa sancta Ecclesia bene meriti, iuxta Oratorium Hadriani Papae primi in eadem basilica Vaticana, quam Fideles frequentantes, quisque intimo cordis affectu bene precaretur animae eius, & laudaret nomen eius; sicque eius vigens memoria semper aucto faenore benedictionum sit summa gloria ad posteros propagata.

XL.

Sed transferat se rursus oratio in Orientem in enarandis quae memoria digna post Hierosolymas expugnatas fieri contigerunt, & inter alia illud celebre de certitudine venerandae imaginis IESU Christi Redemptoris nostri Crucifixi schemate regio pictura antiquitus ad similitudinem eius expressae, curante id scilicet (vt vetus traditio delapsa ad posteros firmiter testabatur) Nicodemus nocturno Christi discipulo, prout didicit, & retulit inde pius valde vir Stephanus nomine, patria Lucanus, qui religionis causa vnà cum alijs anno superiori peregrinationem susceperat ad Terram sanctam, quam acceperat à Gregorio quodam Syro homine, eaque insigniter esse illustratam Lucanam in Tuscia ciuitatem, vbi haecenus religiosissimè conseruatur, apud quam & totius rei gesta historica antiquitus scripta seruantur. Cur autem regio cultu, non vt passus est nudus, idem Redemptor noster fuerit expressus, à pluribus quaeri scimus: quibus aliquando respondimus, id praestitum olim ab eo ad euacuandum scandalum Crucis, & illustrandam magis gloriam Christi, vt quem inter latrones audierint Crucifixum, scirent reuera fuisse Regem Iudaeorum vnctum à Deo, a eundemque Regem b Regum ac Dominum dominantium; ita, inquam, IESVM Christum Crucifixum Iudeis scandalum, Gentibus stultitiam, ea de causa pietas Nicodemi effigandum curauit, & non honestatis causa tantum. Nam qui eius rationem habendam censuerunt, ipsum Dominum nostrum Redemptorem indutum solum interula siue indusio Crucifixum, siue sculptura siue pictura repraesentare consueuerunt. Sed de his alias nos dixisse meminimus. Stet ergo veneranda sacrosancta Imago Christi Regis in Cruce pendens aduersus infelicissimos Iconoclastas semper loquens perpetuum ab exordio nascentis Ecclesiae monumentum transmissum ad posteros. Sed iam de his haecenus, cetera prosequamur.

XLI. a Acto. 10. b Apoc. 19.

XLII. S. PETRVS DIVINITVS MONETVR AD ECCLESIAM REGREDI.

Quid autem tunc temporis, hoc, inquam, ipso anno, memoria dignum, Hierosolymis receptis, acciderit S. Petro Episcopo Anagninae, qui suos pertaxus, à quibus plurima indigna passus esset, cum Boamundi exercitu nauigauit in Orientem: hic describendum ex sancto Bruno Signiae Episcopo, huius temporis scriptore celebri, qui in vita eiusdem Petri, quam scripsit, haec habet: *Petro in proposito manente, non amplius scilicet ad Anagninam Ecclesiam redeundi, sed permanendi Hierosolymis vsque ad mortem: beatus Magnus eiusdem Ecclesiae Anagninae patronus ei astetit in habitu peregrini. Qui à beato Petro, quis esset, & vnde veniret, interrogatus: Peregrinus, respondit, Italus ego sum, iugalis consortia fugiens, huc saluationis meae causa, quo ad vixero, moraturus accessi, fugiens debitum ipsi reddere postulatam. Tuum peto consilium: Ne saluabor? Petrus inquit: In obscenitate criminalis propositi saluationem hic expetis contra vinculum coniugale? Quod Deus conuinxit, homo non separet, originaliter Domino stauente. Cur ergo (beatus Magnus intulit) Ecclesiam iugalis tibi meis interuentibus disponsatam, contra propriae salutis consilium & Dei voluntatem temerarius abdicasti? Vbi iam vota tua peregrinationis implesti: tuam in Dei nutu Ecclesiam repetens, regredi non moreris. His dictis euanuit. Cum Petrus his acceptis*

c Matt. 19

monis, d. eto tempore ad suam est reuersus Ecclesiam. Hucusque; ibranus.

In fine autem anni huius itidem Hierosolymis, post celebratum solemnem diem Natalis Domini, habito generali conuentu Principum, & eorum qui aderant Episcoporum Theobertus Pisanus Archiepiscopus, idemque Apostolicae Sedis Legatus eligitur in Patriarcham Hierosolymitanum, pulso nefario homine, qui thronum illum inuaserat, Arnulpho, qui sequebatur Principem Northmannorum. Cum interea throno Antiocheno Bernardus Patriarcha electus esset. A quibus religiosè admodum Christiani Principes accipere voluerunt singuli suorum principatum inuestituras, Godefredus regni Hierosolymorum à suo Patriarcha eam accipiens, Boamundus principatus Antiochae ab Antiocheno Patriarcha. Quo facto ab iisdem constitutae sunt dotes iisdem Ecclesijs, quales antecessores Patriarchae habuisse scirentur: licet horum occasione multae sint postea obortae contentiones, de quibus dicendum erit inferius suis locis ista omnia pluribus narrat d VVillelmus Tyrius quem tu consulas pro arbitrio.

Quae autem hoc item anno dicenda essent de urbane successoris electione, in sequentem Tomum reijcimus, ne eiusdem Pontificis electio à reliquis ab eo rebus gestis ex diuisione Tomorum magno Lectoris incommodo distincta ponatur.

Hic modo mecum post diuturnum laborem fessus, sicut ego scribendo, tu legendo, Lector considerato, & vnà pariter admiremur Dei prouidentiam in sancta Ecclesia Catholica moderanda: memores, in quot quantaque discrimina saepe vidimus incidisse Petri nauiculam, quanta subijisse pericula, dissectam ventis, absorptam fluctibus, sed iterum ex insperato emergentem ex abyssi profundo, rursus verò nouis flatibus percussam contempimus obruendam, ad momenta singula periclitantem, borealibus rabitis ventis magno impetu debacchantibus; insanientibus, inquam, & saeuientibus ab Aquilone aduersus Ecclesiam Germanorum Imperatoribus, miscentibus omnia, atque turbantibus, intrudentibus tot potentissimos schismaticos pseudopapas in Romanam Ecclesiam extremum exitum atque perditionem. Qui enim magnae moli suffultas columnas auferat, & stupea fulcimenta earum loco sufficiat: quid senseris de isto, nisi hoc vnà magere, vt totum simul erectum miro opere aedificium penitus demoliat? Quid verò si tanta passam sapius adhuc tamen subsistere inconcussam, sibi que ipsi firmiter inhaerentem perpexeris cessam domum: quid senseris, nisi inuisibili Dei potentia eam sic subsistere, suspendique diuino praesidio, ne sic subruata machina ruat?

Ita planè rectè censueris, eius tantum ope factum, vt talia tantaque passa sancta Ecclesia damna subsistere potuerit, eamque non nisi inuisibili Dei manu, omnia columna potentiori, quae e terra molem appendit tribus digitis, sustentari. Sicque firmiter asserueris adhuc inhabitare perpetuò in eadem Ecclesia Christum, qui migraturus è terra in caelum, hoc suis firmatum testamento reliquit, dicens: *Eccce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi.* Pariterque etiam affirmaueris, in nauicula illa, quae nullo ventorum impetu & maris violentia iactata potuerit vnquam pati naufragium: ipsum adhuc exiltere, & asistere, qui g facit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Qui h clausit ostijs mare & dixit: Hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confingentes fluctus tuos. Idem ipse Dominus noster IESVS Christus, qui olim in eadem Petri nauicula constitutus, periclitantibus vnà cum ipsa Discipulis, è somno surgens i imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Quod si ita est: intelligite Reges, & erudimini qui iudicatis terram. Intelligite vos contra Ecclesiam, cui praestit Deus, frustra pugna-re. Erudimini, dum hoc facitis, contra vos ipsos magna vestri iactura lacessere Deum bello.

XI.III. CONCILII VMHIEROSOLYM.

d VVill. li. 8. c. u. lib. 9. c. 1. & 18. 19.

XLIV. AVCTO RIS DIGNA CONSIDERATIO.

XLV.

c Isa. 40.

f Matt. 28

g Job. 28. h Id. 38.

i Matt. 8. k Psal. 2.



I.  
PERORATIONE CVM GRATIARVM ACTIONE.  
<sup>a</sup> Matt. 13  
<sup>b</sup> Act. 21.  
<sup>c</sup> Hab. 1.  
<sup>d</sup> Luc. 5.  
II.

**A**M ad litus rete. Instar enim sagenæ missæ in mare, <sup>a</sup> ex omni genere piscium congregantis Annalium scriptio se habet, quæ sui amplitudine in collectione rerû gestarum in vasto pelago sæculi huius, quot continet Tomos, tot tu Lector, veluti retis iactus enumeres. Sed ubi ductum est rete, non Iudaico more secus litus sedendum ad delectum piscium, quin potius vnâ cum Paulo <sup>b</sup> in litore positus genibus nobis orandum, & gratiæ agenda Deo, cuius totum id muneris esse cognoscimus; sicq; cui cuncta accepta ferimus, eidem dignas laudes pariter referamus; procul abhorrentes ab illorum arrogantia, qui sibi omnia tribuentes, immolant <sup>c</sup> sagenæ suæ, & sacrificant reti suo. Petri namque nobis potius proponimus imitandum exemplum, à quo & rete accepimus ad piscandum: <sup>d</sup> qui stupens ad insperatam copiosissimam capturam piscium, procidit ad genua Iesv, à quo se totum intelligeret consecutum.

Sed cum omnem Gratiarum actionem tanto beneficio imparem esse sciret: sese ad humilem peccatorum confessionem conuertit, ex abundantia cordis in illud erumpens admirandû humilitatis elogium: *Exi à me, qui a homo peccator sum, Domine.* Procido & ipse, sed eo humiliter, quo

gravius peccans, ad pedes eius; vt humistratus, non os tantum, sed omnia ossa mea dicant: *Domine, quis similis tibi?* qui tot tantaque confers in immeritum beneficia, quorum excrescente diluuiò propemodum obruendus, æque cum Petro exclamare compellat: *Exi à me, qui a homo peccator sum, Domine,* propriæ conscius infirmitatis, longè impar ad tanti ponderis beneficia subeunda.

Quod insuper ex tanta ac toties repetita piscatione nec sit hæcenus rete conscissum, sed & ad iactus alios adiuuè integrum perseveret; quod, inquam, nec desecerint ex laboribus in senio vires, sed virefcant ad opus: totum id gratiæ est Abisag f Sunamitidis nostræ, senilia membra fouentis, ipsius videlicet sanctissimæ atque purissimæ Virginis operi cæpto fauentis, cunctaque nostra curantis, atque; feliciter promoventis. Cui pro meritis, quot huius scriptiois sunt apices, tot fluant gratiarum actioium imbres, quod syllabæ tot laudum fontes erumpant, fluxu perenni ad vastum illud pelagus confluentes, ex quo omnia prodierunt, ad ipsum dico bonorû omnium copiosissimum largitorem Deum optimum maximum. Cui semper laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

<sup>c</sup> Psal. 34  
III.  
<sup>f</sup> 3. Reg. 1.





# APPENDIX.

Quod autem polliciti sumus, pie Lector, adijcere ad calcem Tomi huius disputationem illam Humberti S. R. F. Episcopi Cardinalis, quam Constantinopoli habuisse vidimus aduersus Græcos schismaticos de A. ymo & Fermentato: ecce edimus eam ex bibliotheca Vaticana depromptam, ne nobile antiquitatis monumentum diutius lateat, & fortasse pereat.

Incipit Responso Fratri Humberti sanctæ Ecclesiæ Siluacandiæ dicti Episcopi, instar Dialogi ab ipso Latinè conscripta Apocrifarius sui tempore Constantinopoli, & iussu Imperatoris religiosi & orthodoxi Constantini Monachi Cracæ edita sub nominibus Constantinopolitani & Romani. Anno Domini millesimo quinquagesimo quarto.

Romanus.

OCCASIO  
DISPV-  
TANDI.

a 1. Pet. 3

b Exo. 25

**P**RAEVLGENTE gratia sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, in cuius manu nos, & sermones nostri, hinc iam aggredimur responsum in litteris & cauillationibus vestris, vt palàm sit, nos illius summi Petri disciplina eruditos, qui dixit: *a Sitis parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, qua in vobis est, spe, cum modestia & timore conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem.* Quod figuratè per Moysen *b Dominus innuit, vbi vestes, quibus Arca portaretur, circulis ipsius, semper inesse præcepit, nec vnquam extrahi ab eis, ne qua mora fieret, quotiescunque Arcam eleuari necesse esset. Arca siquidem sanctam Ecclesiam, circuli eius diuinam Scripturam, vestes autem Præpositos Ecclesiæ significant, quos semper expedit sacræ scripturæ insistere, ne pudenter tunc velint discere, quando iam ad exaltationem sanctæ Ecclesiæ debent questiones quorumlibet enodare. Vnde calumniam vestram feriatim disculuri, ab ipsius initio non pigritamur ordiri. Insuper vt manifestius vestra dicta à nostris secernantur, vestra obelis, nostra autem asteriscis prænotantur. Sed tandem videamus quale sit illud vestræ calumniæ proccemium, quo laborastis auditorem vestrum efficere beneuolum, ita dicendo.*

*Dilucidius autem loco asterisci & obeli, duo nomina sunt apposita in Latina translatione, Romanus scilicet, & Constantinopolitanus, quo Lector facilius admoneatur.*

Constantinopolitanus.

CALVM-  
NIA EX  
AZYMIS.

Dei magna dilectio, & iucunda compassionis viscera flexere nos scribere ad tuam sanctitatem, & per te ad vniuersos Principes sacerdotum, & sacerdotes Francorum, & monachos, & populos, & ad ipsum reuerentissimum Papam, & memorari de azymis & sabbathis, quæ mysticè indecenter custoditis & communicatis Iudæis. Etenim azyma & sabbata ipsi custodire à Moysè iussi sunt.

Romanus.

GRÆCO-  
RVM IN  
LATINOS  
AFFECTVS

Ex hac vestra præfatione, sicut profiterini, credemus vos salutem totius Latine seu Occidentalis Ecclesiæ pro sola magna Dei dilectione quærere, si sciremus vos vestram vestrorumque non negligere. Cum verò vos ipsos & vobis commissos negligatis, vt nefandos Iacobitas, immò Theopaschitas, seu alias hæreticorum pestes inter vos & penes vos habeatis, neque eorum confortia neque colloquia, neque conuiuia, seu pariter orare deuteris: quomodo saltè suspicabimur, vos aliqua dilectione Dei aut proximi præmonitos, compati nostræ perditio-

ni, sicut putatis? Et quare ad præceptum gloriosi Pauli sic aures præcordiorum obturastis, vt dicentem non aduertatis: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem, deuta?* Vnde ipse Paulus d sciens, quod nulla pars esse Fideli cum Infideli, Hymenæum, c & Philetum deuitauit, & Timotheo f Alexandrum Aerarium deuitare præcepit. Cum etiam non animaduertitis, beatum Iohannem, g contestantem Fidelibus: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non asserit, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis; qui enim dicit ei, Aue, communicat operibus illius malignis.* Ast vos, quasi omnia munda sint vobis, oculis contra vos & vestra clausis, sanctâ Romanam & omnè Occidentalem Ecclesiam pollutam hæresi & Iudaismo proclamatis, & velut quandam abominationem deuitatis.

Ex quata n cæca, & hætenus inaudita audacia ad hoc prorupistis, vt cunctorum hæreticorum, quos adhuc deprehendere valuimus, temeritatè transcendatis. Quamuis enim singulæ hæreses suis ad inuentionibus aliqua Ecclesiæ membra fatigauerint; nulla tamen adhuc ad tantâ vesaniam erupit, & opinionem suam primæ & Apostolicæ Sedi ingerere præsumpsisset cum interpositione anathematis. Recensere (si placet) ab initio Christianitatis vsq; ad nostra tempora cunctarum hæreseon molimina, & videbitis, an aliqua earum præsumperit talia. Et cum non inueneritis, saltè nunc respicite, ne (quod absit) permaneat viciniores præcursores illius Antichristi, qui aduerfatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. In cuius arrogantiæ monte consistentes, & ex supercilio ipsius omnia subter vos iacere reputantes, dicitis, vos flexos visceribus compassionis, scribere cunctis sacerdotibus Francorû, & reuerentissimo Papæ. Sed non solum Romani & Francorum sacerdotes, verùm etiam omnis Latine Ecclesiæ de monte domus Domini clamat vobis contradicens: *i In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigræ in montem sicut passer?* Tamen eum, quem Papam reuentissimum dixistis, reuereri & non detestari debuistis.

Quod autem impudenter calumniastis nos communicare Iudæis, obseruando typice azyma, & sabbatum: phrenesi inueterata arbitramur adeo vos perdidisse sensum, vt nec factum vestrum respiciatis, nec dictum. Quapropter suademus vobis, vt ad cor redeatis & animaduertatis, quod in exodo XII. c. Moyses iubeat de azymis: *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de caeu Israel, tam de aduenis, quam de ind genis terræ. Omne fermentum*

c Tit. 3.

d 2. Cor. 1.

e 1. Tim. 1.

f 2. Tim.

g 4.

h 2. Ioan.

GRÆCI  
OMNES  
TEMERI-  
TATE EX-  
CEDVNT  
HÆRETI-  
COS.

h 2. Theff.  
2.

i Psal. 10.

DILVITVR  
CALVM-  
NIA DE  
AZYMIS.

latum

tatum non comedetis, in cunctis habitacionibus vestris edetis azyma. Item vnde superius: Septem diebus azyma comedetis. In die prima non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsq; ad diem septimum. Dies prima erit sancta atque solemnitas, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis exceptis his, que ad vescendum pertinent, & obseruabitis azyma. Item in frequentibus, scilicet in ca. XIII. eiusdem Exodi dicitur: Septem diebus vesceris azymis, & in die septimo erit solemnitas Domini. Azyma comedes, septem diebus non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Item solemnitate azymorum custodies: septem diebus comedes azyma, sicut precepi tibi in tempore mensis nouorū. Et in Leuitico c. XXIII. Mense primo, quant ad decima die mensis ad vesperum Phase Domini est, & quintadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusq;: omne opus seruale non facietis in eo, sed offeretis sacrificiū in igne septem diebus; dies autē septimus erit celebrior & sanctior, nullumq; opus seruale fiet in eo. Et in Numero: a Mense primo XIV. die mensis Phase Domini erit, & XV. die solēnitas: Septē diebus comedetis azyma, quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruale non facietis in ea, offeretisq; holocaustum Domino vitulos de armento duos, arietē vnum, agnos anniculos immaculatos septem, & sacrificia singulorum ex simila, qua conspersa sit oleo. Tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimam per agnos singulos, id est per septem agnos. Et hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis. Et in Deuteronomio: b Obserua mensem novarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ovis, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum, septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tue de Aegypto, omnibus diebus vitula tua. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius, quod immolatum est vespere, in die primo vsque mane.

a Num. 28

b Deut. 16

Hęc omnia si ita Iudæis carnalibus carnaliter obseruanda vetus Legiflitor cœlitus censuit, constat hęc secundum carnalem obseruationē omnino aliena à nobis: quia in illis septem diebus quotidie fermentatum in omnibus finibus & terminis nostris & domibus inuenitur, apparet, atq; comeditur; nec ipsos septem dies aliter quā reliquos totius anni in azymis obseruamus; nec apud nos perit de cœtu nostro anima illius, quicumque tam de aduenis, quam & de indigenis terræ comederit fermentatum in suprascriptis diebus. Sed nec velut ipsi, à decima die mensis primi suprascriptum agnum masculum anniculum ex pecoribus vsque ad XIV. Seruamus, nec ad vesperum immolamus, vt sanguine eius postes signemus, nec carnes eius assas accedimus & calceati tenendo baculos in manibus, nocte comedimus festinanter cum azymis panibus & lactucis agrestibus. Insuper non offerimus incensum holocaustum Domino in his diebus quotidie vitulos duos de armento, arietem vnum, agnos anniculos maculatos septem, & sacrificia singulorum & similia conspersam oleo; neque hircum pro peccato, vt expietur pro nobis. In quo ergo communicamus Iudæis? & in quo solemnitate azymorum custodimus? An forsitan quia solemnitas eorundem dies & feriatos habemus, & à decima quarta Luna vsque ad vigesimam primam obseruamus? Et cur eadem vos obseruatis, nisi quia vobis aliud innuunt, aliud illis? Illis enim data sunt in memoriam egressionis suæ de Aegypto; nobis autem in memoriam spiritualis egressionis nostræ ex hoc mundo, vt vacemus, & videamus, quoniam ipse est Deus, qui nos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, consurgere, & confidere secum faciens in cœlestibus, & vt instar lunaris globi incipiamus lumen cordis, id est, mentis rationem à terrenis aduertere, & ad cœlestia conuertere, sicque capiendo, & quærendo, quæ sursum sunt, reuiuiscamus Deo & moriamur mundo. Sic quoque omnia quæ supe-

rius nos carnaliter obseruare negauimus, Deo annuente spiritualiter, & obseruamus, & cupimus omnimode obseruare, procul dubio credentes, quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse, beato Paulo sic protestante: c Hac omnia in figura cōtingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

c 1. Cor 10

Hinc ad obseruantiam sabbathi veniatur, de quo ita in Exodo præcipitur: d Memento vt diem sabbathi sanctifices: sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua; septima autem die sabbathi Domini Dei tui non facies omne opus tuum, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia, que in eis sunt, & requieuit die septimo. Idcirco benedixit Dominus diem sabbathi, & sanctificauit eum. Item in eodem. Sex diebus operaberis, die septima cessabis a re & metere. Igitur in huiusmodi obseruatione sabbathi vbi, & qualiter communicamus Iudæis? Illi enim in sabbatho otiosi, & feriat, nec arant, nec metunt; nullumq; opus ex more faciunt, sed festum habent & conuiuuiū, & requiescunt serui, & ancillæ eorum, boues, & iumenta. Nos verò nihil horum obseruamus, sed omne opus facimus, sicut in præcedentibus quinque diebus, & ieiunamus, sicut & in proxima tibi feria sexta ieiunauimus.

d Exo. 10  
LATINI  
SABBATHUM  
NON COLUNT  
CVM IV.  
DÆLIS.

Vos verò, si non Iudaizatis, dicite cur Iudæis in simili obseruatione sabbathi cōmunicetis? sabbathū ipsi certē celebrant, & vos celebratis: epulantur ipsi, & soluit semper in sabbatho ieiuniū, & vos epulamini, & soluitis semper in sabbatho ieiuniū: illi in sua Quadragesima solunt à ieiunio omne sabbathū præter vñ, & vos in vestra quadragesima soluitis à ieiunio omne sabbathum præter vnum. Illis duplex causa est sabbathū celebrandi, scilicet ex præcepto Moyli, & quod contristatis Discipulis, ipsi fuere de morte Domini quem non credebant resurrecturū, in hac die gauisi. Vnde quia cum Iudæis sabbathū, & nobiscum celebratis diem Dominicū, videmini in tali obseruatione imitari sectam Nazarenorū, qui sic recipiunt Christianitatum, vt non dimittant Iudaismum. Latina autē Ecclesia cōpatiens passo & sepulto Domino, cōgaudet resurgenti in die Dominica, quando Iudæos nimia occupauit mœsticia, & custodes sepulchri conati sunt corrumpere pecunia.

GRÆCI  
CVM IV.  
DÆLIS SABBATHUM  
COLUNT.

Vnde nos traditionem Apostolicam vsque in hodiernum diem de sabbatho retinentes, & vsque in finem retinere cupientes, hic subscribere curauimus, quid super hoc senserint & confirmauerint nostri antiqui & venerabiles Patres. Ex quorum numero beatissimus Papa Siluester, magni Constantini Augusti spiritualis pater inter alia dixit: Si omnis Dominicus dies Resurrectionis gratia est colendus in gaudio Christianorum: omnis ergo sabbathi dies sepultura deputandus est in execratione Iudæorum. Omnes enim Discipuli Domini sabbatho fletum habuerunt sepulchri Dominum suspirantes, & Iudæis epulantibus letitia meras, Apostolus autem ieiunantibus tristitia imperabat. Tristitiam itaque cum tristantibus de sepultura Domini, si volumus cum isdem de Domini Resurrectione gaudere. Neque enim fas est, vt distinctione ciborum, & cerimonias Iudæorum more Iudaico obseruemus. Hęc & his similia dicente sancto Siluestro, non placuit quibusdam Orientalibus ista traditio Apostolicæ Sedis, sed magis elegerunt celebrare sabbathum cum Iudæis. Cuius sententiæ concordans sanctus Papa Innocentius ait: Sabbatho ieiunandum esse ratio euidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerationem Resurrectionis Domini nostri IESV Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbathum prætermittere nõ debemus, quod inter tristitiam & letitiam temporis illius videretur inclusum. Nam vtique cōstat Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & propter metū Iudæorū se occultasse: quod vtique non dubiū est, & in tantū eos ieiunasse biduo memoratur, vt traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Quæ forma vtique per singulas hebdomadas est tenenda, propter quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si patitis

TRADITIONEM  
APOSTOLICAM  
LATINI  
TENENT.

femel

semel atque vno sabbatho ieiunandum, ergo & dies Dominica & sexta feria semel in Pascha erit vtique celebranda. Si autem Dominica diei ac sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est: dementius est bidui agere consuetudinem sabbatho prætermisso, cum non disparè habeat causam à sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est, quando & apud inferos fuit, vt die tertia resurgens redderet latitiã post biduanam præcedentem tristitiam. Non ergo nos negamus sexta feria ieiunandum, sed dicimus in sabbatho hoc agendum, quia ambo dies tristitiam Apostolis in his, qui Christum secuti sunt, indixerunt, qui die Dominica exhilarati non solù ipsum festiuissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt. Hinc iam reliqua vestra dicta discutiamus.

Constantinopolitanus.

Nostrium verò Pascha Christus est, qui vt non iuxta legem inueniretur Deo aduersarius, & circumcisus est, & legale pascha celebrauit primitus. Sic illo discedente, nostrum nouum operatus est.

Romanus.

Quod Christus vestrum Pascha sit, sciatis nos ita concedere, si eum asseritis etiam nostrum, immò totius Catholicæ Ecclesiæ Pascha esse. Quod si (quod absit) pertinaciter contradixeritis, auscultabimus ipsum Dominum nostrum IESVM Christum sic suos præmonentem de pseudochristis, & pseudoprophetis: *Si quis vobis dixerit, ecce hic est, aut ecce illic, nolite ire, neque sectamini.* Quod verò dicitis, Dominum IESVM celebrato vetere pascha, nouum Discipulis suis celebrandum tradidisse: quis sanum sapiens negat? Sed illud quod dicitis, Dominum nostrum idem circumcisum, & vetus pascha celebrasse, ne iuxta legem inueniretur Deo contrarius, quis vnquam ausus erit asserere nisi manifestus hæreticus? In hoc enim videmini peruersè cum Marcionitis & Manichæis sentire; alium Deum veterem legem, alium nouam dedisse; & vt apertius dicatur, Deum malum & Deum bonum vultis introducere: & ne illi malo, hoc est Deo tenebrarum, bonus iste Deus lucis inueniretur aduersarius, & circumcisus fuit, & celebrauit pascha vetus, & quasi deuitans illius tyranni velut fortioris se iram incurrere, ad tempus simulauit se legem eius obseruare. Sed absit tam pettiferum virus à Fidelium auribus, & cordibus, vt vel suspicetur aliquis aliquid aliquando simulasse omnipotentem, & simplicissimam veritatem, quæ est Christus Deus noster; aut alium esse veteris legis, alium nouæ auctorem, cum ipsa Veritas protestetur dicens: *Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere.* Et Psalmista dicit: *Etenim benedictionem dabit legis dator.* Deinde subiunxistis:

Constantinopolitanus.

Et hoc manifestum est, sicut in Euangelio secundum Mathæum, de mystica cœna loquens Euangelista, sic quoque inquit: *Prima autem die azymorum accesserunt Discipuli ad IESVM, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? qui ait: Ite in ciuitatē ad quandam, & dicite ei: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum Discipulis meis.* Et post pusillum: *Vespere autem facto discumbebat cum duodecim Discipulis suis, & edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est: Et post pusillum: Dicente Iuda, nunquid ego sum Rabbi? dicit ei, Tu dixisti.* Hucusque Dei homines, vniuersa legalis paschæ sunt. Deinde ea quæ mystici, & nostri sunt, addidit Euangelista, & dixit: *Edentibus autem illis, accipit Iesus panem, fregit, & dedit Discipulis suis, & dixit: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit eis, dicens: Bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus noui Testamenti.* Dicendo enim, Noui, ostendit quoniam ea, quæ veteris fuerunt Testamenti, cessauerunt.

Romanus.

Hæc omnia non à vobis, sed à veracibus Euangelistis conscripta, & ab omnibus Orthodoxis Patribus constan-

a Matth. 24.

GRÆCI AFFINES HÆRETI CORVM.

b Idem. 3.

c Psal. 83.

d MAT. 14.

e Matt. 26

ter prædicata credimus, & ipsum Dominum nostrum Iesum Christum quarta decima Luna ad vesperum pascha vetus perfecisse, & mox nouum inchoasse prædicamus. Quapropter sequentia videamus.

Constantinopolitanus.

Aspicite quomodo panem corpus suum sub nouo Testamento vocauit, sicut viuificum, & plenum spiritu, & sicut caloris demonstratiuum. Vos quidem panem, nos artos dicimus. Artos autem interpretatur eleuatus & sursum portatus à fermento & sale, calorem, & eleuationem habens. Azyma autem nihil distant à lapide sine anima, & luto lateris deorsum coniuncta terræ, & sicco luto comparata, quæ cum amaritudinibus Moyses comedere miseris, semel in diuina lege constituit, dicens: *Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam cum pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto, omnibus diebus vitæ tuæ. Quoniam mala passionis, & tribulationis symbola sunt significatiua.*

f Deut. 16

Romanus.

In hac vestra disputatione illud tantum approbamus, quod Dominus Iesus panem benedictum, & fractum in memoriã sui sub nouo Testamento corpus suum vocauit & quod omnis panis huiusmodi viuificet, atque det vitam mundo, vt pote plenus spiritu, & calore Dei viui, & quod nos panem, vos artos dicitis. Reliqua verò vehementer detestamur, & velut hæreticam vanitatem, & audaciam olentia, atque resonantia anathematizamus. Quis enim audebit panem quemlibet absque mysterio, quod supra diximus, aliter plenum spiritu, & animatum, nisi discipulus Manichæorum? Ipsi enim delirando sicut vere pleni mania, impudenter asserunt, panem, & vinum, lignum, lapidem, & vellem, ceteraque talia animam habere. Illud quoque, quod azymum negantes panem esse, per etymologiam eius nominis, quod est artos; conamini nos vincere; sciatis omninò vanum, & peruerile, quia & à linguarum peritis diuersæ etymologiæ dantur ex vno nomine secundum humanum placitum, magis quam secundum naturam rerum, & in omnibus scripturis inuenimus panem indifferenter dici, siue fuerit azymus, siue fermentatus. Quod hinc demonstrare incipimus.

QVÆ PROBENTVR VEL IMPROBENTVR.

Primò omnium ecce manna, tam in lege & Prophetis, & Psalmis, quàm in Euangelicis, & Apostolicis litteris panis, id est, artos vocatur, sicut in Psalmo: *g ἀρτον ἕψαν ἐδώκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἕψαν ἐν ἔρωτος.* Quod Latine dicitur, *panem cœli dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo.* Et in Euangelio: *h κύριος αἰεὶ δὼς ἡμῖν ἐν ἀρτῷ τῷ ἔθνῳ.* Et in Exodo: *ι οὗτος ἐστὶν ὁ ἄρτος, ἐν ᾧ ἐδώκεν ὁ κύριος.* Si ergo manna, quod erat album, & minutum, sicut semen coriandri, & quasi pilo tufum, in similitudinem pruinæ, guttusque eius quasi similia cum melle, auctoritate diuina dicitur panis, siue artos, quod vtique nullam similitudinem, aut verum saporem panis habet: quomodo azymo possit tolli nomen panis, non videmus, qui vtique natura, forma, & sapore omnimodis panis est, & dicitur, præsertim cum Angeli apud k Abraham, & l Loth subcinericio panes, id est, *ἄρτους ἐν τειφῆς* dicantur comedisse, Angelusque m Eliæ legatur colidem in desertum attulisse. Sed quid multa? in lege, & in Euangelio inuenimus, *τῆς ἀρτους προθέσεως*, id est, panes propositionis, quos azymos fuisse nemo dubitat, qui legis Mosaicæ aliquam notitiam retentat, vbi dicitur: *n Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.* Et in Deuteronomio o Moyses azymum vocauit *ἄρτος ἁπεινώσεως*, id est, panem afflictionis. Sermo quoque Domini ad Ezechielem factus dixit: *p Et rusli hominis, sume tibi frumentum, hordeum, fabam, lentem, milium, & vitiam, & mitte in vas vnum, & facies tibi panes.* Ecce tam hic, quàm in subsequentiis panes dicuntur, vbi nulla fermenti mentio habetur, in tantum, vt subcinericeus ibidē vocetur. Verum tamē vt de vestris aliquid dicamus, audite, quid Ioannes monachus

PANIS NOMEN GENERICVM.

g Psal. 77. h Ioan. 6. i Exod. 16

k Gen. 18. l Ibid. 19. m 3. Re. 18

n Leuit. 2 o Deut. 16

p Ezech. 4



Damascenus in laude Dei Genitricis dicit: *ῥοπιεται, ἡ ἁγία ἁρτοῦ ἡ ἁγία ἁρτοῦ*, \* ὁμοίᾳ ἁρτῶν πνεύματι ὡς ἐκ νεφελῶν πᾶσαν γὰρ πᾶσαν ἐξ ὧν ἐξοπιᾶται καὶ σε ἀλόβητον διαφυλάττει. Quin etiam volumus vt dicatis, fermentatissime an azymus sit, de quo Salomon ait: *a* *Suaus est homini panis mendacij.* *b* *Et panis absconditus suauior est, scilicet, quem mulier stultare promittit.* Et hic enim, & illic non azymus, sed artos dicitur.

Et quia nos ad hoc trahere nititur tota vestra disputatio, vt pro eo tantum, quod Mattheus dixit: *c* *λαβὼν Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, i. e. Accepit Iesus panem, incipiamus credere fermentatum & non azymum* Discipulis suis in mentoriam suæ passionis Dominum dedisse: sciatistam sententiam vestram satis infirmam esse, si aliud non habetis, quod possit vestræ parti fauere. Omnis enim sententia ex opinione procedens est dubia, quæ autem ex scientia procedit, certa omnimode & rata. Vnde si aliam sententiam firmiorem non habetis, hac sola tam ambigua nostrum consensum vobis non vendicabitis, quia vt superioris copiosè monstrauimus, azymus sicut fermentatus, artos, dicitur. Quin etiam Mattheus, qui Hebraicè scripsit Euangelium, non dixit *λαβὼν Ἰησοῦς τὸν ἄρτον*, sicut Græcus, sed vt Hebræus Hebræis *Lacach Iesus Lechem.* Lechem autem Hebraicè azymum vocari, in Deuteronomio cognoscite, vbi sic habetur: *d* *Lechem oni, id est, panem afflictionis, atque panes propositionis, Lechem panim, dicuntur.* Vnde in Psalmo *e* *manna quoque similiter vocatur, vt lechem abbirim achalis.* Quod interpretatur: *Panem Angelorum manducauit homo.* Tam copiosis ergo trium principalium linguarum exemplis eneruatam etymologiam vestrâ ex nomine, quod est artos, & sapienter considerate, & azy mo nostro fermentatum vestrum præferre caute.

Quia si non obstinata mēte manifestè veritati resistitis & hī vetus, & nouū Testamentū apertè non impugnatis, nobiscū sentire, & profiteri habetis, azy mū panem fuisse, quem ipse Dominus IESVS in cœna primis Ecclesiæ suæ fundatoribus distribuit in memoriam suæ sacratissimæ passionis. Nam sicut sufficienter supra ostendimus, in septem Paschæ diebus fermentatum nec inueniebatur, nec apparebat in cunctis domibus, seu finibus Israel: & apud quemcunq; fuisset inuentum, iusta animaduersione velut diuinæ legis transgressor absq; procastinatione peribat de cœtu Israelitarum. Quod si credimus verbis Veritatis dicentis: *Non veni legem soluere, sed adimplere:* credendum etiam & prædicandū est, Dominū IESVM nec vnū Iota, aut vnum apicem legis præterisse. Et vt totius transgressionis expertem insidiatoribus suis dixisse: *f* *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Alioquin nec ipse peccata multorum tulit, nec pro transgressoribus orauit, vt nō perirent, nec pro nobis passus, sed pro sua præuaricatione iustè punitus, præsertim qui nec solus legis transgressor inuentus est, fermentato apud se tunc reperto; sed insuper multos Discipulos reos mortis effecit, cibans illos fermentato. Videte quorsum euadat hæc vestra disputatio, nempe si in solemnitate Azy morū dicitur quolibet vsus fermentato, verè mortuus asseritur in peccato suo, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ipsius.

Insuper ministratis Iudæis magnā materiam sibi placendi super interfectione Domini, & permanendi in errore suo, & fidem nostrâ euacuandi, hī gloriantes nomine Christiano obiecerint Christo, quod Iudæorū nemo obijcere præsumpsit, nec tunc nec modo, nisi fortè vestro edoctus magisterio. Quamuis enim Principes sacerdotū, & omne Concilium quæsisent fallum testimoniū contra IESVM, vt eum morti traderent, & nec in verbis eius inuenissent, tamen tale aliquid, quale vos obijcitis, nullus eorum obiecit. Quod si fuisset obiectum, solum vnum sufficeret ad perdendū illum, nec iam Pilato dicenti, *g* *Accipite eum vos, & secundū legem vestrâ iudicate eum,* dicerent, *Nobis non licet interficere quenquam:* quia ipsi præcepto legis interfecissent fermentati participem. Denique tota in IESVM alumnia ex interrogatione Pilati, & respōsione Iudæorum facillimè potest aduertī iuxta Euangelium

Matthæi, & Marci, vbi interroganti Pilato: *h* *Quid enim malifecit? clamauerunt, crucifigatur.* Porro Luca attestante: *i* *Omnis multitudo tradentes Iesum Pilato dixerunt: k* *Hunc inuenimus subuertere tributa dari Casari, & dicentem Christum Regem esse.* Quibus paulò post ait Pilatus: *Nihil inuenio causæ in hoc homine.* Et illi: *Commouet populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilea vsq; hæc.* Deinde post aliqua dixit eis Pilatus: *l* *Obtulistis mihi hominē quasi auertens populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullā causam mortis inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis: sed neq; Herodes. Corripiam ergo illum, & dimittam.* At illi postulabant vt crucifigeretur. Ioannes autem refert sic Pilatum dixisse Iudæis: *m* *Quam accusationē asseritis aduersus hominē hunc? qui dixere ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissēmus eum.* Et post aliqua, dicenti eis Pilato: *Accipite eum vos, & crucifigite, responderunt: n* *Nos legem habemus, & secundū legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.* Nonne tot testibus iniquis in Dominū insurgentibus, & iniquitati mentienti sibi suffecisset hoc vnum vestrum mendacium, si contaret eis saltē hoc solum? Nonne instarent Pilato, & dicerent: *Nos legem habemus, & secundū legem debet mori,* quia fermentatū in Pascha comedit: aut certe apud eum apparuit? & fortè dicetis, eum clam egisse hoc. Absit, quia non solum de factis suis, verūm & de dictis ait ipse pontifici percunctanti: *o* *Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudææ conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil, quid me interrogas? Interrogas eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce yfseunt, que dixerim ego.* Nunquid etiam dominum domus, in qua pascha celebrabat, tanta sanctę legis præuaricatio posset latere, quem constat paternarum traditionum æmulatorem apprime fuisse? Quod si fortè & hunc latere potuit, aut certe ipse consensit; nunquid & Iudam complicem malignorum Iudæorum latere potuit? Qui iuxta Psalmistam *p* *vnanimis eius dux, & notus, & præsertim dispensator fuit. Quē ipse Dominus dilecto suo Ioanni demonitans, ait: q* *Ipse est, cui intrinctum panem porrexero. Et cum intrinxisset panem, dedit Simon Scariotis.* Ecce hic bis dixit artos, quem vos non nisi fermentatum accipitis. Quod si ita est, quæ res prohibuit infelicem Iudam, demonitrato ipso fermentato, prodere sanguinem magistri palam, quem omnimode quærebat prodere clam? aut quid necesse habuit, desperando dicere: *Peccauit tradens sanguinem iustum, cum tradendo transgressorem legis, auerterit à se & à populo furoris Domini, & gratiam prouenerit?*

Vt enim præceptum legis diuinæ super hoc breuiter tangamus, perpendite quid in Deuteronomio latius dicitur: *r* *Si propheta quilibet, siue frater tuus, siue filius, aut filia, seu vxor, vel amicus, quē diligis, vt animā tuam, voluerit clam persuadere tibi, vt auerteris à ceremonijs legis, non acq̄iescas ei, nec audias, neq; parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum, sed statim proditū populo interficies, vt auerteratur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tibi, multiplicetq; te sicut iurauit patribus tuis.* Hinc, ne quid minus factum videatur, etiam vestratium ridiculæ opinioni obuiamus.

Qui non inuenientes, quoniam sanctarū Scripturarum funiculo schapham assertionis suæ pertrahant ad aliquid stabilitatis litus, fluctuando retrahuntur in illud diuinæ omnipotentia pelagus. Namq; sciscitantibus nobis: *vnde Dominus Iesus fermentatū in cœna habuerit, cum in omnibus finibus Israel non inueniretur:* respondent: *Si creditur omnipotens, potuit subito benedecung, fermentatū exhibere, aut certe ipsam azymum benedecung fermentare.* Quod quam sit friuolum, nemo non intelligit. Quia quocunq; modo apud eum in ipsa solēnitate fermentatū apparuisset, legis transgressor fieret, planè dignus puniri, qui in sanctæ legis contumeliam fermentatum tractasset. Sed & si quolibet modo id fuisset factum, aliquis Euangelistarum tantum narret miraculū, non inferius illo, quo aqua narratur conuersa in vinum. Et cum tam subuulter gelta, siue dicta in ipsa cœna describant, vt etiam aliqua velut minus necessaria videantur recitare, sicut illud est de contentione prioratus inter Discipulos facta, siue quod Dominus *s* *ipse præcepit, vendi tunicam, & emi gladium:* quomodo tam

\*  
a Prou. 20  
b Prou. 9

SENTENTIA GRÆCORVM INANIS.  
c Matt. 26

d Deut. 16  
e Psal. 77

QVOD IN AZYMO CHRISTVS CONFECIT.

f Ioan. 8.

GRÆCALVM NIAM CHRISTO STRVNT

g Ioan. 18

h Matth. & Marc. 15.  
i Luc. 23.  
k Ibidem.

l Luc. 23.  
CHRISTVS IN AZYMO NON IN FERMENTO CONFECIT.  
m Ioan. 18  
n Ibid. 19.

o Ibid. 18.

p Psal. 54  
q Ioan. 13

r Deut. 13

GRÆCORVM FAVITAS DE FERMENTATO CHRISTI.

s Luc. 22.

obstinato silentio reticuerunt tam necessarij sacramenti initium, & vt ita dicamus, omnimodā metamorphosim, & qualem vos somnatis? Neq; enim fuerat negligenter commemorandū, quod totius Ecclesiæ extat fundamentum, & vsq; secundum Christi aduentum retinebit Christianitatis statū per quod in Christo manemus, & ipse in nobis. Vnde vos assertionis vestræ difficultatem pasci, laboratis nobis præiudiciū facere ex omnipotentia Christi. Sed vobis fideliter & constanter respondemus. Quamuis omnia quęcunq; voluit fecerit, & faciat Dominus IESVS, hoc facere non potuit: sicut quondam de lapidibus panē facere non potuit. Si quæratur, cur breuiter responderetur, quia noluit. Sed vnde scitur quia noluit? quia nec transgredi potuit, neq; transgressus est legem, quam non venit soluere, sed adimplere. Itaq; vnum ē duobus eligatis necessē est? Aut enim fermento abiecto in solemnitate azymorum legem adimpleuit, aut suscepto fermento, legem soluit, propter quam adimplendā se venisse mentitus inueniretur, quod absit. Porro de omnipotētis Dei coomnipotentē Filio ita habetur in Ioannis<sup>a</sup> Euangelio: *Non potest Filius a se facere quidquam. Qui etiam secundum Marcum<sup>b</sup> in patria sua non poterat virtutes multas facere.*

a Ioan. 5.

b Mar. 6.

OBJECTIO EX EVANGELIO IOAN.

c Ioan. 18.

d Luc. 22.

AZYMA ET PASCCHA IDEM.

e Ioan. 18.

f Matt. 26

g Mar. 14

h Luc. 22

i Ibid.

k Act. 12.

l Exod. 12

Hinc nil tergiversationum vestrarum prætermittentes, quia consideratis vestro fermentato secundū legem & Euangelium iustē contradici, astruere conamini, Dominum non celebrasse Pascha cum Iudæis quartadecima Luna mensis primi, sed priusquam fieret legalis abiectio fermentati, & hoc probare contenditis ex Euangelio Ioannis, qui ait: *Et ipsi non introierunt in pratorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha.* Quod quanta absurditate dicatur, saltem ex hoc pendite, quod Christum transgressorem legis non cauetis denuo pronuntiare, si Paschæ noluit tempus obseruare, præsertim cum d Lucas referat, quia cum esset facta hora, discubuit. Quamuis enim bis posse celebrari Pascha lex concedat, tamen quartam decimam Lunam omnimodis obseruandam denuntiat. Et mundis quidem quartam decimam Lunam primi mensis; immundis autē quartam decimā secundū. Et tuncq; aliter præsumpsisse, de medio populi sui periret.

Quod si quaritur, quare Ioannes quartam decimam Lunam, id est, à Pascha secundum dixerit pascha, cum videatur dicere debuisse, & ipsi non introierunt in pratorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent azyma, quorum prima erat dies ipsa: sciatis indifferenter ab Euangelistis dici pascha & azyma. Nam licet Dominus Discipulis dixerit: *Scitis quia post biduum pascha fiet.* Mattheus tamen ipsius diei, in cuius vespere fiebat pascha, mentionē faciens, inquit: *Prima autem die azymorū accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* Cui concordans Marcus, ait: *Erant Pascha & azyma post biduum.* Et post pauca: *Et primo die azymorum, quando pascha immolabant.* Vbi si indifferenter nō accipiuntur pascha & azyma, vt modo pascha pro festo azymorū, modo festū azymorū intelligatur pro pascha, quod modo stabit: *Erant pascha & azyma post biduum:* Nam iuxta opinionem vestrā debuit sic scribi. *Erant pascha post biduum, & azyma post triduum.* Sed B. Lucas omnē huiusmodi dissoluēs controuersiam, inquit: *h Appropinquabat dies azymorum, qui dicitur Pascha.* Et quia cum eo, qui propriē dicebatur pascha, subseqentes quoq; septem dies azymorū abusuē nuncupabantur paschæ, quam diem vellet specialiter intelligi, in sequentibus luce clarius ostendit, dicens: *i Venit autē dies azymorū, in qua necesse erat occidi Pascha.* Quod planē in decimaquarta Luna fiebat ad vespere, quando agnus occidebatur. Quem etiam pascha dici, sic Euangelista perhibuit, vt ipsum pascha occidendū diceret. Idem quoq; in actibus Apostolorum narrat; k quod Herodes captum Petrum misit in carcerem, volens post pascha producere eum populo: qui quod pascha dicat, mox subiungens declarat: *l Erant autem dies azymorum.* Nec mirum, cum etiam in Exodo Dominus tria festa præcipua haberi præcipiens, Pascha tacuit, solemnitate azymorum tantum custodiri iussit, quæ prætermisso pascha, obseruari nequit. Porro Ioannes qualiter intelligi vellet,

m Ioan. 19

quod ait, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha, paulò post ait: *m Erat autē parascene pascha hora quasi sexta.* Parascene Paschæ, præparatio paschæ interpretatur, quando iam præparabatur, vel instabat celebras magni diei sabbathi; qui celebrior reliquis paschalibus diebus apud Iudæos habebatur: adeo vt ob reuerentiā eius gentilis hominis cohabitatione vel introitu prætorij pollui vererentur, & insuper in cruce remanerent corpora in sabbato, precarentur.

Nec repugnat verò, quod pascha solennitas azymorū dicitur; quandoquidem ipsum pascha cum azymis edebatur, nec per totum diem illū, sicut scriptum est, n apparebat fermentatum in finibus videlicet illis vsq; ad vespere octauæ diei, quam habebant celeberrimam. Insuper harum trium principalium solennitatum continuati octo dies pro vno die sunt habiti, sicuti de Scenopogia diebus Dominus dixit: *o Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendā ad diem festum hunc.* Qui tamen postea iam die festo mediante dicitur ascendisse, & in nouissimo magnæ festiuitatis die itetisse & clamasse: *si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Ecce vestris opinionibus reuclati, forsitan plus necessario fuimus verbosi. Sed hinc minimē debemus reprehendi, quia causam humano generi super omnia necessariā doluimus euacuari. Si Dominus IESVS legem potuisset transgredi. P Inanis enim esset fides nostra, inanis & prædicatio nostra, quia posset doceri peccatum Adæ obfuisse humano generi, mortem autē Christi nihil profuisse. Nunc sequentia videamus, vbi postquam vanis declamationibus, vt supra monstratur, ap̄v interpretati fuistis eleuatum, & sursum portatum à fermento & sale, calorem & eleuationem habentem, horrenda cæcitate abominati azyma dixistis:

DIETI FE-STILATI-TVDO.

n Exo. 12

o Ioan. 7.

p 1. Cor. 15

Constantinopolitani.

Azuma autem nihil distant à lapide sine anima, & luto lateris deorsum coniuncta terræ, & sicco luto comparata.

Romanus.

Heu, heu, Domine Deus, ecce compleri videmus Principis Apostolorum prædicationem nostris temporibus: *q Ex vobis, inquit, erunt magistri mendaces, qui inducent scilicet perditionis, & cum qui emitt eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuunt: quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.* Cuius sententię concordans Genitium Doctor ait Timotheo. *r Hoc scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii & cetera.* Et post pauca: *Quemadmodum Ioannes & Mambres resistuerunt Moyse: ita & isti resistunt, veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficiunt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Vnde & vos impudenter detrahentes azymis, & illi viuifico mysterio Redemptionis nostræ inauditas iniurias irrogare non timeatis. Nec mirū si in secretis cœlestibus acies mentis vestræ caligat, quandoquidem in terrenis tam peruersè erat, vt azymum, quod visu & tactu, atq; gustu simul, & vsu quotidiano panem comprobat, lapidē seu siccum lutum lateris credat. Et o quam dignam erroris sui mercedē vestra vesania reciperet, si vobis retrufis, & omni consolatione humani victus fraudatis, lapidē seu siccum lutum lateris apponeret aliquis pro azymis. Ibi proculdubio in summo discrimine vestro dileceretis plurimū distare lapidem siue laterē ab azymis, & quod lapidibus seu lateribus paries, azymis autē confirmetur cor hominis. Quæ quamuis humanam vitam temporaliter sustentent, tamen sine anima esse sicut & fermentum, nullus negare audeat, nisi Manichæus demens. Nam in corporis Christi mysterio indubitater vitalis esca fiunt perpetuò. Sed dum nitimini Apostolicæ Sedi derogare super azymis, putredine inueteratæ hæresis vos scatere monstratis, asserendo animam inesse panibus fermentatis, etiam absq; mysterio Dominicæ passionis.

o Ioan. 7.

p 1. Cor. 15

q 2. Pet. 2

GRACORVM DICTERIA REVELAVNTVR. 1. 2. Tim. 3

Quod autem calumniamini azyma deorsum terræ coniuncta,

DIVER-  
SVM A  
COMMV-  
NI AZY-  
MVM  
QVOD  
CONSE-  
CRATVR.

Act. 6.

Deut. 16

IAC TAN  
TIA OR  
CORVM.

Mat. 5.

Id. 13.

QVALE  
PASCHA  
IN HAC  
VITA.

Psal. 2.

f Ioan. 16.

Collos. 3

DETRA-  
HENTES  
AZYMI  
GRACI  
CONFV-  
TANTVR.

h Matt. 5

Id. 13.

sancta, no negamus vulgo hæc eadem sic parari lapidibus, aut argilla superposita, non sicut dicitis terræ coniuncta. Verum hæc ad communes vsus hominum & ceterorum animalium transeunt. Nam ad magnam Christi mensam non accedunt, sed illud solum, quod diaconi cum subdiaconis, seu ipsi sacerdotes facris amicti vestibus cū melodia Psalmorum conspersum, & in ferro paratum ex secretario proferunt. Nempè sicut Apostolici Actus indicant, diaconi specialiter constituti sunt super hoc opus, Petro dicente: *Non est æquum relinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis.* Vos autem, quia sicut facere nos reprehenditis, nec in lapide, aut argilla, seu aliquo metallo vestrum fermentatum paratis: ergo aut in aqua paratis, aut de celo manna venit vobis, quod ad humanos & diuinos vsus habetis. Sed ad reliqua friuola vestra veniatur. Non inuenitur <sup>b</sup> Moyses dixisse azyma malæ passionis & tribulationis symbola esse, sed *lechem oni*, id est, panem afflictionis, non quod naturaliter aliquid afflictionis in se habeat, sed quod Hebræis ad memoriã reuocet, quia ab Aegyptiis exire compulsi conspersam farinam, antequam fermentaretur apportarint in humeris. Quæ vt superius sufficienter differuimus, nil nostagunt iuxta carnalis obseruantie ritus. Ideo discutiamus quod sequitur.

Constantinopolitanus.

Nostrum verò Pascha gaudium & lætitia totum est, & extollit nos ab humo propter gaudium ad cælum, sicut & fermentum propter proprium calorem panem: qui panis omni suauitate repletus est. Azymum verò neque sal, neque fermentum habens lutum est aridum. Aut nõ audistis Iesum dicentem e Discipulis suis, *quia vos estis sal terra, & quoniam simile est regnum celorum fermento quod accipiens mulier abscondit in farina satis tribus donec fermentetur totum?* Mulierem sanctam Ecclesiam vocat, satis verò tribus, hoc est tribus modijs repletis, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quorum nequaquam lutulentum azymum est particeps.

Romanus.

Optamus vobiscum celebrare Pascha, quod totum sit lætitia, & plenum gaudium, in terra scilicet viuentium, quia hoc nemini concessum est in terra morientium, vbi & de præteritis scandalis subest gemitus, & de futuris metus. Vnde si cupitis de continuo Pascha postmodum gaudere, in isto annuo non satis interim sine timore, sed iuxta Psalmistam monet: *Sequitur Domino in timore, & exultate eum tremore:* atque instanter cum Apostolis petite: *vt gaudium vestrum sit plenum.* Illud etiam quod asseritis, id est, vestrum Pascha vos ab humo sustollere ad cælum præ gaudio: ita agere debet omnino: *g Quia si consurrexistis cū Christo, que sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedes, que sursum sunt sapite, non qua super terram.* Si n alias, iam non leuatur anima vestra ad Deum, sed contra Deum. Sanè quoniam vestrum gaudium comparatis fermento, quod suo calore panem extollit: ambigimus iam quale illud gaudium sit, quia fermētum in bono accipi vix inuenimus, nec fermentatus panis absque consecratione est aliqua suauitate plenior azymis panibus, quos plerique sibi salubriores & sapidiore arbitrātur. Sed qualis fuerit propositio, aperit hæc vestra conclusio.

Constantinopolitanus.

Azymum verò neque sal, neque fermentum habens lutum est aridum.

Romanus.

Iteratis contumeliis in tantum azyma lacestis, vt pene omnibus visibilibus & inuisibilibus naturis iniuriam irrogetis. Si enim (vt definistis) lutum aridū est, quidquid neque sal, neque fermentum habet: ergo beati spiritus & animæ iustorum, siue ipsa quatuor elementa, ex quibus omnia visibilia existunt, lutum aridum sunt, quoniam neque sal neque fermentum habent. Nec sufficit vobis tantum nefas euomisse, nisi insuper Dominum testē vestre opinionis produceretis, quali pro sola cōmendatione & confessione vesteri fermentati dixerit Discipulis: *Vos estis sal terra.* Et: *Simile est regnum celorum fermento.* Ergo quia verba, quæ sunt spiritus & vita, ad litteram placet vobis

Ioan. 13  
Luc. 13.

intelligere: placeat etiam fermentato vel tunc aliquid palmitum, & sinapi adiungere. Nam idem Dominus dicit Discipulis: *Vos estis palmites.* Et: *Simile est regnum celorum grano sinapis,* quod scilicet calorem administrat, quem tantopere vestra calumnia in fermento collaudat. Noueritis tamen ipsam de fermento abscondito expositionem vestræ Catholico dogmati contrariam. Si enim mulier illa Ecclesiam signat, & tria fata sanctam Trinitatem, vbi & quædo, & ad quod Ecclesia in ipsa beata Trinitate fermentum abscondit? An forte quisnam summo & incommutabili bono Deo quidquam augmenti aliquando conferre potuit, aut poterit? Quapropter conuenientius parabolam hanc exposuissetis, si regnum celorum sanctam Ecclesiam significare dixissetis; fermentum autem doctrinam Apostolicam, tria fata, tres filios Noe, quibus post diluuiū mensuratur farina, id est totius humani generis massa. In qua vtiq; mulier, id est, cœterna Deo patri sapientia facta ex muliere, doctrinam Apostolicam quasi fermentum recōdidit, & regnum celorum, id est, præsentem Ecclesiam ex diuersis nationibus coadunauit.

Iam quia post multiplices azymorum obreccationes ad hoc prorupit vestra insolentia, vt in ipsa terribilia & viuifica sacramenta Redemptionis nostræ apertis contumeliis irreuerenter insurgat, & azymum exclamet lutulentū, & nequaquam S. Trinitatis particeps esse: respondere cogimur deinceps vobis stultis iuxta stultitiam vestram, ne vobis sapientes videamini.

Certissimè scietis, quod gloriatio vestra stercus est & vermis. Hodie enim extollimini, & cras non inueniemini, & secundum Psalmistam, *vt puluis ante faciem venti comminuemini,* & vt lutum laterū delebimini, iuxta Proverbia Sapientis: *De stercore boui lapidati, & velut stercus in va concuand, sicut & antecessores vestri hæretici, ac præcursores Antichristi.* Vt enim in libro beati Iob dicitur: *Ex quo posuit Deus hominem super terram, cognoscitur laus impiorum breuis esse, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Vnde quia in eo putatis vos sapientes, si aliorum institutionibus detrahatis: hinc par pari referemus, quod vestra impudentiam mordebit, vt retrahat à reuerendorum sacramentorum iniuriis. Salua ergo, vt dignum est, reuerentia corporis Domini nostri Iesu Christi, & in fermentato, & in azymo, perquiramus, an fermentatum ad humanas mensas preparatum sincerius ac mundius sit plebeio azymo: & primò omnium ab origine fermentatum repetamus, vt perspecta diligenter eius scaturigine verax iudicium de puritate fermentati habeamus. Necessè est enim, vt riuus fontis sui qualitatem, & naturam sequatur. Ita enim originem fermēti inuenire cupimus, sicut hominis cuiuslibet originem ipsam matrem omnium terram inuenimus. Nam si hominis originem alium hominē dixerimus, iam propago, non origo erit; quomodo nec fermentum fermenti origo esse poterit. Sicut enim sententia vulgi extat, fermenti origo fit, cum aut spuma multi, seu fex cuiusdam rusticæ potionis, quæ apud Gallos ceruifia dicitur, vel certè ius elixati hordei, aut ciceris, siue lac ficulneæ, vel pecorum corruptum inijcitur consperitæ farine. Cum ergo spuma, fæx, elixatura leguminum, & lac ficus vel pecorum corruptum apud homines computentur inter sordida, constat fermentum sordibus non carere per omnia. Mistra autem, cuiuscunq; fermentum inijcitur, necesse est corruptur. Sicut ait sapientissimus Paulus: *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Vbiunque autem corruptio, tam in diuinis, quam & in humanis litteris dicitur, ibi etiam deterioratio, seu vitiositas aliqua substantiæ accidisse comprobatur. Vnde si non potest aliquando corruptio in bonam partem intelligi, nulli dubium est, quin fermentato azymum mundius sit, quod nullam corruptionem fermenti admittens, ex munda farina tamen, & pura aqua conficitur. Fermentum quoque si aliquandiu in massa negligitur, tanto acrore eam corrumpit, vt ultra humanis vlibus non proficit.

Deinde panis fermentatus paruo situ efficitur mucidus, quod rarissimè incurrit azymus, vt pote planus, & solidus, non tumidus, & cauernosus vti fermētatus. Qui licet

mpsa. 34

Eccl. 22

Iob 20.

DE FER-  
MENTI  
ORIGINE

1. Cor. 5

CVI SIMI  
LES GRÆ  
CI.a1. Cor. 8.  
b1. Tim. 6cMat. 16.  
d1. Cor. 5

eAmos 4

AZYMA  
CONFEC-  
TA IN SE  
CRETAR-  
IO OF-  
FERVNTURERROR  
GRÆCO  
RVM.

f1. Cor. 11

gMat. 14

magna ex parte impar sit vestris laudibus, tamen per omnia par est vestris moribus. Ipse enim sermō veteri corruptus deprehenditur acidus, cauernosus, & tumidus; & vos haud secus humana opinione corrupti loquacitate, apparetis acidi, calliditate cauernosi, & vt diuinæ scientiæ vacui. Humana scientia inceditis inflati, iuxta illud dictum Apostoli: *a Scientia inflat*. Cui etiam supradicta vitia inesse idem Apostolus attestatur, Timotheo dicens: *b Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei qua secundum pietatem est doctrina, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemia, suspiciones mala, consiliations hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt*. Quod verò fermentum sicut præfati sumus, in diuinis, & humanis litteris in malum ponatur, Dominus ipse in Euangelio testatur: *c Cauete*, inquit, à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Et Paulus: *d Expurgate*, inquit, *vetus fermentum*. Et paulò post: *e Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitia*. In secularibus quoque litteris Satyrus effeminationem, & corruptos mores Romanorum redarguens ait:

*Quid didicisse nisi hoc fermentum, & qua semel intus.  
Innata est, rupto iecore exierit caprificus?*

Et si omnes scripturas perscrutati fueritis, nunquam & nusquam fermentum in bonam significationem poni inuenietis, nisi in vno loco Euangelij, vbi regnum celorum fermento simile Dominus dicit: doctrinam videlicet Apostolicam significans. Si verò omnes reuoluatis scripturas, nunquam & nusquam inuenietis azyma poni in significatione contraria, sed ad sinceritatem, aut veritatem significare, sicut Apostolus dicit: *e Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis*. Vnde vestra duplicitas suo fermentato contenta, Romana & Latina simplicitati azymum extorquere desinat, ne si pertinax fuerit, anathema maranatha cum suo fermento fiat, & Prophetam sibi exprobrantē audiat: *e Ite ad Bethel, & impie agite & sacrificate de fermento laudem*. Nunc videatur, quam Ecclesiarum maioris diligentia, & subtiliori significatione Dominici corporis proprietatem & veritatem imitetur.

Romana quippe & Occidentalis Ecclesia à ministris sacri altaris in secretario cōfectum offert azymum, quod ex grano frumenti & limpida lympha per ignem fuerit præparatum, significans, se in vna Mediatoris Dei & hominum hominis Iesu Christi persona tres perfectas credere & venerari substantias, humanam scilicet carnem, animam rationalem, & Verbum Dei Deum: & granum quidem assimilari carni, quam de sola virginis carne, quasi ex gremio matris terræ sola virtute cœlesti, non autem aliqua commixtione virili factam omnipotens diuinitas animauit, puriorem substantiam, id est, animam, quasi aquam præclaram & mobilem ei infundens. Quas geminas substantias ab ipsius virginalis conceptionis exordio Verbum Dei ritè suscepit, & mediante suæ diuinitatis calore tanquam igne sibi constrinxit, & consolidauit. Taliter præparatus azymus fideli inuocatione totius Trinitatis fit verum & singulare corpus Christi, non sicut Theopaschita volunt, corpus patris, & Filij, & Spiritus S. quod & vos videmini sentire, dicentes Patris, & Filij, & Spiritus sancti particeps non esse azymum, vt subaudiatur, sicut fermentatum est particeps eorum.

Ex qua praua sententia, si non vultis cum Theopaschitis damnari, nolite in ipsa commemoratione Dominicæ passionis aliquod participium, seu communionem præter solam consecrationem, vel cooperationem concedere sanctæ & impassibili Trinitati, quia mors solius humanitatis Filij Dei annuntiat in illo sacramento visibili, vt Apostolus ait: *f Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiatibus donec veniat*. Ipse quoque Dominus Iesus in speciali commemorationis suæ priuilegio Discipulis distribuens panem, ait: *g Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*: Meum, inquam, quod Spiritus sancti septemplex gratia subnixum ipsa sapientia Dei Patris æterni ædificauit mihi templum quadraginta & sex diebus in vtero, & ex vtero intactæ Virginis, quod-

FERMEN-  
TA VM  
GRÆCO-  
RVM  
QVALE.

h1. Co. 10.

iMat. 26

VSVS EC-  
CLES. HIE-  
ROSOLY-  
MITANÆ  
LATINÆ  
SIMILIS.

que mox pro vobis & pro multis per passionem crucis in mortem resoluendum omnipotens Trinitas post triduum suscitabit, non permittens Sanctum suum videre corruptionem. Meum, inquam, hoc est Filij Dei, & filij hominis, qui vadit, sicut scriptum de illo. Quapropter sicut prædiximus, tota beata Trinitas in cōsecratione Eucharistiæ cooperatur, sed sola mors Christi in fractione eius, & in esu annuntiat.

Hinc iam quæ apud vos habeatur disciplina, & cautela super tanto mysterio, animaduertamus. Vos aliquando pretio fermentatum à quocunq; viro, seu femina præparatum habetis, in tantum, vt nonnunquã ab ipsis publicis negotiatorum tabernis emptum panem ad Dominicam mensam transferatis; quem tractatum illotis & sordidis quorumlibet manibus negare non potestis. Qui sanè iuxta vestram narrationem quinque substantiarum particeps est, id est, fermenti, farinæ, salis, aquæ, & ignis. Quarum omnium significationes congruas in illa simplici, & sincera carne Saluatoris si habetis, dare nobis. Par est enim, vt de fermentato nobis rationem ponatis, quemadmodum nos de azymis vobis, ne fortè, quod absit, peruersitas Manichæorum ad fulcendum errorem suum asserat has quinque substantias in sacrificium Christianorum allumi propter quinque antra tenebrarum, quæ fingunt, mentiendi ibi. Data quoque euidentem causam illius circumcissionis, qua coronulam panis ad sanctum sacrificium ferro leuatis, cum immaculata hostia immaculatum corpus Domini aptius videatur significare, & integritas panis, integritatem Ecclesiæ; quæ corpus Domini fit participatione eius integerrimi corporis. Quod qualiter fieri debeat, Paulus Corinthiis ita prædicat: *h Panem quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & vno calice participamus*. Vnde & Dominus panem accepisse, benedixisse, & fregisse, non autem legitur ante vel postea incidisse.

Deinde quod sanctum panem vitæ æternæ in calice intritum cum cochleari sumere consuectis, quid opponitis? neque enim ipse Dominus panem in calice viuui intriuit, & sic Apostolus dedit, dicens: *Accipite, & cū cochleari comedite, hoc est enim corpus meum*. Sed sicut sancta Romana Ecclesia vsque nunc obseruat, panem integrum benedixit, & fractum singulis particulatim distribuit, dicens: *i Accipite & comedite hoc est corpus meum*. Quibus postquæ cœnatum est, calicem porrexit, dicens: *Bibite ex eo omnes*.

Quam reuerendam Angelis & hominibus institutionem etiam sancta Sion, prima scilicet Ecclesia vsq; ad hæc moderna tempora, sicut ab Apostolis recepit, fideliter retinuit. Ad eò vt quidam Hierosolymitanorum pontificum, datis epistolis, significauerint, quantum illorum institutio discrepet à Græcis. Sic enim scriptum reliquerunt: *Ex ipsa sancta ciuitate Hierusalè, quæ & sancta Hierosolyma, exiit fides Christiana? In ipsa quoque sancta Sion, & sancta Resurrectio primæ ecclesiæ dicitur, & veraciter habentur*. In ipso sancto & venerabili loco adimpletur diuina & immaculata oblatio Domini nostri Iesu Christi, sicut decet per ordinem. Et puto quia benè faciunt ibi, quod non nisi integras & sanas ponunt ipsas oblationes in sanctas patinas, nec quomodo Græci habent lanceam ferream, qua scindat in modum crucis ipsam oblationem, id est \* pro sancto Missæ. Porro in præfatis ecclesiis cum ipsa sancta patina sanctam anaphoram, id est, oblationem exaltant. Etenim veræ, & aptæ sunt ipse oblationes, tenuesq; ex similia, lanceam verò ferræam nesciunt, nisi quæ latus Domini nostri Iesu aperuit. Cochlear autem, cum quo communicent, sicut in ecclesia Græcorum, minimè habent, quia non ita commiscet sanctam communionem in calice, sed sola communionem communicant populū. Itaq; & in magnis, & in partibus ecclesiis hunc more traditum sibi à SS. Apostolis habent oēs Christiani ipsius prouinciæ. Græci autē cohabitantes eis, alij sic, alij qualiter à suis acceperunt. Ad hæc, si quid ex sancta & venerabili Eucharistia in Hierosolymitanis ecclesiis supplerit, nec incendunt, nec in foueam mittunt, sed in pyxidem mundam recondunt, & sequenti die communicant ex ei populū, quia quotidie communicant ibi, eo quod

DETESTATIO PRAVI VSYS.

a Ioan. 6.

b Ibid. 13.

CHRISTIPLO FACTVM QVOD FIT.

c Iob 9.

d Psal. 109

DE AZYMIS RVR-SVM OBLECTIO.

e Heb. 7.

f 1. Cor. 11

CONFV-TATIO OBLECT. DE AZYMIS.

g Ibid. 5.

conueniunt illuc ex diuersis prouincijs Christiani, qui propter fidem & maximum amorem Filij Dei communicari ibidem desiderant, quia, & locus ipse venerabilior, & sanctior est omnibus locis in omni terra; & ibi est sepulchrum sanctum & honorabile Domini nostri Iesu Christi, & sanctus Caluarie locus.

Subterrare autem, vel infodere sanctam Eucharistiam in terra, sicut quidam dicuntur agere, aut in lagenam mittere, aut effundere illam, negligentia magna est, & nullus timor Dei. Et enim Fides Christianorum ipsa impolluta, & diuina mysteria sunt, sicut quod Christus dixit: *a Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, vita uiuet in aeternum.* Sed de his haec tenes praecipue cum vos ipsi postitis haec colligere subtilius ex tenore epistolae illius, quam istic ex Graeca Latinam penè fecimus. Vbi luce clarius intelligi datur, eundem ritum diuini sacrificij sanctam Hierosolymitanam Ecclesiam obseruasse antiquitus, quem sacrosancta Romana Ecclesia obseruare non cessat hactenus. Siquidem tenues oblatas ex similia preparatas integras & sanas sacris altaribus nos quoque superponimus, & ex ipsis post consecrationem fractis cum populo comunicamur, & tunc demum calice meri & liquidi cruoris potamur: quandoquidem nemini Discipulorum nisi Iudae b proditori intinctum panem à Domino porrectum inuenimus, significante, quod eum esset traditurus. Pari modo etiam residuum Dominicae oblationis reponimus.

Iam quia sufficienti auctoritate noui & veteris Testamenti colat, Dominum nostrum Iesum Christum commemorationem suae passionis recolendam in azymo Discipulis sub ipsa caena commendasse, sicut hodieque sancta Romana, & Latina Ecclesia noscitur recolare: dicere debetis cuius institutionem in fermentato tam obstinate defenditis. Nempè quicumque seu qualiscunque ille fuerit, iuxta beatum Iob c compositus Deo, qui est ipsa Iustitia, & Sapientia, nec iustus, nec sapiens erit. Nec potest fieri ut quilibet conuenientius aut uerius commédare praualuisset sacrosanctum mysterium Fidei, quam ipse, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis, Agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi. Cui comparata etiam perfecta cuiusuis scientia summa est ignorantia. Quapropter euentilemus reliqua dicta uestra.

Constantinopolitanus.

Dicit autem & Dauid de Christo: *d Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* Qui ante Moysen & Abraham, coeli, & terrae, & ceterarum creaturarum agnoscens Deum exurgens obtulit illi panem & uinum. Ideo dicit diuinus Apostolus: *e Quoniam si consummatio per Leuiticum sacerdotium erat, non secundum ordinem Melchisedech sacerdos Christus diceretur.* Et quia translato sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. Quae lex lutulenta constituit azyma Iudaeis custodire. Idem ipse magnus f Paulus ad Corinthios prima Epistola de his loquens, inquit: Fratres, ego accepi à Domino, quod & tradidi uobis. Quoniam Dominus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur: Hoc factum est in meam commemorationem. Similiter & de calice: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem. Quotiescunque; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.

Romanus.

Quandiu uestigia doctiloqui Pauli fideliter tenuistis, omnino irreprehensibiliter ecurristis; sed mox ut praecurrere tentastis, miserabiliter deuiastis. Quibus non sufficit aberrasse, nisi insuper Doctorem Gentium in fide & ueritate maluissetis post uos reluctantem trahere, quam illius uestigia repetendo errorem uestrum euadere. Insuper inaudicum praedictum eidem facitis, quando suis dictis cum impugnando azyma lutulenta pronuntiat, quae tam ipse, quam omnis Catholicus esse sinceritatis & ueritatis asserit. Illam deinde etymologiam uestram super pane contra nos defendendo complicem uestrum tan-

tum Apostolum laboratis efficere, quasi in eo quod ueraces Euangelistas secutus ait: Accipit panem, non nisi fermentatum uoluisset insinuare. Quod si fieri potuit, inanis praedicatio, & labor tanti Apostoli erit, euacuabitur mors Christi, quia iam non tradidit semetipsum pro nobis, sed iuste interijt, sicut transgressor legis. Verum quae sit haec uerba etymologia frivola, satis abunde ostenditur supra. Nam uideamus quorsum pertrahere conemini tantum Apostolum suae assertionis funibus.

Constantinopolitanus.

Azyma uero neque commemorationem habent Domini, neque mortem annuntiant, sicut Mosaica, & ante mille quadringentos annos ex lege constituta, & per nouum Testamentum, hoc est, per sanctum Euangelium, & per Christum maledicta, & derelicta.

Romanus.

O sacrilega tomeritas! o uirosa & maniosa Manicheosa dicacitas! o ab hominum auribus & cordibus procul abigenda impietas! Eone pertraxistis Apostolum, ut in tante perfidei barathrum praecipitaretis uobiscum? Ecce illud pestiferum ouum, quod tam diu parturistis, repente peperistis. Ex quo qui comederit, morietur (ut h Isaias Propheeta dicit) & quod fuerit confotum, erumpet in regulum. Ecce, ut claret, dolorem concepistis, iniulitiam parturistis, iniquitatem peperistis, & contra ipsam ueritatem & omnes diuinas paginas mentiri imprudenter latratis, ipsum Filium Dei legem, & azyma quae constituerat, maledixisse. Sed o sancta, o bona, o venerabilis lex cum uniuersis mandatis & obseruationibus tuis! quicumque te, & tua usque ad uinum iota maledixit, maledicit, aut maledicit, sic ille maledictus. Potuitne, aut debuit Dominus noster se ingratum esse, ut tam fidelem & deuotum praeconeum, & constantissimum testem suum aliqua maledictione confunderet, qui non cessauit tota sua intentione signis, mandatis, sacrificijs, caeremonijs atque uerbis gloriam eius conclamare? Et ubi didicistis, quod Dominus legi uel azymis maledixerit? forsan dicituri estis, ubi nouum Pascha tradidit Discipulis, aut ubi surrexit à mortuis. Sed ut superius liquidò cognoscitur, ex ipsis benedictis, & fractis nouum Pascha instituit, & ipsa quae Resurrectionis die à duobus inuitatus in Emaus i castello accepit panem, benedixit, & mox cognouerunt eum ex fractione panis. Quem omnimodo azymum fuisse constat, quia usque ad octauas Paschae nullo modo fermentum in omnibus finibus Israel apparebat. Sane quod ipse factus sub lege, legis testimonium habuerit, dicit Iudaeis: *k Scrutamini Scripturas, in quibus uos putatis vitam aeternam habere, & illa sunt quae testimonium perhibent de me. Et iterum. l Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit.* Vnde in alio m loco protestatur, se non uenisse soluere legem, sed adimplere. Cuius quodlibet minimum mandatum quisquis solueret, etiam in regno caelorum, id est, praesente Ecclesia minimus foret, nedum illam futuram aliquo modo introiret, in qua factor & doctor legis magnus uocaretur, & esset. Ipsa quoque super Resurrectionis die duobus supra dictis Discipulis, n incipiens à Moysi & omnibus Prophetis, interpretabatur Scripturas, quae de ipso erant. Deinde undecim congregatis dixit: *o Oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi & Prophetis, & Psalmis de me. Et quia oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes Gentes. Ecce breuiter Saluator innotuit Incarnationis ac Passionis suae humilitatem, atque Resurrectionis gloriam, omniumque Gentium uocationem, & per baptismum saluationem in ueteri Testamento praemonstrata, & in nouo fuisse exhibitam, ut merito Euangelium nihil aliud sit dicendum quam legis expositio.*

Quae lex uelut bauiula, & nutrix Christi & Ecclesiae, id est, sponsi & sponsae, capitis & corporis in plenitudine temporum praecura Euangelicae gratiae & ueritatis lucerna publicis uisibilibus pariter reuelauit, quos diu in secretis cubiculi occultauit. Tunc repetè illius speciosi forma praefata filiis hominum omni creaturae resplenduit, ubi per sanctos Apostolos, quibus aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas,

DETESTATIO AZYMORVM.

DETESTATIO AZYMORVM.

OBIVRGATIO ET DILVCIÓ OBLECT. DE AZYMIS. h I sa. 54.

i Luc. 24.

k Ioan. 5.

l Ibidem. m Mat. 5.

n Luc. 14.

o Idem.

LEX PRO FIGVA.

mysterium cunctis retro seculis absconditum in omnem terram, & vsque in fines orbis transmisit. Maledicendum est ergo vterus ille, qui spiritu Dei grauidatus ab initio parturiuit omnia sacramenta Christi, & Ecclesie, tandemque in fine seculorum peperit ipsum Euangelium prædicandum vbique? Siquidem vetus Testamentum efficit, vt per nouū libera fronte prædicetur partus Virginis, & credatur resurrectio ex mortuis, atq; per lignum, aquam, & spiritum reparatio humani generis. Alioquin deleret veteri Testamento, nouum euanesceret, fabulaq; putabitur omninò, nec retineri poterit absque caractere suo; quoniam nec paries stabit sine fundamento. Quod ipse Dominus suis factis & dictis supposuit, & Apostolis seu prædicatoribus suis inspirauit, narrationis suæ cursum firmare anchora Testamenti veteris, cuius auctoritatē primus magister Ecclesie profiteatur certiorum esse illa voce, quam super Dominum transfiguratum factam audiuit.

Vnde firmissimè credendum est, & liberrimè profitendum, quod quicunq; veteri Testamento contradicit, etiam noui aduersarius existit, quod velut rota in medio rotæ inesse veteri sanctus Ezechiel vidit. Deinde quasi subiectum, vel fundamentum est vetus Testamentum, cuius ædificium, vel superior pars constat nouum, quod necesse est deficiat, vel corrumpat, deficientem, vel corrumpentem subiecto cui insidebat: & subiecto quidem seu fundamento permanente, permittantur superfidentia sæpè: intereunte autem vel ruente nequeunt pariter non interire vel ruere. Hoc vtique Dominus vtriusq; Testamenti lator intelligi volens, cum posset omnipotenti voluntate vacuas sex hydrias in nuptijs vino de nihilo repente creato implere: maluit tamen certi mysterij gratia prius aqua easdem hydrias à fessis ministris vsque ad summum impleri, & post solo nutu suo mirabile vinum fieri. In quo prouido Redemptoris nostri factò discimus aquam non substantiam suam, sed qualitates, id est, saporem & colorem, & si quas sunt huiusmodi, permixtas, vt animaduertamus ipsum Dominum vetus Testamentum, quo sex mundi ætates per ministerium priorum Patrum repleuerat, non euacuasse, sed innouasse: nec inde quidquam reprobandò minuisse, sed quod ei inerat & latebat, approbandò exhibuisse. In quibusdam enim sola pronuntiatione temporū, seu varietate excepta, lex & Euangelium idem concorditer clamant. Verbi gratia, lex prædicat: *d* Prophetam suscitat vobis Dominus de fratribus vestris. Et: *e* Ecce Virgo concipiet & pariet filium: Euangelium prædicat: *p*ropheta magnus surrexit in nobis, & vobis conceptus, & peperit filium. In quibusdam etiam tempore & themate saluo, commemorant voces pietatis & impietatis, g v est: *d*eus deus meus, vt quid dereliquisti me? &: *h* Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.

Porro si alicui insipida videtur talis lympha, nouerit nullo vitio lymphæ istud sibi contingere, sed nimio palati sui stupore. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia siquidem est illi lex Dei, nec nouit ex ea mentis vëtre salubriter replere, sed perniciosè distendere. Spiritualis autem qui iudicat, & discernit omnia, debriatus ea cum nostro architrachino Paulo fideliter decantat: *i* Scimus quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Et illud: *k* Scimus, quoniam lex spiritualis est. Quod si lex spiritualis est, ministratio spiritus sit spiritualiter examinata, & ministratio mortis carnaliter discussa. Quamuis enim lex suapte natura sit vita, vitio tamen hominum mors fit, sicut idem Apostolus dicit: *l* Quid ergo dicemus: *l* Lex peccatū est? Absit, sed peccatum non cognouit nisi per legem. Et post pauca: *l* itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum, quod ergo bonum est mihi factū est mors? Absit. Sed peccatū vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. Et rursum: *m* Inuenio igitur legem nolentem mihi bonum facere, quoniam mihi malum adiacet. Tandem si sapienter audistis, quæ præmissimus, respicite ab iniurijs legis, quam sanctam, & mandatum sanctū & iustum, & bonum affirmat Apostolus, ne medicum demonstrantem morbos, & curare volentem videamini obruere lapidibus, tanquam phreneticus.

Porro numerosa Patrum coniugia, & ex tribu sua, atque carnalia sacrificia, & circumcissionis, seu variarum purificationum ceremonias, ciborumque differentias noueritis temporaliter carnalibus aut promissa, aut iussa, vt eos talium iugo, vel licentia mandatorū retineret, ne ad idolatriam seu ad cetera flagitia corruerent: spirituales autem significatione futurorum bonorū, quæ in his reprobationibus pro loco & tempore videntur nimii dediti, vt sua condescensione paulatim brutas plebes per signa traherent ad res, tamè quid in his senserint, ex his B. David dictis liquet: *si voluisses sacrificium dedissem, vtiq; holocaustus non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Vnde rursus ait: *o* In me sunt Deus vota tua. Cuius personā suscipiens carnali populo contestatur dicens: *p* Nunquid mē ducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immo la Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Nōne huic, & reliquis Patribus aqua legis colorem & saporem mutauerat, quæ pallida & insipida carnalibus apparebat? Quippe his frigebat, quæ illis sic calebat, vt iam tūc cum Discipulis Iesu dicere possent: *q* Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret Scripturas?

Littera enim legis per Moysen datæ carnales occidebat, cuius spiritus gratia & veritate per Iesum Christum facta spirituales viuificabat: vt illi timore temporalis mortis, ac si frigore contracti inde pallerent, vnde isti amore æternæ vitæ quasi calore vegetati rubebant, & cū Paulo liberè proclamabāt: *r* Plenitudo legis est dilectio, in cuius duobus præceptis charitatis pendere legē vniuersam, Veritas perhibuit: *s* Quod si Deus charitas est, Deo proculdubio aduersatur, quisquis aliquid legi Moysi subtrahere conatur, quæ ipse totam in charitate pendere testatur. Quæ charitas gemina carnalibus & terrenis ceremoniis cōtecta velut quidam bifidus hamus vermiculis seu volaticis plumis inferus, & in pelagus humanæ captiuationis cœlitus demissus vagos & vacuos cœlestium homines inefscatos visibilibus & inuisibili mucrone traiecit, & traiectos ad sinum Angelicæ libertatis retraxit, dicentes Deo in canticorum anticis: *trahere me post te.* Et: *vulnerata charitate ego sum.* Sic dum homo adhæret Deo & homini proximis, decentissima linea, & tanquam aurea mandatorum diuinorum catena pariter ad paradysum retrahuntur.

Deinde quanta instantia Euphrasion Rhodiorū Episcopus legem veterem contra Seuerianos hæreticos defendit, ex subiectis verbis ipsius liquet, vbi intra nonnulla alia dixit: Fundamenta domus præclaræ circa squalida loca sunt posita, vt ea quæ sunt superiūs, nullas contumelias stercoreū patiantur. Superiora ergo domus laquearibus auratis, parietibus pictis, & vario marmorum metallo sunt edita: inferiora verò humori terreno vicina digesta etiam superiorum vniuersa suscipiunt. Quid ergo nunc faciem? si auferimus inferiora superiora corrunt. Tamen si destruenda erant inferiora, non hoc alius poterat nisi Dei Filiiu facere. Videamus ergo vtrum ipse destruxerit hoc quod nos dicimus permanere: *Putatis, inquit, quia veni legem soluere aut Prophetas: non veni legem soluere, sed adimplere.* Et vos ergo saltem his & alijs proprii Doctoris vestri vocibus reuocati, ab iniurijs sacratissimæ legis cessate, ne ab eodem & ab omnibus Catholicis anathema cum Seuerianis sitis.

Sed ne fortè adhuc vobis nimium placeatis ex opinionationibus vestris, cum nihil teneatis diligentius, recapitulamus dictum Apostoli, quem supra ad vestrum suffragium violenter attrahere tentastis, quia ait: *x* Si consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech aliu sergere sacerdotem, & non secundum Aaron dicit? Translatio enim sacerdotio, necesse est vt legis quoque translatio fiat. In quibus verbis sicut superius ostenditur, nil aliud intelligitis consummationem, nisi consumptionem, id est, abolitionem & finem, non qui perficit, sed qui interimit. Quod longè aliter esse idem Apostolus edocet, dicens: *y* Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Vnde quoniam aliter di-

a 2. Pet. 1.

LEX FVN DAMEN- TVM.

b Ez. 66. 10

c Ioan. 2.

d Deut. 18

e Isa. 7.

f Luc. 7.

g Mat. 27

h Psal. 21.

CVI LEX NON SAPIT.

i 1. Tim. 1.

k Rom. 7.

l Ibid.

m Ibid.

QV DAM PRO TEMPO RE TAN TVM DA TA.

n Psal. 50

o Ibid. 55

p Ibid. 49

q Luc. 24

IN CHARITATE LEX PERFECTA.

r Rom. 13.

s 1. Ioan. 4.

t Cant. 1.

EUPHRASION CONTRA SEVERIANOS PRO VET. TESTAM.

v Matt. 5.

x Heb. 7.

LEX CONSUMMATIO NON CONSUMPTIO.

y Rom. 10.

citur finiu panem, aliter finiu telam, accipiamus necesse est Christum finem legis consummantem, non consummentem, perficientem, non annihilantem, complementem, non euacuantem. Qui finis ab initio seculi promissus, & in fine exhibitus dum penderet in cruce, pro nobis sacrificiū vespertinum, & vltimum factus, a sciens quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Qui cum accepisset acetum, dixit, consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. Vbi certè nec Euangelista dixit: vt consumeretur, sed vt consummaretur Scriptura, nec ipse Dominus; consumptum est, sed consummatum est.

a Ioan. 19

b Mat. 27  
c 2. Cor. 3

d Heb. 7.

e Ibid. 9.  
YETERA  
IN NOVI-  
TATEM  
TRANS-  
LATA.

Ad quam morientis<sup>b</sup> vocem velum templi scissum est vsque deorsum, vt iuxta Apostolū<sup>c</sup> accedentibus ad Christum velamen vsq; tunc positum in lectione veteris Testamenti, significaretur ablatum. Quæ consummatio non per Leuiticum sacerdotium fuit; quia attestante Apostolo, d nihil ad perfectum adduxit lex. Ex quibus Apostoli verbis ne fortè resumatis ansam calumniandi, attendite quia nō dixit, nil boni fecit lex, sed nil perfecit. *Habuit enim* (vt idem<sup>e</sup> Apostolus ait) *iustificaciones culturae & sanctum seculare,* & tabernaculum manu factum, & pontifices presentiu bonorum, qui per alienum sanguinem semel in anno introeuntes sancta sanctorum sanctificabant inquinatos ad emundationem carnis, à quibus munera & hostiæ offerebantur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectū facere seruientem solum modo in cibis & potibus, & variis baptisimatibus, & iustitiis carnis, vsq; ad tēpus correctionis impositis. Christus autem assistens Pontifex futurorū bonorum, per amplius & perfectius tabernaculū non manu factum, id est, nō huius creationis, neq; per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, quādo per Spiritum S. semetipsum obtulit immaculatū Deo, & mundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Equidem secundum legem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morti prohiberentur permanere. Hic autem & quod maneat in æternū, sempiternum habet sacerdotium, qui solū proprio semel æternam redemptionem perfecit, quam illi alieno sanguine incessanter imitantes imperfectam retentabant. Quæ vt accessit, omnis ille sacrificiorum seu ceremoniarū carnalium cursus iure conqueiuit.

f Gen. 14.

SACER-  
DOTIUM  
CHRISTI.

g Gal. 4.

h Mat. 5.

Neque enim deinceps pluribus sacrificijs indigemus, quia in vno æternam redemptionem inuenimus, quæ per Leuiticum sacerdotium incepta per Pontificatum Domini Iesu constant perfecta. Qui non secundū Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech idē sacerdos dicitur, s quia panem & vinum offerendum atq; sumendum in veritate carnis & sanguinis sui constituit Fidelibus. Cuius generatio inenarrabilis de patre sine matre, de matre sine patre, nec initium dierum, nec finem habēs, solus verus Rex iustitiæ & pacis. Cui quia conuenientius assimilatur Melchisedech non solum ex vno sacrificio, & genealogia, sed etiam ex prænomine, quam Aaron, dicitur sacerdos Christus secundum ordinem Melchisedech, non secundū Aaron. Denique Melchisedech ille nec corpus, & sanguinem suum in pane & vino diuinitate obtulit, nec sine parentibus, aut initio & fine fuit, neque substantialiter Rex Iustitiæ & pacis, sed quod hæc omnia Scripturæ de illo homine aut tacuerunt, aut dixerūt in manifestiori significatione nostri Melchisedech, cuius ille, sicut & Aaron, vmbra non veritas extitit. Ad quem translato sacerdotio, necesse est, vt legis quoque fiat translatio, à littera scilicet occidente ad Spiritum viuificantem, & à veritate ad nouitatem, ab imperfectiōne ad perfectiōnem, à seruitute ad libertatem, & filiorum Dei adoptionem, à Iudæis ad Gentes, quibus Apostolus ait: *g Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater.* Quæ vtique translatione lex est alterata, non facta alia, immutata non commutata, accessit gratiæ cumulata, non recessu suo exinanita. Sicut Dominus suis inquit: *h Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Nun-

quid dixit, nisi reprobaueritis, aut omninō reliqueritis iustitiam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum? Sed quoniam iustitia illorum erat tātum à malo opere abstinere, voluit Dominus in hoc suorum iustitias superabundare, vt non solum malum ab opere, sed insuper à cogitatione fatagerent reserare. Nam illis ex lege bonum erat non occidere, nec mœchari: istis autē super hoc ex gratia optimum & perfectum non irasci nec concupiscere. Ideō lex ramos malitiæ succidit, gratia verō etiam radices eius euellit.

Et sicut in Resurrectione hoc ipsum corpus humilitatis nostræ, & nō aliud reformabitur; sic & lex ipsa per Euangelium reformata in toto mundo prædicatur. In quæ utiq; reformatione quamuis plurimum decus augeatur, naturæ tamen integritas in nullo aufertur, quando ad similitudinem grani seminatū corpus animale surget corpus spirituale, & seminatū in infirmitate, surget in virtute. Hac quoque reformatione cæli & terra transibunt, non interibunt, transferentur non auferentur. Nec moueamur à nostro sensu, nec terreamur, si nonnulla legis sacramenta exhorret animalis sensus, quandoquidem ipsius sancti Euangelij nonnulla mysteria exhorruit hactenus intantum, vt domino dicente: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis:* etiam maxima pars Discipulorum eius ab eo discessissent, dicendo: *Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* Præterea nouum Testamentum, idē æternum dicitur, quia proculdubio æterna sunt, quæ pollicetur, sicut malis supplicium æternum, bonis verō vitam æternam. Nam quantum ad reformationem, sed conscriptionem, ipsum Euangelium in nouissimo die omninō \* præteribit, vbi deinceps, nec scriptura aliqua necessaria erit.

Ceterum si ad rem pertineret, monstrarem nō mille quadringentos tantum sicut scripistis, sed mille quingētos & amplius annos ab institutione azymorū per Moysen vsque ad Passionem Christi decurrisse. Sed cum nostræ intentionis sit Romani ritum sacrificij approbare: Chronographis relinquimus opinionem vestram de precepto azymorum annorum numero reprobare. Itaque si azyma, quemadmodum astruere conamini, per Christū & eius Euangelium fuerunt maledicta, reprobata, & derelicta, & idē deinceps non debere offerri in sacrificio Domini, quia per Moysen cōstituta sunt Iudæis: sciatis fermentatū quoq; per Moysen constitutū Iudæis, sicut in Leuitico dicit: *m Hæc est Lex hostiæ pacificorum: Offerret panes fermentatos cum hostia gratiarum, quæ offerretur pro pacificis.* Idē Moyses in eodem: *n In Pætecoste offeretis panes primitiarum de duabus decimis simila fermentata, quos coquetis in primitiis Domino, offeretisque cum panibus septem agnos.* Sal quoque, quem tantoperè prædicatis in fermento, per Moysen ita constituitur Iudæis in Leuitico: *o Quæquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal.* Quapropter si à nobis non debet offerri azyma, quia Mosaica sunt: nec à vobis debent offerri fermentatum & sal, quia æque Mosaica sunt. Et quia ab Apostolo paudientes, vetera transferūt, ecce facta sunt noua, insipienter putatis omnia veteris Testamenti reprobata; hinc iam pendendatis necesse est, ad quantas difficultates properet hæc opinio vestra.

Denique si vetera non proficiendo, sed deficiendo transferunt, vnde vobis templum, altare, sacrificium, candelabrum, cortinæ, sanctū chrisima, & tymiana, a personis aqua, thuribulum, & cetera sancti ministerij vasa seu ornamenta, aut vestimenta sacerdotalia? Vnde vobis Encænna, Pentecoste, & Pascha, seu Quadragesima? Vnde vobis pontifices, sacerdotes, & leuitæ, ac reliqui ecclesiastici gradū ex ordine? Vnde primitiæ & decimæ? Postremò vnde vobis dilectio Dei & proximi, ac reliqua mādta Decalogi? Qui ergo secundum vos sic noua facta sunt, vt vetera omninō sint relicta, & per Christū maledicta: abijciamus, pcul ab eius ecclesia, quæ supra diximus, omnia, & plura quæ reticimus, alia, & veteribus contraria, iā fiant noua. Odio habeatur Deus, & proximus, pater & mater in hono-

i Exo. 20.

k Mat. 5.

PERFEC-  
TIONEM  
ACCIPIT  
IMPER-  
FECTVM.

l Ioan. 6.

\*al. petibit

IN FER-  
MENTA-  
TO CON-  
VINCVN-  
TVR GR  
CI IVDAL  
ZARE.

m Leu. 7.

n Ibid. 23

o Ibid.

P 2. Cor. 5

QVOMO-  
DO VETE-  
RA VSV  
RETEN-  
TA.

retur, homo occidatur, omnes mœchantur, furentur, mē-  
 tiantur, concupiscant, adulterent, coniungia nulla sint, om-  
 nis homo ad proximam sanguinis sui, & quæ ei affinitate  
 iungitur, accedat. Ad summam quoq; nec comedatur,  
 nec bibatur, aut dormiatur, sed relinquatur quidquid ve-  
 tus Testamentum exhibuit, & exercuit, tam in cultu diui-  
 no, quàm in vsu humano: & videbitis, quia nec bestia erit,  
 nedum hominis, immò ab eo, quod est aliquid, transi-  
 bitis ad nihil. Nos potius Catholica aure intendentes tan-  
 to Apostolo dicenti: *a Si qua ergo noua creatura, vetera transie-  
 runt, ecce facta sunt noua:* corde credimus, & ore cōfitemur,  
 vetera à vetere homine transeundo ad nouum hominem  
 Iesum Christum noua facta esse, quemadmodū idem Ap-  
 ostolus mox sequutus curauit declarare: *Omnia autem ex  
 Deo, quæ reuoluit aut nos ibi per Christum.* Cuius singulari no-  
 uitate innouantur omnia cœlestia, atq; terrestria. Quoniã  
 quidquid ad cultum Dei seu ad commodum sui vetus ille  
 populus cœlitus acceperat, ad nouum transtulit. Qui idē  
 nouus dicitur, quia ab vmbra, ad veritatem, signis ad res,  
 à timore ad amorem, à seruitute ad libertatem, à filijs ira  
 ad filios gratiæ, à carne ad spiritum est translatus. Vnde  
 dicit Apostolus: *b Vos non estis in carne, sed in spiritu, si tamen  
 spiritus Dei habitat in vobis.* Et quomodo in carne non erāt,  
 quos epistolis instruebat? nisi secundum quod ipse ait: *c In  
 carne ambulantes non secundum carnem militamus.* Hinc rur-  
 sus inquit: *d Nemo nostrum sibi viuut, & nemo sibi moritur.* Et: *e  
 Viuo iam non ego, sed viuut in me Christus.*

42. Cor. 5

b Rom. 8.

c Cor. 10.

d Rom. 14

e Gal. 2.

VETERA  
NOVA  
REDDI-  
TA.

f 2. Cor. 7

g 2. Tim. 2

h Heb. 8.

LEGALIA  
DESE-  
RVNT.

i Phil. 3.

Sic itaque nobis & omnibus in nouitate spiritus ambu-  
 lare fatagentibus, noua facta sunt omnia, templa scilicet  
 & altaria, sacerdotes, sacrificia, candelabra, thuribula,  
 cibus, & potus, & quæcunque carnalis Israël tam in supel-  
 lectile, quã in mandatis retinebat vetera, vt eadem & non  
 eadem sint omnia, instar vtique aquilæ, quæ dum natura-  
 liter renouatur, iuuentus eidem accedit, & senectus, non  
 substãtia ab ea recedit. Pari tenore prædicamus azymum  
 Christianorum longè distare ab azymo carnaliũ Iudæo-  
 rum, quos ad vmbra veritatis obseruandam, & captandam  
 sola promissio, & desiderium terrenæ felicitatis inci-  
 tabat, vt est longæuitas, abundantia frugum, successio fi-  
 liorum, perditio inimicorum, & cetera. Nos verò corpus  
 Veritatis ex azymo & in azymo ritè venerantes atq; reti-  
 nentes, ore & corde prægustamus iam quam suauius est Do-  
 minus, vnũ petentes ab ipso, & hoc requirentes, vt ma-  
 neamus in eo, & ipse in nobis in æternum. Sanè si permutare  
 vultis fermentato azymum, mutare quolibet alio li-  
 quore vinum, quo, sicut & azymo, Christus & vetus pas-  
 scha finiuit, & nouum inchoauit. Si enim vinum recipitis,  
 azymũ cur abijcitis? Quod verò passio & mors Christi cō-  
 uenientius annuntietur azymo quàm fermentato, & ex  
 hoc cōprobatur, quod Dominus ipse azymo Discipulis  
 memoriam sui agendam tradidit, & quod in lege panis af-  
 flictionis dicitur: vt per hoc præmoneamur affligere ani-  
 mas nostras: & pariter offerre Deo spiritũ contribulatum,  
 cor contritum & humiliatum, illud Apostoli recolentes:  
*f Cum timore & tremore vestra ipsorum salutem operamini.* Et: *g  
 Si compatimur & conregnabimus.*

Porrò quæ per legem fuerunt vsq; ad tempus corre-  
 ctionis impositã carnalibus Iudæis, Paulus breuiter colligens,  
 inquit: *h Munera & hostia offeruntur,* quæ non possunt  
 iuxta conscientiam perfectũ facere seruientem solum-  
 modo in cibis, & potibus, & varijs baptismatibus, & iusti-  
 tijs carnis. Carnales ergo victimæ, atq; purificationes varia  
 in lege, in quibus maxima & prima erat circumcisio,  
 & ceteræ iustitiæ carnis, vt est differentia ciborũ, festiuitas  
 tabernaculorum, non arare in boue simul & asino, nec  
 ferere agrum diuerso semine, & his similia, quæ nil sancti-  
 tatis conferebant conscientijs, excepta deuotione obedi-  
 tiæ, & admonitione spiritali mūditiæ, data sunt vsq; ad  
 prænitum tempus à Patre, quando per filium suum factum  
 sub lege redemit eos, qui erant sub lege, cuius carna-  
 les iustitias euadens idem Apostolus ait: *i Quæ aliquando fue-  
 rant mihi lucrã, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta,  
 & non solum detrimenta, sed etiam sterora,* vt inueniat in illo nõ  
 habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed quæ ex Fide Iesu Chri-

sti. Quod Colossensibus quoq; denuntiat, dicēs: *k Nemo vos  
 iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut Neomenia, aut  
 sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum.* Hactenus defendisse  
 legem Moyfi, & azymum Eucharistiæ Christi sufficiat: iã  
 discutiamus vestra quæ restant.

k Coll. 2.

Constantinopolitanus.

Sabbatha verò quomodo in Quadragesima Iudaicè  
 obseruatis, aut non audistis in Euangelio dicentem: *l Quia  
 transeunt Discipuli in sabbathis, ceperunt iter agere, euellentes  
 spicas & comedentes. Dicebant autē Iudæi ad Christũ: Vides quid  
 isti faciunt in sabbathis? Qui dixit etiã. An nescitis quid egerit Da-  
 uid cum esurieret ipse, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in tē-  
 plum, & panes propositionis comedit? &c.* Et quia sabbathum  
 propter homines factum est, nõ homo propter sabbathũ.  
 Qui & dicebant: *m Quoniam homo iste non est ex Deo, qui sabbathum  
 non custodit.* Et iterum: *n Loquente Christo in sabbato  
 ei, qui manum aridam habebat: similiter &.* Ei qui dæ-  
 monis spiritum habebat, in sabbato mundato, & murmurantibus  
 Iudæis & similia dicentibus, dicit Christus: *o Hypocrita, vnũ, quisque  
 vestrum non soluit asinum à præsepio, aut bouẽ suum in sabbato,  
 & ducit adquare? Et paralyticũ similia, quem sanum fecit. Et idē  
 qui sabbata cum azymis custodiunt, neque Iudæi, neque Christiani  
 sunt, sed similes sunt leopardo, sicut magnus dicit Basilus, cuius  
 capilli nec nigri sunt, nec albi omninò.*

Luc. 6.  
CALVM-  
NIA GRÆ-  
CORVM  
IN LATI-  
NOS.

m Ioan. 9.  
n Mat. 12

o Luc. 13.

Romanus.

Quod nos sabbatha nec intra nec extra Quadragesimã  
 Iudaicè obseruemus, sufficiens monstratur superius; Vos autem  
 si non Iudaizatis, cur saltem Quadragesimæ non parcitis, ne cum  
 Iudæis feriat, & epulantes, ieiunium Christi in sabbato  
 dissoluatis? Vnde testimonia Euangelica quæ posuistis, omninò  
 refragantur vobis, suffragantur verò nobis. Denique nos vt  
 discipuli Iesu non solũ iter agimus in sabbato, & spicas euellim;  
 sed insuper piscamur, & quidquid oportet, operamur, & hora  
 comperenti comedimus. Vos quia legitis Discipulos spicas  
 transeũdo comedisse, à luce prima in vesperum studeatis  
 varijs delicijs, & multo mero crapulã continuare. Nec mirum,  
 cum istic quoq; obliuio etymologiæ vestræ, ex nomine quod est  
 artos, dixistis Dauid comedisse panes propositionis, id est,  
*τὰς ἀρτους τῆς προθέσεως,* quos negare non potestis fuisse  
 azymos, si qua scientia veteris legis remansit apud vos:

DILVTIO  
ILLATÆ  
CALVM-  
NIÆ.

Deinde quoniam sabbatum propter hominem factũ  
 est, non homo propter sabbatum, nullo conuiuio, aut otio  
 honoratur apud nos tãquam dominus, sed oneratur ieiunio,  
 & labore velut deuotus seruus Dominica sepultura occupatus.  
 Mox succedente die quam specialiter fecit Dominus, solenniter  
 exultamus, & lætamur, quia in ea Christus resurgens à mortuis,  
 iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quin  
 etiam pro custodia sabbati non timemus à Christo notari  
 hypocritam, quoniam in eo non tantum manum aridam, sed  
 totum corpus curadũ offerimus Deo, & medicis. Nec tantum  
 bouem, & asinum soluiumus à præsepio, sed ducimus adquare,  
 sed etiam arare. At vos volentes esse legis doctores, nec  
 intelligentes, quæ loquimini, neq; de quibus affirmatis,  
 assertionem vestræ opinionis sic conclusistis:

Constantinopolitanus.

Et idē qui sabbata cum azymis custodiunt, neq; Iudæi,  
 neq; Christiani sunt, sed similes sunt leopardo, sicut magnus  
 dicit Basilus, cuius capilli nec nigri sunt, nec albi omninò.

Romanus.

O mirabilis Græcorum philosophia! ò ars Pelasga! ò  
 Atheniensis & Academica perspicacia! Vnde tibi tãtus stu-  
 por & vertigo repentina? Verè triplici fune lingua tua di-  
 uinitus est ligata. Nam Græci sapientiam querunt, quam  
 simplex prædicatio Christiana Fidei stultam effecit, sicut  
 Dominus promisit: *p Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam  
 prudentum reprobo.* Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi con-  
 quisitor huius seculi? nonne stultam fecit sapientiam huius  
 seculi? Qua stultitia vos repleti, nec secundũ diuinis paginas  
 definitis aliquid, & magnum Basilum secundum humanas  
 monstratis definisse nihil. Falsissimum enim est, vt qui  
 sabbata-

Pl. Cor. 1.  
REDAR-  
GVN-  
TVR MVLT  
TIPlici  
TER GRÆ-  
CI.



sabbatha & azyma cultodiunt, nec Iudæi, nec Christiani sint: quia verissimè Iudæi sunt, qui sabbatha & azyma cultodiunt carnaliter. Sed & illud in infinitam dubietatem recidit, nec vilo modo cõsequens erit, vt leopardus sit tãtum, cuius capilli nec nigri, nec albi sunt, quia præter hęc, innumerabilia animalia existunt, quorum pili nec nigri, nec albi sunt. O egregij scrutatores diuini eloquij! O dociles discipuli magni Basilij! ex cuius præclaro fonte nihil nisi lutum haurire præualuistis, cum hinc inde vobis resonaret riuus ille cœlestis lactis æterni mellis, Romanam & omnem Occidentalem Ecclesiam vocans dominã, & obsecrans succurrere perditioni Orientis. Nunc gratias subuertere Latinam Ecclesiam molientes, armamini contra nos quasi Basilij sententia, quæ multo vecordior inuenitur illa ridicula Tiresiæ prophetia. Quidquid dicã, aut erit, aut nõ. Nempè accidit vobis illud Satyrici prouerbiũ: Parturiunt mōtes nascetur ridiculus mus. Atq; a vtinã tacuissetis, vt putaremini sapientes, seu Sapientia dicitur: *stultus si tacuerit, sapiens reputabitur*; modo autẽ stulticia vestra omnibus nota est. Hinc reliqua perspiciamus.

*Constantinopolitãnus.*

Quomodo autẽ suffocata hi tales comedunt, in quibus sanguis tenetur: aut nescitis, e vt omnis animalis sanguis anima ipsius sit, & qui comederit sanguinem, animã comedit: Et idcirco secundum hoc nec Gentiles ex toto sunt: illi occidunt aut \* plagentes comedunt.

*Romanus.*

Cur ex lege istud secundum vos per Christum maledicta & derelicta mandatum vobis opponitis? Nunquid vobis solis licet quid quilibet, vt modo ad legis patrocinium humiliter recurratis, & modo ab ea superbe tanquã anathematizata resiliatis? Nonne vetus lex, & non Euangelium interdict, d vt omne suffocatum, & captum à bestia non comedatur, quia anima omnis animalis in sanguine est? Constat vtique hoc mādaturum ex illis esse, quæ carnali populo ad qualemcunque munditiam, seu iustitiam carnis, non ad aliquam sanctitatem mentis daturunt ad tempus. Est enim de cibo vnde Apostolus edicit: *Nemo vos iudicet in cibo*, ac si aperte diceret: Nemo vos velut Iudæos discernat ab his, inter quos habitatis, in differentia scilicet ciborum, & in reliquis quæ idem Apostolus adiecit. Quod autẽ hic iudicare dixerit discernere, in epistola ad Romanos liquet, vbi de diuerso ieiunio quorundam loquens, ait: *Alius iudicat diem inter diem: alius iudicat omnem diem*. Quapropter quia sicut idem ait: *Alius credit se manducare omnia*: is qui manducat quẽdam, obseruans morẽ suæ prouincia, & præcepta maiorum suorum, manducantem nõ iudicet: *Tu enim qui es, qui iudicas alienum seruum*, qui salua fide, & pura conscientia comedit quidquid à maioribus suis comedendum accepit? vt enim Dominus ait, h *Non quod intrat in os conquinat hominem*, & secundum Apostolum, *omnia munda munda, conquinatis autem & insidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mens & conscientia*. Quod Romanis denuntians ait: *Scio & confido in Domino iesu, quod nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse, illi commune est*. Et post pauca: *Qui discernit, si manducauerit, condemnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non ex fide, peccatum est*.

Sed quamuis omnia munda sint, tamen secundum eundem Apostolum, malum est homini, qui per offendiculũ manducat aliquid, quod frater modicæ fidei, & adhuc infirmus in fide credit immundum, & propter hoc non comedendum. Cui condescendere debemus in abstinentia escarum huiusmodi, vt possimus eum Domino lucrari, ne religionem Christianam pro aliqua esca incipiat abominari; & cibo nostro perdatur frater, pro quo Christus mortuus est. Nos ergo, quamuis à Domino & ab Apostolis licentiam habeamus māducare omnia, quæ nec nostræ, nec fraternæ salutis offiunt; consuetudine tamen prouinciarum, & præceptis maiorum nostrorum hætenus detenti, deuitamus comedere nonnulla, non quia mala aut immunda sunt, sed quia aut nobis aliquo modo non expediunt, aut lōgo vsũ in naturã iam versã horrent. Nõne dra-

co in populis Aethyopũ esca datus dicitur, & nõnullã na-

tionẽ quibusdam velcuntur, quæ aliæ penitus abominantur? Cur hoc, nisi quia vnaquæq; gens in suo sensu abundas, quædam sibi assumpsit, quædã reiecit? Vnde nos quoque absq; culpa in antidotis plurimã percipimus, quæ ex serpētib; & ex aliis quæ execramur, animãtibus assumpta esse non dubitamus. Quod ergo infirmo qualiscunq; medicina, hoc fame pereũti qualiscunq; esca. Et sicut abominãdus non est infirmus artificiali refectus sanguine & cadauere aliquorum reptilium; sic nec fame tabidus, si sanguine & suffocato naturaliter sustentat miserabiles artus, potens etiam ad litteram cũ beato Iob n dicere: *Qua prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sum*. Omnis n. creatura Dei bona, & nihil rejiciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationẽ.

Et vos peregrinos egenos, & pauperes Christi nec inter Gentiles computatis, quibus nihil est mundum, quia aliquando qualicunque cibo retinent à Deo sibi datũ præsentis vitæ munus. Quare non potius signatas arcas pecuniæ, & promptuaria erũctantia ex hoc in illud aperitis, & dispergitis pauperibus, vt iustitia vestra maneat in eternũ, & iam non sit eis necessitas præsumere cibum insolitum? Nunc autem vsuris & oppressionibus miserorũ ditari & elati calumniãmini, si egens omnium sustentetur aliquo, quod vos impinguati & crapulati abominãmini, non attendentes Dominum p̄ misericordiam malle quam sacrificium. Qui primo mensis hominum post cataclysmum admouit omnia, deinde certæ significationis gratia vsq; ad tempus remouit aliqua, quasi immunda, cum vtq; cuncta fecerit valdè bona, & rationalis creaturæ vitium abominabile sit apud eum, non quælibet irrationalium creatura rerum. Voluntas quoque hominum aliquando sibi quẽdam vindicat, aliquando alienat, seu Romani paucis annis ante magnum Constantinum porcine carnis esum per Aurelianũ Imperatorẽ sibi vindicarunt. Et Græci nunc vsq; vsinã alienarũt. Et certè si humanũ iudicium super his interrogetis, immũdiõr erit porcus reptilib; sordibus atq; olido consuetus viuere cœno, quam vrlus faginatũ glande, & reliquo suo pabulo. Sed siue vos, siue nos, quod à maioribus nostris accepimus, aut vsu tenemus, comedẽdum sic obseruemus: *q vt is qui non manducat, manducantem non spernat, & qui manducat non manducantem non iudicet*.

Considerate tamen ad quantam stultitiam deuoluta sit vestra sapientia quæ cum ab hominibus exquirere deberet finem præceptorum Dei, id est, *charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*; hoc solum exquirendum putat, an aliquando comederunt carnẽ vrsinam. Cuius vsu quamuis non admittatis, admittentibus tamen pro crimine reputare non debetis, quibus Euangelica & Apostolica auctoritas omnia edenda constituit. Nec hoc dicentes suffocatum, & sanguinem nobis cõtra vos defendimus. Antiquam enim consuetudinem, seu traditionem maiorum nostrorum diligẽter retinentes, nos quoq; hæc abominamur, adeo vt sanguine vel quocunq; morticino, aut aquis, seu quacunq; negligentia humana præfocato apud nos aliquãdo vescentibus absq; extremo periculo vitæ huius, pœnitentia grauis imponat, pro eo maximè, quia antiquas consuetudines & traditiones maiorum, quæ non sunt cõtra fidẽ, leges Apostolicas arbitramur. Nam de ceteris, quæ aucupio, aut canibus, seu laqueo venãtium moriuntur, Apostoli s̄ præceptum sequimur: *Omne quod in macellum venit manducate, nihil interrogantes propter conscientiam: Domini est terra, & plenitudo eius*. Quod etiam ad conuiuium Gentilium vocatis concessit dicens: *si quis vocat vos in idelum ad cenam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientia*. Dominus quoque pro mercede prædicatoribus suis prouidens alimonia dixit eis: *In domo recipientium vos manete edentes & bibentes quæ apud illos sunt*: Ecce Dominus non dixit, quædam apud illos comedite, sed indifferenter quæ apud illos sunt.

Quapropter omnis homo, scientiam habens, si simpliciter edit & bibit, quidquid in macellum venit, aut quod sibi apponitur, nullatenus est culpandus, quasi inde aliquam immunditiam conscientia suæ contrahat, quia non quod intrat in os, sed quod procedit de ore, conquinat ho-

aIob 13.  
bProu. 17  
DE SVF  
FOCATIS  
OBIECT.  
cLeu. 17  
\*  
dIbid.  
QVÆ DE  
CIBISSEN  
TENTIA  
PAVLI.  
eColl. 2.  
fRom. 14  
gIbid.  
hMat. 15  
iTit. 1.  
kRom. 14  
OB SCAN  
DALVM  
NON OB  
IMMVN  
DETTAM  
LLICI  
CA.  
lIbid.  
mPsal. 73

aIob 16.  
o 1. Tim.  
4.  
VSVS IN  
CIBO DI  
VERSVS.  
PMat. 9.  
qRom. 14  
r1. Tim. 1.  
SVFFOCA  
TA HAVD  
PASSIM  
CONCES  
SA.  
s1. Cor. 10  
tId. 10.  
vMarc. 10  
NON CI  
BVS SED  
SCANDA  
LVM VE  
TITVM.  
nat ho

nat hominem, nec esca aliqua est in vitio, sed immoderat appetitus. Verum ne scandalizetur frater infirmus in fide, qui putat aliquid commune vel immundum esse, si quis dixerit, hoc suffocatum est, vel morticinium, non est comedendum, vt Apostolus de Idolothyto ait: *a Si quis dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter eum qui indicauit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.* Multa siquidem vsu, aut traditione maiorum ita obseruamus, vt aliter facientes omnino abhorreamus, sicut est non lotis manibus manducare. Quod quamuis iuxta sententiam **b** Veritatis non coinquinat hominem, tamen velut immundum exhorrens solet homo hominem non lotis manibus manducantem.

a.1. Cor. 10

b. Mat. 15

c. Act. 15. 21.

d. Act. 1.

e. Gal. 2.

f. Ibid. 5.

g. Act. 16.

h. Ibid. 12.

i. Tim. 4

k. Tit. 1.

l. Heb. 13.

Sed forsitan dicturi estis, non solum in veteri, sed & in nouo Testamento ab Apostolis **c** traditum Gentibus, vt abstineant a sanguine, & suffocato. Nec nos nescimus: tamen pro loco & tempore nonnulla carnalia veteris legis mandata Apostolos obseruasse scimus; quando adhuc quasi in quoda matutino crepusculo tenebrae & lux confligebat, & intentum in oculos nunc huc nunc illuc reducebant.

Sic Apostoli in Iudaea commorati aliquando claritate Euangelij expergefacti ab umbra legis recedebant; aliquando necessitate vel consuetudine torpentes in eam recidebant. Denique **d** forte associarunt sibi Matthiam, & templum, in quo adhuc sanguis animalium offerebatur, orationis gratia frequentabant. Ipse quoque vertex Apostolorum Petrus **e** modo cum Gentibus edebat, modo ab eis timens Iudaeos se subtrahere. Cuius coepitulus Paulus quamuis dixerit Galatis, *f si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit;* tamen dilectum discipulum propter subintroductos falsos fratres circumcidit, **g** & cum aliis purificatus in templo **h** sacrificium legis exhibuit. Sed vbi ab angustiis Iudaeae exclusi amplitudine Gentium fuere potiti, mox quasi catenis seruitutis palam erepti, quotquot ad spirituale gratiam atrahebant, a carnalibus ceremoniis legis auertere non cessabant. Quod proculdubio ex praecedentibus & subsequetibus verbis Pauli intelligitur, vbi sic protestatur: *Spiritus i manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocristi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere & abstinere a cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione Fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.*

Ecce tantus Apostolus raptus vsque ad tertium caelum, & in ipsum paradysum **k** ait omnia munda mundis, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, quia per verbum Dei & orationem sanctificatur: & vos qui estis, qui attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum in hypocristi loquentium mendacium, scripta Latinis populis destinantes, vt relinquat mandata Dei, & quae grauiora sunt legis, iudicium scilicet & misericordiam, & fidem, & sequantur traditiones, & opiniones vestras, quae vsque nunc nullos habuerint praedicatorum ac patres, & necesse habeat a vobis doceri, quae sint elementa sermonum Dei? Nempè inter alia velut ignaros omnium conamini instruere quid & qualiter praeparatum comedat, & eos asseritis nec Gentiles esse nisi obaudiant, quia vt dicitis Gentes occidunt, aut plagantes comedunt, quasi Latini soliti sint animalia viuua, aut integra comedere. Nunquid archimagiri omnibus nationibus delegati estis? Et si forte alicui famae deficiet omne obsonium, vel victus desit, auis autem aut ouis adsit, sed ferrum absit, satius erit eum inedia deficere, quam quous ingenio ea macrare & comedere? Itaque doctrinis variis & peregrinis nolentes abduci scimus & cõfidimus in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei, qui existimat, quod commune esse illi commune est, sicut Paulus docet **l** dicens: *Optimum est gratia stabiliri cor, non efici quae non profuerunt ambulatibus in eis.* Sed iam in istam reliquis.

Constantinopolitanus.

Etenim Alleluia in Quadragesima non psallitis, sed semel in Pascha tantum modo, quod interpretatur Dominus venit, laudate, hymnum dicite, & benedicite eum. Ergo se-

cundum hoc, neque Laudate, neque Benedictus qui venit, psallitis. Et istud vero Alleluia Hebraice dictum est.

Romanus.

Scimus Alleluia Hebraice dictum, & Latine interpretari *Laudate Deum*, sed quod etiam, Dominus venit, aut, Benedictus qui venit, interpretetur, nescimus, nec nisi a vobis haecenus audiuimus. Porro ipsum Alleluia non sicut calumniamini, solum modo in Pascha cantamus, sed omnibus totius anni diebus, exceptis noue hebdomadibus, quibus id intermittere a Patribus nostris accepimus, scilicet quibus negligentias aliorum temporum diluere attentius debemus. Sicut enim quondam populus Israel in eremo peccatum idololatriae in seipso punire, & Ninuitae penitentiam in praedicatione Ionae aucturi omnem ornatum stium, & delicias deposuerunt, & faccum, & cinerem sibi imposuerunt, nec tam peregrinis verbis ac exquisitis seu dulcisonis melodijs, sed proprijs sermonibus & incompositis, siue amaris eiulatibus ad Dominum clamauerunt: sic & venerabiles Patres nostri agere consueuerunt, & nobis agendum censuerunt. Vnde ornamenta & diuitias linguae tempore quadragesimali deponentes, pauperinum habitum nostrae linguae nobis imponimus, & stulti facti propter Christum, nihil nos scire iudicamus nisi ipsum crucifixum. Cuius districtum praeculis habentes iudicium, vinculari, & grauati peccatis, tanquam idiotae vix audemus vel in nostro idiomate interpellare Deum. Nam ex libro Sapietis **m** dicimus, quia, *non est speciosa laus in ore peccatoris.* Et tamen tunc iugiter hymnum dicimus Domino, atque *Benedictus qui venit*, psallimus, & omnem creaturam ad laudem eius diu noctaque inuitamus, dicentes: *Laudate Dominum*, sed vt praediximus patria voce. Tunc quoque alium angelicum hymnum intermittimus, id est, *Gloria in excelsis Deo.* Denique hi duo solummodo hymni ab Angelis in nouo Testamento inueniuntur decantari, Alleluia scilicet, **n** atque *Gloria in excelsis Deo.* Quos pariter in Septuagesima intermitterimus, quia peccato veteris hominis a contentu angelicae iubilationis expulsi; in huius miserae vitae Babylonae super illuminae eius sedemus, & flemus dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus, dicentes aduersarijs nostris: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Siquidem vetus homo, vetus & nouum canticum cantare potest, donec post hanc laboriosam vitam, quae significatur per Quadragesimam, renouetur in agnitione secundum imaginem eius, qui creauit eum per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.

Nec tamen *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, in Quadragesima omittimus, quam iussit hymnus angelicus, & in nouo Testamento decantatus: quia & in veteri prius fuit dictus, fidem videlicet perfectam Patrum humiliter Deo offerens, nullum autem meritum bonae operationis eorum atollens. Sic & nos interim in hac nostrae peregrinationis Quadragesima scientes non per fidem, & non per speciem ambulare, de sola fide apud Deum praesumimus simplici confessione dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*, cui de operibus diffidentes cum Psalmista proclamamus: **q** *Non intres in iudicium cum seruis tuis, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

Quod autem noue hebdomadibus Alleluia intermitterimus, non incongrue per nouem hebdomadas nouem ordines Angelorum accipimus, quorum decimus ordo per superbiam corruens angelicum numerum iraminuit, & felicitatem perturbauit. Qui condolentes suae diminutioni, & parem ruinam timetes sibi, a perfecta laude Creatoris fuere praepediti. Quorum recuperationi, & consolationi consulens omnipotens Creator, primum hominem de limo terrae formauit; qui sui generis multiplicatione damna caelestis patriae resarciret, atque Angelorum gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus admodum exhilaratus, nec mora ex lapsu ipsius hominis fuit conturbatus, vnde ille nouem ordinum concentus in laude Creatoris remansit imperfectus, donec in Christo resurgente resurrexit prolapsus ille Protoplastus, ille augmento sui collegij, & meliori spe angelicus exercitus gaudis in nouum Alleluia confurrexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem

m. Eccl. 15

n. Apoc. 19  
o. Luc. 2.

p. Ps. 136

q. Ibi. 142

RATIO REDDITVR DE TVNC OMISSO ALLELVIA.

& nos pro modulo nostro imitantes, à Septuagesima, quando lapsus Protoplasti in Ecclesia recitatur, Alleluia nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet in Pascha, vbi Christus resurgens à mortuis tristitia nostram in gaudium vertit, & Alleluia reddit. Quod vtique si non aliquando Latina Ecclesia decantaret, reprehendi à vobis non deberet, cum tamen in sua lingua laudem Domini personaret. Nunc quæ sit ista vestra superbia miramur, quæ latrat Latinos non pertinere ad Deum, si Hæbraice aut Græcè non persoluant ei hymnū & debitum officiū, cum etiam Latina lingua principaliter confiteatur, quia Dominus IESVS Christus in gloria est Dei Patris. Ipsa quidem cum Hæbraicâ & Græca titulum crucifixi Domini compleuit, & quæ erat nouissima, facta est prima, ferro & fide vsq; ad aduentū maligni Antichristi, & benigni IESVS Christi, defendens sibi terrenam & cœlestem potestatem. Hinc iam diu calumnijs vestris reluctati breuiter attingimus intentionem vestri epilogi.

Constantinopolitanus.

Cur tantam deceptionem horum talium non aspicitis, nec intelligitis, neq; corrigitis populos, & vosmetipsos, sicuti qui debent iudicari à Deo? Non derelinquitis quod dicitur, quoniam hoc Petrus, & Benedictus, & Paulus & ceteri docuerunt; Decipitis vosipsos, & populum in istis. Quæ verò scripti, ea sunt quæ Petrus, & Paulus, & ceteri Apostoli, & Christus docuit, & sancta atq; Catholica Ecclesia suscipit & custodit religiosè, quæ & vos correcti custodite.

Romanus.

Sicut sufficienter monstratur superius, conuerso ordine, & versa vice procederent hæc rectius, scilicet si vos seductos, & seductores maturè iudicados à Domino diceremus; quia volentes esse doctores, nec intelligentes quæ loquimini, neq; de quibus affirmatis, sanctorū Apostolorum & catholicorū puram doctrinā humana presumptione fermentatis, omninò decipientes vos, & alios in istis. Quæ autem nunc vobis scripsimus, Christus docuit, & Apostoli ipsius, quæ ab eis, & à sanctis Patribus sancta & Catholica Ecclesia suscipiens, religiosè obseruat hætenus, quæ & vos correcti obseruate, si non vultis à Christo anathema esse.

Porrò Benedictus monachorū pater egregius in nullo à vobis est detrahendus, quia fide, doctrina, & vita præcipuus, nec ad dexterā, nec ad sinistrā aliquando declinauit à recta via, nec terminos, quos patres posuerunt, est transgressus, nec leopardū curauit definire, sed regulā discretionis præcipuā cœnobitis tradere. In qua etiam constituit esum carnū infirmis, & femoralia in itinere positis: absit tamen vt arbitraretur hæc duo peccata esse fornicationē, quam quidā vestratū adeo sibi defendūt, vt publicè profiteri nec erubescāt, nec metuant tale esse fornicari, quale est, quolibet pomofici. Vnde & fornicantes Sarabaitas venerantur, femoralibus verò & carnibus in necessitate vtentes cœnobitas omninò detestantur. Sed quod dicit Propheta: *a* *Va his, qui dicunt bonū malum, & malum bonum.* Nunquid vas electionis B. Paulus alicubi inest, neq; carnibus aut femoralibus vtentes regnū Dei possidebunt, qui tamen pleriq; locis vehementer inculcat, dicens: *b* *Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū concubitores regnū Dei possidebunt, id est, fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.* Et omne peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus est; qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Sequitur.

Constantinopolitanus.

Azyma verò, & cultodias sabbathorū projicite miseris Iudæis, similiter & suffocata barbaris Gentibus, vt fiamus puri omnes in immaculata & recta Fide; & vnus grex vnus Pastoris Christi. Cuius in cruce diuino sanguine inebriati, laudamus puri purè Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & vniuersā Mosaicæ legis, & ab eo custodita derelinquentes sine Deo Iudæis, qui velut cæci perquirentes Christum, lumen amiserunt, permanentes in vmbra sicut insipientes perpetuò.

Romanus.

Superius monstrauimus copiosè nec sabbata, vel azyma nos Iudæicè obleruare, nec suffocata gentiliter manducare, sed Apostolicā Catholicamq; Fidem principaliter retinere, nec procaciter refugere, sed humiliter cōfugere ad vnum vnus summe boni pastoris ouile, qui posuit animā suam pro ouibus suis; quas vocem suam non alienorū recognoscetes, & sequetes, carne sua instanter cibatur, & sanguine potat, vt corde, ore, & opere collaudent sanctam & indiuiduam Trinitatem. Vnde super omnia dolemus veteres auras vestro de pulmone hætenus non potuisse reuelli, de quibus in Actibus Apostolorum dicitur: *Arthenienses ad nihil aliud vacant, nisi ad dicere aut audire aliquid noui.* Sed iam profanas vocum nouitates deuitado, veterè pelliculam quanto cyus abijcite; ne quod abiit, dicatur vobis sponti voce: *d* *Si ignoras te, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos.* Illos scilicet quos ipse Pastor in fine à sorte humilium ouium separatur, quia lasciuī & petulci hic fe in superbia exaltare non cessant.

Deinde si vniuersā Mosaicæ legis relinquimus Iudæis, nulla honestas, aut sanctitas remanebit nobis, ceu ex superioribus recolare potestis. Relinquatur ergo eis sola carnalia mandata, & sanctū seculare, in quibus cæci querunt, quod inuenire nequeunt, dum vmbra sectantes, exulant à luce, in qua vmbra numeratur & sabbatū vestrū, Apostolo dicente: *c* *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomenia, aut sabbatorum: quæ sunt vmbra futurorū.* Porrò sicut sine Deo sunt Iudæi, sic & omnes hæretici. Verum ne quid sit minus, quod sequitur attendamus.

Constantinopolitanus.

Hæc autem, homo Dei, multoties & ipse cum populo agnoscens docuisti eos, & correctus scripsisti multis talē consuetudinē habentibus; & vt habeas salutē animarū tuarū, mitte principibus sacerdotū & sacerdotibus, & adiura, vt per hæc seipsos corrigant, populum, vt mercedem & in istis habeant: & si hoc feceris, propono & per secundam scriptionem maiora & perfectiora his scribere tibi fidei vera ostensione, & firmamento animarum, pro quibus Christus posuit animam suam.

Romanus.

O viri cordati, perpendite hic, & caute hæreticorum callidā subreptionē, qui per benedictiones, & dulces sermones seducunt corda innocentium. Ecce hic specialiter Tranensem Episcopum Ioannem, cui talia scripsisti, alloquentes, oleo peccatoris caput eius impinguare satagitis, dicentes: *Hæc autē, homo Dei, multoties cum populo agnoscens, docuisti eos, & correctus scripsisti multis similem consuetudinem habentibus.* Sed nos è contrario per Salomonē dicimus vobis: *f* *Os quod mentitur occidit animam.* Neq; enim præfatus Episcopus correctus à vobis aliquando talia populū docuit, aut cuiquam super his scripsit. Quod si fecisset, correctus à nobis fuisset, cum corruptus non autē correctus à vobis talia præsumpsisset. Sed ille qualiscunq; sit in opere, sanus tamen extitit in orthodoxa Fide iuxta capacitatem suæ intelligentiæ. Vnde nullis vestris susurrationibus acquiescens adhuc, persuaderi non potuit, vt alicui sacerdotū has vestras nantias pro correctione illorū & populi cum adiurationibus mitteret, & ipse non solum nullā mercedem in his haberet, sed insuper gradus sui periculū incurreret. Cui etiam, si vobis in vestris nugis obediatur, aliud mercedis repromittitur, scilicet vos fecundis scriptū ire maiora & perfectiora his vera fidei ostensione, ac firmamento animarum, pro quibus Christus posuit animam suam.

In quibus planè promissis antiquū ritum hæreticorum retinetis, quorum sermo sicut cancer serpendo pollicetur curiosis fastigium perfectæ scientiæ, vt pertrahat ad barathrum extremæ stultitiæ. Quorum vanitatem sapientia Dei per Salomonem propriè demonstrans, dicit: *g* *Mulier stulta & clamosa, plenaq; illecebris, & nihil omninò sciens sedet in foribus domus suæ in excelsis vrbis loco, vt vocet transeuntes per viam, & pergentes itinere suo: Qui est paruulus, declinet ad me. Et recordi loquuta est: Aquæ furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod gigantes ibi sint.*

FVTILIS INCREPATIO.

S. BENEDICTI DEPENDITVR A GRÆCORVM CALVMNIA.

a Isai. 5.

b 1. Cor. 6.

RVRVSVM DE IIS. DEM.

REDARGVTIO EX ANTEA DICTIS.

c Act. 17.

d Can. 1.

e Colos. 1.

ADMONTIO AD EPISC. TRANEN.

f Sap. 1. REDARGVTVR MENDACI VM SCRIBENTIS.

HÆRETICIS PER SIMILES ARGVNTVR. g Prou. 9.

*Et in profundis inferni conuiuia eius.* Hic plane hic ethicax depictor vestri: qui maiora, & perfectiora ad offensionem fidei, & firmamentum animarum pollicemini, inuitando paruulos & vecordes ad aquæ furtiuæ dulcedinem, & panis absconditi suauitatem. Verè omninò aqua furtiua est, in qua rebaptizatis Latinos Catholicè baptizatos, quod nullus Catholicus adhuc præsumpsit, scilicet, vt rebaptizaret aliquos in nomine sanctæ Trinitatis ab ipsis etiam hæreticis baptizatos.

Verè omninò nescio, ad quem panem absconditum inuitatis, quando viuifica & terribilia sacramenta corporis & sanguinis IESU Christi profanis pedibus conculcatis. Hæccine sunt illa maiora, & perfectiora, vt si tanta oblatio imponatur altari, quanta nequeat à ministris, vel à populo fumi: idcirco debeat subterrari; aut in puteum ad hoc præparatum proijci? Hæccine quoque sunt illa maiora, & perfectiora, vt nouus maritus, & recenti carnis voluptate reuolutus, & totus marcidus Christi ministret altaribus; & ab eius immaculato corpore sanctificatas manus confestim ad muliebres transferat amplexus? Hæccine sunt illa perfectiora, vt mulieribus Christianis in partu, vel in menstruo periclitantibus communio denegetur? Aut paganis baptismus interdicitur? & paruulis morituris ante octo dies regeneratio per quam & Spiritum sanctum subtrahatur? in quo vtiq; crudeliores Herode, non tantum in corpore, sed & in anima quotidie trucidatis paruulorum innumerabilem populum, & destinatis ad ignem æternum. Nunquid etià inde est, quod hominis morituri imaginem affigitis crucifixi imagini Christi, ita vt quasi quidam Antichristus in cruce Christi sedeat, ostendens se adorandum tanquam sit Deus? Nunquid & illud inde est, quod peius sit monachos femoralibus indui, & carnibus vesci, quam fornicari? Ideone clauditis ecclesias Latinorum, & dirigitis scripta per totum mundum, vt ad hæc maiora & perfectiora pertrahatis omnem Christianum populum? Non sunt hæc talia ostensio veræ fidei, sed adinuentio diaboli, nec sunt firmamentum, sed destructio animarum. Pro quibus omnibus, & alijs, quos longum est scripto profèqui, erroribus, nisi respueritis, & dignè satisfeceritis, irreuocabile anathema hic & in futuro eritis à Deo, & ab omnibus Catholicis, pro quibus Christus animam suam posuit.

*Incipit Niceta cognomento Pectorati magni tunc nominis viri apud suos, presbyteri & monachi monasterij Studij libellus contra Latinos editus, & oblatus Apocrisarijs Apostolica Sede Constantinopoli, sed confutatus ab eodem Humberto Cardinali Legato.*

**N**ICETA monachus & presbyter monasterij Studiorum, qui prænominatur Pectoratus, Romanis de azymis, & sabbathorum ieiunijs, & nuptijs sacerdotum. Bona est dilectio ad proximum, omnium gentium sapientissimi & nobilissimi Romani. Ex habitudine enim dilectionis ad proximum, & humilitas abundat ad eum qui habet illam. Ipsa autem abundans effecit participem sui omnia diligere, omnia sustinere, vt ait diuinus Apostolus, <sup>a</sup> & non inflari aduersus proximum suum aliquando, neque ea quæ ipsius solius sunt querere, aut zelum habere aduersus eum, & altercationem, & æmulationem: omnia enim hæc dilectionem persequuntur, & humilitatem, & faciunt hominem non secundum Deum ambulare, sed secundum hominum libitum. Quod & Paulus arguit, dicens: <sup>b</sup> *Cum sit inter vos zelus, & contentio, & discordia, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Propter quod rogo vestram charitatem humiliari vos propter Dei præceptum, & audire à nobis indignis & minimis. Requiritentes enim sapientimè ab illis, qui ex diuersis prouincijs Romanorù peregrinantur huc. De azymis quid dicemus? De his in dilectione Christi hæc ad vos.

Qui azymorum adhuc participant, sub vmbra legis sunt, & Hebræorum mensam comedunt, non autem rationalem & viuam Dei mensam, & nobis, qui credimus,

super substantialem, quemadmodum superius exigere super substantialem docti sumus panem. Quid enim est super substantialis, nisi quia nobis est consubstantialis? Alter autem nullus est nobis consubstantialis panis, sed corpus Christi, quod consimile nobis est secundum carnem humanitatis ipsius. Si autè animata est nostræ massæ substantia, qua verbum induit se: ergo non consubstantialem nobis panem comeditis, quia azymorum participamini. Azyma enim inanimata sunt, sicut ipsa rerù natura declarat, atq; liquidius edocet. Intermixtum enim modicum fermentum in farina, & commixta sibi ipsa vnam efficit seipsam propter fermentum viuifica quadam virtute, & calefacit eam, & mobilem quasi viuam operatur, quod in azymo fermento Phariseorum, quod effugere nos sermo admonet, neq; effectum est aliquando, neq; fiet omnino. Diuinæ enim effecti sumus participes naturæ, cuius & participamur quotidie, qui communitatem habemus cum Christo, sicut dicit & Petrus vertex: *d Gratia vobis & pax multipliciter in cognitione Dei, & Iesu Domini nostri.* Et post pauca: *Vt per eam efficiamini diuina participes natura, non autem fermento azymo intersectorum Dei.* Diuinam autem naturam quis qui rationis est dominus, dicit aliquando azymum & mortuū fermentatū Iudæorù, quod in sacrificio vos Deo offertis, quod in figura viuæ carnis Domini comeditis? Quomodo communitatē habebitis cum Christo viuente Deo, mortuum, vt dictum est, & infermentatum fermentum comedentes legis vmbre non noui Testamenti? Si enim & hoc dixeritis, sed non sic se habet. Inquit enim dilectus Christi Discipulus: *c Si dixerimus quia communitatē habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & non facimus veritatem: si autem in lumine ambulamus, sicut ipse est in lumine, communitatem habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi purificat nos ab omni peccato.* Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat, & quomodo habebit societatem cum Christo, qui est in lumine noui sui Testamenti, & gratiæ? Nam qui in lumine ambulat, gratiæ panem comedunt, qui est corpus Christi, & bibunt sanguinem immaculatum eius, & ita habent ad inuicem, & cum Christo societatem, purificati, sicut dictum est, ab omni inquinamento. Azymum autem nō est panis, neq; enim compositus, neq; per seipsum perfectus est, sed indigens semique perfectus, indigens plenitudine fermenti. Panis autem compositus per seipsum perfectus est, & plenissimus, sicut ille, qui totum habet in se ipso plenitudinis. Animaduertite, & attendite, quia in azymis nulla est viuens virtus, mortua enim sunt. In pane autem, hoc est, corpore Christi, tria sunt viuentia, & vitam præbentia eis, qui ea dignè comedunt: spiritus, aqua, & sanguis, ceu & ipse qui super perfectus Christi in cœnam recubuit Ioannes contestificatur in eo verbo: *f Tres sunt qui testimonium dant, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres in vno sunt,* videlicet in corpore Christi, quod & secundum tempus Dominicæ crucifixionis declaratum est, cum aqua & sanguis ex immaculata costa ipsi effluxit læcea percussa carne ipsius, & sanctus autè Spiritus viuificusq; in deificata carne eius permanfit. Quam comedentes in pane, qui immutatus est per spiritum, & effectus corpus Christi, viuimus in ipso, tanquam viuam, & deificatam carnem edentes. Sic autem & sanguinem viuam & calidissimū eius bibentes cum effluente aqua ex immaculata costa eius, mudamur ab omni delicto, feruenti replemur spiritu. Calidum enim, vt videtis, velut ex latere Domini calicem bibimus, quia ex viuâ carne & calida spiritu Christi calidissimus nobis sanguis & aqua emanauit: quod in eius qui azyma comedunt, nequit fieri. Si autem mortuum infermentatū comeditis, ô sapientissimi, vt sermo declarauit: cuius rei gratia gloriamini, dicentes, quia non sicut vos, sale & fermento, & aqua farinam temperamus, & sic facimus oblationē azymorù nostrorù, sed aqua sola & farina, & igni azymū conficimus, & in tribus his puram facimus nostrâ oblationē?

Percunctamur igitur vos, hæc tria, aquam, & farinam, & ignem ad quid accipitis, & cuius effigiem esse hæc æstimatis? Carnis Domini? sed non inquit dilectus Christo Ioannes: *h Tres sunt, qui testimonium perhibent, aqua & farina*

*& ignis*

GRÆCORVM RES REPREHENSIO-NEM MAXIME DIGNÆ.

<sup>a</sup> 1. Cor. 4

CHARITATEM COMMENDAT.

<sup>b</sup> Ibid. 3.

ADVERSUS LATINORVM AZYMA.

<sup>c</sup> Matt. 16

<sup>d</sup> 1. Petr. 1.

<sup>e</sup> 1. Ioan. 1

<sup>f</sup> 1. Ioan. 5

<sup>g</sup> Ioan. 19.

ABVTITVR VERBIS IOANNIS. h. 1. Ioan. 5.

& ignis? Sed quid? Spiritus, & aqua, & sanguis, & hi tres in vno sunt videlicet corpore Christi, vt dictum est, quod nos comedentes vnimur incarnato propter nos & immolato Christo, concorporati ei, velut caro eius sumus ex carne ipsius, & os ex osibus eius, sicut scriptum est. Si autem ad increatam & incorpoream naturam sanctæ Trinitatis assumitis, erratis, cadentes in hæresim eorum, qui asserunt Deum passum, qui dicitur compassum fuisse carni, & eandem ipsam Deitatem sustinuisse passionem. Non enim pariter Trinitas incarnata est, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vt conspiciantur in ea hæc tria, aqua, vt dicitur, & farina, & ignis, & vt in figura ipsius faciatis azymum, & sacrificium offeratis, sed vnus ex Trinitate Filius & Verbum Dei incarnatum est, ex castissimis sanctæ Virginis carnibus homo effectus, & omnia ordinationis suæ perficiens crucifixus est carne, non passa diuinitate ipsius. Carne igitur crucifixus, tradidit nobis edere per panem carnem suam, quam in Spiritu sancto ita viuam dicimus: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis fractum est in remissionem peccatorum.*

a Mat. 26

MALE PV  
TAT ABV-  
TI SCRIP-  
TIS PAV-  
LILATI-  
NOS.  
b 2. Cor. 5

c 1. Cor. 5  
d Ibidem.

e Ibidem.

f Ibidem.

g Ibidem.

h 1. Cor. 7

APOCRY-  
PHIS AB-  
VSI CANO-  
NIBVS.  
i Ibidem.

Quid ergo vobis in Christo fratribus nostris, & legi, quæ maledicta est in Christo, quoniam adhuc azymum in fermentatum eius comeditis? noua creatura sumus in Christo, vetera transierunt. Paulum audite dicentem: *Ecce facta omnia noua.* Si autem hæc comedere decernitis iustum: cur nõ & circumcidimini? Christus circumcisus est. Cur non & purificamini? Paulus etiam & hoc fecit. Et alia omnia similiter feruato veterum, sicut & ij qui ea quæ legibus sunt faciunt, per quos nomen Dei in Gentibus blasphematur, sicut scriptum est: *Non bona est gloriatio vestra.* Vt & ego ea quæ Pauli sunt, loquar ad vos: *Nescitis*, inquit d, *quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* & panis tãdem non azymum efficitur? Sed quid hæc dicens Apostolus, scribit ad Corinthios: *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Numquid vt vos, æstimatis dicere de celebratione, quam vos in azymis celebratis? nequaquam. Sed quoniam illi hoc quidem despiciabant; quod aliquis nouercam acceperat, & in antiquis consuetudinibus falsæ scientiæ suæ gloriabantur. Volens autem eos cõuertit Paulus, & ex vetere renouare malitia, velut per similitudinem hanc fermenti, dico, & massæ ostendit eis, quoniam vnum malum tamquam modicum contemptum, magnam in toto corpore Ecclesiæ faciat lęsionem, Propter quod inquit, adiiciens f: *Et non luctum habuistis, vt auferatur de medio vestri, qui hoc opus operatus est.* Potest enim, inquit, iniquitas ista ad omnes vestras vrbes transire, & tanquam modicum fermentum totam massam fermentat, sic omnes apprehendere & fermentare, & vnam massam maioris iniquitatis operari. Expurgate, inquit g, vetus fermentum peccati, tollite hunc ex medio vestri, vt efficiamini Christo noua conspersio, sicut estis baptizati, id est azymi, & puri mortificati mundo & desiderijs carnis. Etenim Pascha nostrum hoc est. Quoniam, vt eriperet nos ex iniquitate, ac morte immolatus est Christus. Quare inquit, h *Epulemur, nõ in fermento veteri, neq; in fermento malitia & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis*, hoc est purę vitæ & fidei, qua in Deum credimus, & veraces oratores eius efficitur. Sic & magnus Gregorius Theologus hoc verbum accepit, & ita est.

O sapientissimi; ea quæ mentis Apostolicæ locutionis sunt intelligite, & non quemadmodum hoc vos accipitis de azymorum festiuitate & participatione. Si enim de azymis, & de celebratione eorum Corinthijs Paulus i præcepisset, & eos in azymis epulari iussisset, non promulgasset cum vndecim, & omnem reducens Ecclesiam Fidei in ordinem in septuagesimo canone cum excommunicatione præcepisset omnibus, huiusmodi causam à Iudæis nullatenus accipi: Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum ieiunauerit cū Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, & acceperit festiuitatum eorum munera, vt sunt azyma, aut aliquid huiusmodi, deponatur: si autem laicus, sequestretur. Si autem dicitis, quia ab Hebræis non accepimus, sed domi facere consueuimus. Cur hoc? Siue ab illis accipiatis, siue domi facia-

tis, azyma sunt. Et iuxta hoc grauiorem penam habebitis, quoniam relinquitis agere quæ iussa sunt vobis à Christo & ab Apostolis ipsius, facientes velut illi, qui sub seruitute legis sunt, qualia Iudæi faciunt, in vmbra & tenebris legis sedentes, nullatenus dicenti Paulo credentes: *Fratres, vnusquisq; in eo ordine, in quo vocatus est, in ipso permaneat.* Non enim inuenietis omnino in diuina Scriptura, quoniã azymum dictum sit à Christo, aut Apostolis eius cū administraretur ab illo Noui Testamenti mysterium. Paulus enim Corinthijs scribens, dixit: *Discernere vos oportet calicem benedictionis, quem benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis Christi est? Panem quem frangimus, nonne cõmunicatio corporis Christi est? Quoniam vnus panis, vnũ corpus multi sumus: etenim oēs ex vno pane participamus.* Et iterũ m: *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem: accepit panem & nõ azymum, & benedicens fregit & dixit: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur. Hoc facite in meam cõmemorationem.* Et non semel dixit panem, sed etiam sæpẽ.

Et non hic solus dixit, sed & ceteri Apostolorum. Et Matthæus quidem ait n: *Cænantibus autem illis, atque comedentibus, accipiens Iesus panem.* Accipiens panem, & hic inquit, *& benedicens fregit, & dedit Discipulis suis, & dixit: Sumite & comedite hoc est corpus meum.* Similiter & hoc Marcus inquit o, & reliqui, & nequaquam azymum ab eis cõmemoratur. Quoniam quidem oportebat pati Christum secundũ diem legalis Paschæ, in qua & agnus ab Hebræis immolabatur: Oportuit enim fieri Pascha ab interfecto ribus Dei in sexta feria, in qua tandem & quartadecima Luna erat iuxta primum mensem, in quo contigit euenire in DXXXIIII. annos. Cyclis enim solis erat xvij. & v. Lunæ, vt non adhuc traditus præuenisset proprium pascha discipulis tradere, recumbens in cœna secundũ vesperum quinti diei, postquam cœnauit, accepit panem & fregit, tradidit Apostolis mysterium noui Testamenti, & nocte quintæ feriæ, in qua traditus est à Iuda, sicut scriptum est. Sed quid dicit Apostolus p: *Accipit panem, & benedicens fregit.* Ecce & Lucas q panem accipere Christum dixit, & non azymum. Non enim adhuc erat sextæ feriæ dies. Tertiadecima erat Luna in illa quinta feria, & non erat azymum, neque adhuc ablatio fermentati. Azyma enim in quintadecima Luna promulgata erant in lege, vt in quartadecima die ad vesperum agnus immolaretur, & in quartadecima die Lunæ primi mensis pascha immolaretur, lex quartadecimam diem primam azymorum, & Sabbatum nominaret.

Proh dolor ob insipientiam illitteratorum. Non erat azyma in quinta feria, cū esset Luna tertiadecima, & nõ quartadecima. Secundũ quintadecimam Lunam fuerat institutum azyma fieri sicut & agnus ad vesperum quartæ decimæ dici iustum est immolari, secundũ quam immolatus est Christus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Si autem Christus immolatus est & crucifixus in quartadecima die Lunæ feriæ sextæ; in sabbato autem erat festum azymorum: quando azyma comedit, & Apostolis suis facere in nouo Testamento tradidit: quomodo dicitis ab Apostolis accepisse vos facere azyma iã post resurrectionẽ à mortuis? Non videtis, quia manifeste ex rebus arguimini, quoniam non tunc erant azyma, cū mysteria noui Testamenti traderet Apostolis Christus. Ostendam vobis hoc ex legislatione Moyfi. Loquitur enim r: *Hæ sunt festiuitates Domini, & ipsa sancta, quas vocabitis in temporibus suis. In primo mense in quartadecima die mensis inter medium vesperum erit pascha, Domino, & in quintadecima die mensis huius festum azymorum Domino. Septem enim diebus azyma comedetis.* Ecce enim & ex legislatione Moyfi didicistis, quoniam non tunc azyma, quando post cenam, secundũ diem quintæ feriæ Christus tradidit per fractionem panis noui Testamẽti mysteriũ. Ante festum autem azymorum hoc fecit, cū esset tertiadecima dies mensis. Quintadecima enim die mensis, vt legislatio habet Moyfi, erat festum azymorum, & Christus in feria sexta crucifixus secundũ quartadecimam diem mensis, quando debebat Iudæi immolare agnum. Sabbato autem secundũ quin-

k Ibidem.

l Ibid. 10.

m Ibid. 11

n Mat. 26  
ERROR  
GRAECORVM  
IN  
CALCVLO  
PASCHÆ.  
o Mat. 14

p 1. Cor. 11  
q Luc. 22

NON ITA  
SED VERE  
LEGIT-  
MVM PAS-  
CHA EGIT  
CHRISTVS.

r Exod. 12  
Leuit. 23.  
& Nu. 9.

ERROR  
GRAECORVM  
DE  
TEMPORE  
PASCHÆ.

tamdecimam diem mensis, cum esset festum azymorum, in sepulchro iacuit sepultus. Azyma ergo nondum erant ante festum azymorum in toto anno ipso. Septem enim diebus comedebant azyma Iudaei, ceu instituit Moyses, in quintadecima die primi mensis incipientes festum horu. Vbi reperta sunt azyma, quando cum discipulis suis cenam comederet Christus.

Si enim sicut dicitis, à Domino Apostoli acceperunt azyma, & illi iterum tradiderunt vobis hæc in figuram corporis Christi, in mysterio noui Testamenti, dum nec oblatio panis fieret secundum constitutionem Moysi, neque erant tunc azyma: vbi reperta sunt? Quomodo autem obliuiscimini legislationis Moisaicæ, septem namque solis diebus facere tradidit vobis. Sed vos in toto anno concultis instituta Moysi. Et Christus non venerat solvere legem, sed adimplere. Vacue enim veritati obstitit fratres. Si enim traditum fuit vobis ab Apostolis comedere azyma, quomodo Agathon sanctissimus Papa, vester præcessor, cum præesset sanctæ Sextæ Synodo sub Constantino Imper. & diuinus Gregorius Agrigentorum Episcopus non obstitere, cum sanctæ huius Synodi diuini Patres aduersum azyma legem constituerent, à nemine Fidelium hoc fieri? Et ut ostendam vobis horum legislationem contra azyma, adijcio rationi & canonem ipsorum sic habentem in vndecimo capitulo: *Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laicus ea, quæ apud Iudeos sunt, azyma comedit, aut cum eis cohabitabit, aut in infirmitatibus eos inuitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lauetur: si quis hoc agere tentauerit, si quidem clericus fuerit, deponatur; si autem laicus, sequestretur. Qui azymum conficit & comedit, etsi non acceperit hoc à Iudæis, sed imitator fuerit in hoc, ut Iudæus intelligit, & extra legem est, quemadmodum, etsi circumciderit quis seipsum, aut à Iudæis circumcidatur, similis in scientia est illis, canonesq; & instituta Apostolorum sanctorumq; Patrum transgrediens, irrita omnia facit, ut ratio nostra demonstrat. Sed de azymo sufficienter vobis, quod prohibitum sit ab omni Scriptura diuina, demonstrauius.*

Age nunc, quia cuncta demonstrauius vobis, & subito memoriæ suggestum est nobis de ieiunio sabbatorum, quoniam insultatis nobis. Vnde ieiunatis sabbata? ex qua sancta Scriptura accepistis? Ab Apostolis? nequaquam, Apostolorum vertices in quinto quidem libro ordinationum, qui de Martyribus inscribitur iuxta Clementem, quartam feriam & sextam præceperunt nobis ieiunare, vnam quidem propter traditionem, alteram propter passionem. Ipsum autem sabbatum non tradiderunt ieiunare, quoniam non oportet præter illud solum, eò quod Creator omnium sub terra fuit. Vnde iuxta calcem libri iterum sic loquitur: *Omne quidem sabbatum, & omnem Dominicam celebrandam esse dicimus. Gaudere enim oportet in his, & non lugere. Septimo quidem libro earum Constitutionum iuxta vigesimum quartum capitulum hoc inquit: Sabbatum namque & Dominicam celebremus, quia illud quidem diuinæ operationis est, hæc verò Resurrectionis. Vnum verò tantum sabbatum custodiendum est in toto anno sepultura Domini, quo ieiunare oportet. Quando enim Christus in sepulchro iacuit, Discipuli potentiores circa eum stertum habebant, quam gaudium ex memoria diuinæ operationis. Veruntamen hoc mystice per Clementem Papam constituentes, non steterunt hic, sed scientes magnam damnationem esse ieiunare sabbata, excommunicatione valida ligant ex hoc Ecclesiam. Dicit enim in sexagesimo quarto canone: *Si quis clericus inuentus fuerit Dominicam diem ieiunans, aut sabbatum, præter vnum solum, deponatur; si autem laicus, sequestretur.* Hoc autem exequentes, & qui in sexta Synodo Patres conuenerunt hinc sic promulgant: Sancte præsidente Synodo Agathone Papa Romæ, & Gregorio cum eis Agrigentorum Episcopo præsentem: *Quoniam quidem dicimus eos, qui in Romanorum Vrbe sunt, in sanctis Quadragesimæ ieiunijs eadem sabbata ieiunare extra traditam sibi Ecclesie consequentiam, placuit sanctæ Synodo, obseruare Romanorum Ecclesiam immobilem canonem dicentem: Si quis clericus fuerit inuentus, & cætera, quæ deinde scribit. Hæc igitur si conueniunt Apostolicis constitutio-**

nibus & canonibus, Fidelium Ecclesiam ligant cum Papa Romæ Agathone: vos vnde aliter, & ex quo ieiunare sabbata accepistis?

Quin etiam oblationem perfectæ Missæ per omnem diem facere in sacris diebus ieiuniorum sicut sabbato, & Dominico die, vnde assueuistis; & à quo doctore accepistis? Ex Apostolis? nullatenus. Apostoli enim ex hoc posuerunt canonem sic loquentem: *Si quis Episcopus, aut presbyter, vel diaconus, aut lector, aut cantor sanctam non ieiunauerit Quadragesimam, quartamque & sextam feriam, deponatur, nisi infirmitate corporis impediatur. Ministrantes ergo atque complentes ministracionem sacræ Missæ secus tertiam horam diei, in qua & promulgatum est offerri sacrificium: quomodo ieiunium vsque ad horam diei nonam obseruatis, soluentes hoc in tempore ministracionis Missæ? Nequaquam. Si autem hoc impossibile est, maledictione plectemini. Qui in Gangreno fuerunt Patres Concilio in xviii. cap. talia effantur: *Si quis continentium sine corporali necessitate elatus fuerit, & constituta ieiunia in commune, & obseruata ab Ecclesia dissoluere, præsumendo sibi perfectam rationem, anathema sit.* Similiter Patres, qui in Laodicensi fuere Concilio secundum quinquagesimum canonem sic effati sunt: *Quia non oportet in Quadragesima Martyrum natalitia celebrari, sed sanctorum comemorationem facere in sabbatis & Dominicis diebus.* Et iuxta quadragesimum octauum canonem item aiunt ipsi, quod non decet in Quadragesima panem offerri nisi in sabbato, & Dominico solo.*

Et qui in sexto vniuersali Concilio conuenerunt Patres, similiter iuxta quinquagesimum secundum canonem sancti vniuersali Concilio Agathone Papa, dicente sic: *In omnibus sanctis Quadragesimæ ieiuniorum diebus sine sabbato & Dominico die, & sine sanctæ Annuntiationis die fiat Missa ex ante sanctificatis oblationibus.* Sic ergo accipientes nos sabbato & Dominica die secus tertiam diei horam, in qua & Spiritus sanctus descendit super Discipulos immolantes, in ipsis sanctificamus munera, ex quibus sufficientia in tota hebdomada conferuamus. In alijs autem diebus hebdomadis iuxta tempus horæ nonæ diei concludentes omnem ministracionem in consummationem Completorii, agimus nos sacerdotes cum diaconibus ingressum, thuribulum solum ferentes: & post lectionem Prophetarum constitutas orationes à magno Basilio facientes appositionis altario, & orantes cum ipsis. Insuper autem & traditam nobis à Domino orationem dicentes exaltamus præsanctificatum panem, & dicimus per sanctificata: *Sancta sanctus.* Et vniuersaliter communicamur pane, & calice ministerium Christi. Et ita agentes gratias Deo, relinquimus eos atque dimittimus ex congregatione, sumentes nos communem mesam per folia & legumina, & calidam aquam, qui voluerint. Sicut autem & alij, qui sola communione & benedictione per totam perseverant hebdomadam. Vos autem referentes per vnumquemque diem perfectam in Quadragesima ministracionem, quæ congrua est iuxta canones Ecclesiæ, & in hoc maledictioni Patrum subiactis, sicut dictum est.

Quis ille est, qui tradidit vobis prohibere, & abscondere nuptias sacerdotum? Quis ex Doctoribus Ecclesiæ hæc vobis tradidit prauitatem? Si quidem non nupsit, manum impositionis accipiet, & ita ad nuptias ruit, qui ordinatus est, innuptus legitime, hoc est secundum canones facitis huiusmodi nuptias prohibentes. Si autem antè habuerit uxorem ille, qui ordinatus est sacerdos, perseveraueritque in castitate, magnaque vita, nuptias eius soluitis, transgredimini, & ex precepto Apostolicorum canonum ostendam vobis. In sexto enim libro Clementis ordinationum quæ ab eo conscriptæ sunt, iuxta septimum decimum capitulum Apostoli hæc dicunt: *Episcopum & presbyterum & diaconum dicimus, qui vnam habent uxorem, ordinari, qui viuunt coram coniuges, quamuis defuncta, non licet eos post manuum impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire. Aut si nupsit, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt.* In quinto sanctorum canonum ita factur in secundo capitulo: *Episcopus aut presbyter, aut diaconus uxorem suam non abiciat obtentu religionis, si autem abiecerit, sequestretur, perseverans autem deponatur.* In quadragesimo

CVR DIE  
IEIUNIUM  
NON SACRIFICENT.

RVRVSVM  
FALSIS  
NITVN-  
TVR CAN.  
SEXTAE  
SYNODI.

PROVOCANT AD  
FALSVM  
CANONEM  
SYNODI.

DE IEIUNIO  
SABBATIVE  
TVS QUÆ  
STIO.

DE VETITIS  
NVP.  
SACERDOTVM  
VANA RE  
PREHEN-  
SIO.

verò canone inquit palam: *Propria Episcopi res.* Et post pauca. *Nec occasione Ecclesiarum rerum cadere Episcopum ab eis, quæ sunt Episcopi, in mulierem, & pueros, & propinquos: nec per occasionem eorum, ea quæ Ecclesia sunt, subtrahat.* Et deinde: *Siquidem sunt, qui prohibeant sacerdotes legitimis coniuere coniugibus.* Non ita vertices Apostolorum exposuerunt Ecclesiasticos canones. Si autem dixeris, Ecclesiam non recipere, de muliere Apostolos dixisse: tunc infidelis apparebit sermo tuus ac vacuus, cum sacris canonibus ipsorum, qui à nobis prædicti sunt, non abijcere Episcopos ac presbyteros occasione religionis vxores, sanxerint, & vt non caderent res Episcoporum ex potestatibus eorum propter filios & mulieres ipsorum.

Si autem aliquis dixerit de sancta & vniuersali Sexta Synodo, quod non Papam Romæ sanctissimum Agathonem, vt sæpissimè diximus, præcessorem habuit ipsa C. L. X. Patrum sub Constantino Imperatore, nepote Heralij, & patre Iustiniani: quomodo obstitit diuinus Agathon sanctæ Synodo sancti aduersus hos impios, quos vsque nunc habetis? Si verò à Apostolis has haberetis traditiones, obstitit forsitan, & non suscepisset hæc, quæ apud nos ab ea promulgata sunt, Papa cum esset, videtur quoniam adulteras cognoscebat traditiones ipsas & extraneas ab Apostolorum doctrina, propterea pariter cum Patribus sacræ Sextæ Synodi sicut de azymis, & ieiunijs sabbathorum, & sacræ Missæ mysterijs, sic & de nuptijs sacerdotum promulgauit dicens in tertio decimo cap. Quia in Romanorum Ecclesia in Ordine canonis tradit cognouimus, coniugati diaconi aut presbyteri dignas manuum impositiones non fieri: vt nõ amplius à suis disingantur coniugibus non antiquum exequentes canonem Apostolicæ diligentia & ordinationis sanctorum virorum copulationes secundum legem, & amodò valere volumus, nullatenus à coniugum copulatione dissoluentes, aut priuantes eos ab inuicem secundum tempus congruè locutionis, quia verè si quis dignus inuentus fuerit manus impositione subdiaconus & diaconus, aut presbyter, hic nullatenus prohibeatur ad huiusmodi gradum ascendere coniugi cohabitans legitimè, neque in tempore ordinationis exigatur cõfiteri ad legem propriæ locutionis propter propriam vxorem. Et post pauca: *Si quis ergo præsumperit extra Apostolicos ordines motus quendam sacrorum presbyterorum, & diaconorum priuare à copulatione legitimarum mulierum, à communionem sequestretur. Similiter si quis presbyter, aut diaconus collectaneam suam occasione religionis proiecerit, separatur, perseverans autem deponatur.*

Vnde igitur vobis, & ex quibus hæc horribiles infirmitates superuenerunt, o viri Romanorum sapiētissimi, & omnium aliarum gentium nobilissimi? Aestimò quod quidam ex Iudæis in tempore Apostolorum credentes, vana lucra cupiētes, & pecuniarum amatores reperti volentes multos Fidelium abstrahere ex Euangelio, hoc est ex Fidei prædicatione, corruptis, dum prædixissent eis. In hoc & Christianitas, & Iudaismus corrupta sunt. De quibus Ioannes fatus est: *a Si enim fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* De his, dicens, qui circa Simonem & Deman, Nicolaumque & Cleobium se subtraxerunt. Reliqui autem verticum in septimo libro Institutionum iuxta sextumdecimum caput liquidius dixerunt: *Scimus enim, inquit, quia hi, qui circa Simonem & Cleobium, & Iudam conscripserunt libros in nomine Christi, & Discipulorum eius circumferunt ad seductionem vestram, & eorum qui diligunt Christum, & nos seruos ipsius, & in veteribus quidam conscripserunt libros apocryphos Moysi, & Enoch, & Adam, Isaia, & Dauid, & Helia, & trium Patriarcharum, corruptiones facientes atq; veritatis inimicos libros.* Sed & Paulus Domini Apostolum hæc præsentem, vt aestimo, ad vos ascendisse huiusmodi seductores, dolum textentes vobis, Philippentibus scribere: *b Videte canes, videte malos operarios, videte abscissionem.* Et Timotheo iterum: *c In vltimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus errorum, & doctrinam demonum in hypocrisi loquentium mendacia, & incendentium propria conscientia, impediētium nubere, & abstinerere à cibis, quos Deus creauit.* Et ea quæ exinde: Propter quod & Titus

præcepit: *d Argue eos, inquit, duriter, vt san sint in Fide; non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum subdientium veritatem, quam ob rem diligentissimè inquisimus.* De cetero circa hæc, o fratres, ne aliquando ex his quæ dicta sunt, & redarguta à nobis mendacia, dico ne adhuc azyma, sabbathorum ieiunia, nuptias sacerdotum, & in ieiunijs oblationem accipiatis: sed scientes nunc, quod prauus est eorum vsus ex omni à Deo inspirata scriptura: fuge quæ huiusmodi sunt aditare, cum sitis Ecclesiæ Dei, & totius orbis semper splendidus oculus, aut vniti nobis vestris confratribus, quos per iam dicta scidistis, cum sitis corpus Christi, reuelata facie gloriam Domini in contentu, & vnitate cum orthodoxa Fide conspiciemur, & imaginem eius transformemus in nobis demonstratione vna & ipsius ad gloriam sempiternam, sicut à Domini spiritu, quoniam ipse est caput nostræ Ecclesiæ corporis, & in eo sicut in vno corpore omnes nos coniungimur. Hæc vobis Romanis.

Si ergo possumus vos, qui estis homines, ad credulitatem nobiscum reducere per ea, quæ diximus, & docendo vos ex diuina Scriptura arguimus: gratia Deo & vobis scientibus benè Spiritui sancto credere, & prosequi rationem iam dictam ex scripturis. Si verò aliter tenetis: date nobis testimonia ex diuina Scriptura consistētia. In quibus volo beneuolos vos esse, vt supra fedes intelligentia requiescatis, & nos, scientes obedire inenarrabili rationi spiritus, tacere omnia quæ ad vos scriptisimus. Salutamus vos in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria & potentia cum Patre & Spiritu sancto nunc & semper in secula seculorum. Amen. *Explicit libellus.*

*Incipit responsio sue contradictio à fratre Humberto Episcopo Siluacandida conscripta Constantinopoli aduersus Nicetam cognomento Pectoratum.*

SI diligenter sanctæ Chalcedonenis Synodi quartum considerasses caput, quere monastica, & ieiunijs atque orationibus in monasterio tuo contentus, nequaquam, Ecclesiasticis rebus communicasses, nec importunitatem intulisses. Quapropter sexcentorum xxx. Patrum concordi decreto à communionem es suspensus, ne per te nomen Domini blasphemetur. Decet enim vnamquamque professionem se sub mensura sui habitus, & gradus cohibere, ne conturbet Ecclesiæ dignitatis ordinem totum, dum non suo contentus officio, præripere quærat alienum. Sed vā tibi Sarabaita, qui nulla cœnobitali es animatus disciplina, voluntate atque voluptate ductus propria contra sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam, & omnium sanctorum Patrum Concilia horribiliter latrasti, & stultior asino, frontem leonis, & murum adamantinum frangere tentasti. In quo vtique conatu non es victor erroris, sed victus errore, nec presbyter, sed inueteratus dierum malorum, & puer centum annorum maledictus, potius dicendus Epicurus, quàm monachus: nec credendus es degere in monasterio Studij, sed in amphitheatro aut lupanari, quo (sicut quidam Patrum dixit) quicumque vult, intrat, & soluit asinum. Qui etiam verè prænominaris Pectoratus, quoniam cum serpēte antiquo super pectus tuum graderis. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Deinde detestabilior omni veneficio, labia mortiferi procul mellè charitatis & bono odore humilitatis imbuens, ex prædictis virtutibus delectabile exhibuisti procerium, vt pragustata dulcedo faceret incunctanter absorberi fel draconum & reliquum veneficium. Sed vā ei qui potat amicum suum potione turbulenta. Quam ideo necessarium duximus subtiliori linteo colatum iri, vt modus concinnationis eius, & potentia aliquatenus possit deprehēdi, & deinceps cauere, quia ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Ecce in ipso latratus tui vestibulo tria proposuisti, de azymo scilicet, de sabbatho, & sacerdotum nuptijs. Ex quibus tot & tanta euouisti, vt in

† Ista res commenta Grecorum detecta vi de superius suo loco Annalium, cum de Sexta Synodo proluxior habita est tractatio.

CARENTES VERITATE CONVERTUNTUR AD CALVMNIAS.

a. I. Ioan. 2

\* Cleobolum

b Phil. 3. c. 1. Tim. 4

Tit. 2.

ACRIS SED IV. STA RE. PREHIN SIO.

QVARE DARGVAT.

peruertendo diuinas sententias nō inferior videaris peruersis & rabiosis canibus Iuliano & Porphyrio. Denique diuini eloquij scalam ad cœlos subiectam, quantum in te fuit, retorsisti ad inferos, ne cum Angelis scanderes ad Catholicos, sed cum apostatis descenderes ad hæreticos. Inde est quod sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis sacrificio detrahens falsissimè definiisti, nos mensam Iudæorum comedere. Quod satis ostenditur in superiori nostra narratione, vbi commentis complicum tuorum, Michaëlis scilicet Constantinopolitani, & Leonis Acridiani voluimus obuiare. Nec est necesse eadem nos toties repetere; quia stupæ collectæ, & palæ congestæ zizanijsque colligatis vna potest flamma sufficere. Vnde ea tantum decreuimus leuiter succendere, quæ solus videris plus illis congestisse.

Itaque quod dixisti consubstantialem & supersubstantialem idem esse, omninò est futile, quia Dominus Iesus quamuis nobis humanitate sit consubstantialis, diuinitate tamen qua est Patri consubstantialis, est nobis supersubstantialis. Sic & humanæ mensæ panes, licet sint consubstantiales sibi, mensæ tamen diuinæ panis supersubstantialis est eis. Et ò mentite Deo, & aperte impugnator sancti Euangelij, vbi & quando dixit Veritas veracis Patris Filius: *Caue ab azymo fermento Pharisæorum?* Nunquid azyzum quolibet modo potest dici fermentum, quādo azyzum dicatur; eo quod absque fermento sit? & vbi cunq; fermentum fuerit, necesse est, vt aut fermentum efficiat, aut fermentum permaneat. Cùm ergo fermentatum non sit sine fermento, nec fermentum aliquando possit esse sine ipso, quomodo saltem fomniare ausus es azyzum fermentum? Sed quamuis talia dicendo telas araneæ texueris: muscas, & culices, seu vermiculos aberrantes his irretire poteris, non autem columbas simplices & oues recognoscentes vocem sui auctoris.

Deinde ò subuerse subuersor, subuertere conatus sententiam Apostoli Ioannis, dicentis: *a Si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & non facimus veritatem.* Et quod est nequius, vñus es hoc eius optimo testimonio, tanquàm aduler oculo, & latro ferro, quæ vtique bona sunt. Illi enim lædere tendant aliquos, tu perdere, cunctos. Vnde & sic concludis: *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat.* Sed idem Ioannes intentionem tuam eneruans, luce clarius demōstrat quid dixerit, subiungens: *h Qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat.* Hic plane liquet, quod non ab Apostolo sancto, sed ab apostata angelo accepisti, vt diceres: *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat,* quia tota epistola illa nec fermentatum, nec azyzum commemorat, sed solam charitatem commendat.

Post hæc non minori sacrilegio abusus alio testimonio eiusdem Apostoli dicentis: *c Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnus sunt:* peruersè conaris, ad panem mensæ Christi transferre, quod ille de baptismo eius voluit intimare. In baptismo siquidem hæc tria sunt, & vnum baptisma efficiunt. Et spiritus quidam sanctificat, aqua abluit, sanguis redimit. Si quodlibet horum defuerit, baptismus non erit, sicut venerabilis pater Augustinus ait: *Tolle aquam, nō est baptismus: Tolle verbū, non est baptismus, sed accedit verbū ad elementum, & fit sacramentum.* Tu autē nequam pectorate, nequiter interpretando & deprauando sententiā recubentis super pectus IESV, dixisti: *Et hi tres in vno sunt, scilicet corpore Christi.* Quod Dilectus eius nec sensit, nec scripsit, sed hi tres vnū sunt secundū superiorem de baptismo sensum.

Parua sunt hæc, & penè nulla ad comparisonem frequentis blasphemix, qua asserere laboras, quod tempore Dominicæ crucifixionis, quando aqua & sanguis de latere eius exiuit, sanctus & viuificus spiritus in deificata eius carne remansit. Quod si constiterit, mortuus non fuit: si mortuus non fuit, neque resurrexit: si non resurrexit, inanis est fides & prædicatio nostra, quia nec nos resurgemus. Et sicut Apostolus ait: *d Si ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Vt quid enim quotidie tanta patimur? Comedamus, & bibamus, immò bestialiter viuamus:*

*cras enim vt bestia moriemur.* Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores omnibus sumus hominibus. Sed absit hoc ab omni humano genere. Nam idè præclarus Euangelista, qui hoc ipsum præsens vidit, attestatur carnem Christi verè exanimatam in cruce fuisse, dicens: *e Et inclinato capite tradidit spiritum,* vel sicut Matthæus narrat, *f emisit spiritum.* Porro g Marcus & h Lucas dicit eum expirasse, vnde & in Symbolo cōfitemur mortuum, & sepultum. Alioquin sepeliri nõ debuit, qui mortuus nõ fuit. Obmutescè canis: linguam, canis, improbè morde. Christus enim verè mortuus est propter delicta nostra, & propter iustificationem nostram resurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Ecce pestifera doctrina, ecce suggestio diabolica, cuius tu signifer effectus, conaris opinionones & adinuetiones tuorum contra traditionem Apostolicā, & cōtra manifestam veritatem defendere dicendo: Aquā calidam, & sanguinem de viuo & calido Christi corpore exisse, & ideò Græcos aquā feruentem sanguini eius iure miscere. Quod totum longè aliter est: Nam veraces Euangelistæ i concorditer narrant Dominum nostrum hora nona in cruce mortuum, & sero à Ioseph postulatū depositum de ligno & sepultū. Ipse enim emittente spiritu, *velum k templi, & petra scisse sunt, & multa corpora sanctorū resurrexerunt.* In tāta itaq; perturbatione, & quasi naufragio totius creaturæ non solum latus Domini nõ fuit apertum lancea, sed etiam hi, qui prius ei insultauerant, & ad spectaculum illud cōuenerant, viso terrēmotu, & his quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur, adeò vt ipse Centurio, cui traditus fuerat ad puniendum, diceret m: *Verè Deus filius erat iste.* At vbi tumultus mundi conqueiuit, & securitas aliqua redijt, cū iam sero esset; n Pharisei rogauerunt Pilatum, vt propter solennem diem sabbati frangerentur crucifixorum crura & deponerentur. Tunc quoque Ioseph rogauit Pilatum, vt tolleret corpus IESV. Pilatus verò mirabatur si iam obiisset. Et accersito Centurione vbi cognouit IESVM iam mortuum, donauit corpus Ioseph.

Porro milites ad præceptum Pilati fregerunt o crura prioris & alterius latronis: ad IESVM autē cum venissent, vt viderūt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuò exiit sanguis & aqua, quibus formaretur Ecclesia, quemadmodum ex costa Adæ dormientis formata est Eua. Ecce si hora nona obiit, & sero iam de cruce deponendus lancea percussus fuit, sanguis ille naturaliter calidus non fuit, toto corpore iam præmortuo & frigido. Quòd si aliquo modo caluit, Euangelium quare tantum miraculum, & sacramentum tacuit? Vnde vos noui symystræ, volumus dicatis, An sanguis tantum, aut aqua tantum, an simul vtrumque caluerit? Si sanguis tantum, quare aquam calefacit? Si aquam tantum, quare ex ea calefacitis sanguinem Christi? Si vtrumque simul, quare vtrumque simul non calefit? Sed cuius visu vel tactu potuit discerni quodlibet horū duorum ex vno vulnere simul erumpentium calidum aut frigidum fuisse? Præter eā si aqua illa caluit, quare & aqua baptismatis non calefit? cū præcipuè ipsa baptismum præfigurauerit, sicut sanguis redemptionē? Volumus autē scire, qua intentione costam Christi immaculatam dixeris? si pro sanctitate & innocentia? optimè; si autem pro eo quod impenetrabilis ferro fuerit: pessime, quia de vero vulnere verum non phantasticum sanguinem pro nobis fudit. Et non de costa sicut tu scribis, sed de latere, quia os sanguinem nõ solet emittere, nec os comminutum fuit ex Dominico corpore.

Cæterum quod panis sit, & dicatur etiam azymus; & quod non cum Theopaschitis in sacra oblatione erremus; & quòd non azyzum veteris legis, sed sinceritatis, & veritatis comedamus; quòdque vetera transferunt, & facta sint noua, explicatur in alia nostra epistola. Tu verò, maledicte, & maledicteus fermo oris tui, sanctam legem sicut Seuerianus maledictam dixisti. Nec mirum, cū etiam panem tuum laudare supra modum cupiens, nimium vituperasti illum, dicens: modicum fermentum totam massam corrumpit; & panis tandem non azyzum efficitur. Deo

e Ioan. 19  
f Mat. 27  
g Mar. 15  
h Luc. 23

i Math. 27. Mar. 15. & Luc. 23.  
k Mat. 27  
DE AQUA CAL DA REDAR GVITO.  
l Luc. 23.  
m Mat. 7

n Ioan. 19

o Ibidem

CONVIN-  
CIT ER-  
ROREM.  
a 1. Ioan. 1

b Ibid. 2.

c Ibid. 5.

REDDIT  
VERVM  
SENSVM  
VERBO.  
RVM IO-  
ANNIS.

NOVAM  
HÆRESIN  
NICETA  
ASTRUIT.

di. Cor. 15

REDAR-  
GVITVR  
EX FER-  
MENTA-  
TO.



gratias, quia azymum non efficitur de massa fermento corrupta, sicut tuus panis. Nam corruptio nusquam & nunquam in bonum accipitur, quia vbi cumque corruptio, ibi etiam substantiæ deterioratio. Quin etiam cum exponeret sententiam beati Pauli, quam post tot orthodoxos Patres nolimus ab hæreticis exponi, quamvis nolens, azymum laudasti, dicens: Sicut estis baptizati, id est azymi & puri. Si ergo secundum tuam confessionem baptizati sunt azymi, quid sunt non baptizati, nisi fermentati, id est corrupti?

Dic tamen, vbi & quando Paulus cum vndecim Apostolis canones illos cum excommunicatione exposuit, quorū tu nobis septuagesimū ca. obiicis, omninō nesciēs quid loquaris? Si quis, inquit, *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omninō ex numero clericorum ieiunauerit cum Hebræis, aut epulatus fuerit cum eis, & acceperit festiuitatem eorum munera, ut sunt azyma, aut aliquid huiusmodi, deponatur, laicus autem sequestretur.* Etiam si hoc capitulum ex libris authenticis prolatum esset, nullo modo nos tangeret, quia nec cum Hebræis ieiunamus, nec cum eis epulamur, aut festiuitatū eorum munera aliqua accipimus. Quod autem tu vesane subiungis: *Siue ab illis accipiat, siue domi faciat is, azyma sunt.* Id & iaculum tibi retorquemus, dicentes: *Siue cum Hebræis sabbato epulemini, siue domi epulatio est.* Sanē hoc dignius cōtra vos erigeretur; quia vos nihil aliud in sabbato quā solennitatem Iudæorum, nos autem in azymo longē aliud sacramentum retinemus & amplectimur. Si enim interrogemus Iudæos quid celebrent in sabbato, respondent: *Requiem Domini.* Si Græcos, idem, & non aliud dicent. Ergo sub seruitute legis sunt, in cuius vmbra & tenebris confidunt.

Deinde post inanes latratus super vocabulo panis reduxisti nobis annos ab initio mundi vique ad passionem Christi, quando secundum te cyclus solaris erat xvij. & Luna v. vt hoc saltim figmento posses euadere cum fermentato tuo, quasi iuxta hanc supputationem tuam occurrat in ipsa cœna Domini Luna xiiij. in qua nondum fermentum abiecerat plebs Hebræa. Sed nos Chronographis, & calculatoribus talia relinquentes, maximē cum apud Græcos & Latinos, atque Hebræos diuersæ de temporibus habeantur rationes; hoc tantum dicimus, quia Christus nec vnum iota, aut apicem veteris legis resoluit. Vnde & xiiij. Luna ad vespertum quinta sabbati celebravit, & mox eadem nocte comprehensus crucifixus est quinta decima Luna, id est vj. sabbati, quæ specialiter dicebatur prima dies azymorum, quamvis & in tota præcedenti die, id est xiiij. Luna fermentatum non appareret in omnibus finibus Israël. Nam & agnus cū azymis comedeatur. Quod si iuxta tuam assertionem Christus pascha fecit xiiij. Luna, & cum fermentato, dupliciter reus fuit, iustè puniendum secundum legem, quia pascha fecit in tempore non suo, & quia cum fermentato. Quapropter mors eius nil omninō nobis conferret, quia non pro nostris, sed pro suis peccatis interijt, sicut sanctæ transgressor legis. Sed de his aliis copiosè differuimus.

Tandem si exceptis septem diebus Iudei toto anno fermentatum (vt asseris) comedunt: quis conuenientius debet argui, ille qui minimo tempore eos imitatur in azymis, an ille qui toto anno in fermentatis? Absit tamen vt eorum carnalem ritum in aliquo imitemur. Verum quoniam Labyrintho errore duceris, vt nunc qua exibas intras, nunc qua intrabas, exeis, iterum eandem viam teris, dicens: Si traditum vobis fuit ab Apostolis comedere azyma, quomodo Agatho Papa vester præcessor sanctæ Sextæ Synodi cum Gregorio Agrigentinarum Episcopo, & alijs Patribus contra azyma ne fierent, legem statuit? Audi stulte, vane. Non tantum ab Apostolis, quantum ab ipso Domino nostro Iesu Christo traditum est nobis azyma non de phasē Iudaico comedere, sed de Pascha Christiano percipere; nec rei tenemur de illo quod obiecisti xj. cap. vj. Synodo dicens: *Nemo in sacerdotali constitutus ordine, aut laicus, ea quo apud Iudæos sunt, azyma comedit, aut cū eis habitet, aut in infirmitatibus eos inuitet, aut medicinam ab eis accipiat, vel in balneis cum eis lauetur: Si quis hæc egerit, si qui-*

*dem clericus fuerit, deponatur; si autem laicus, sequestretur.* Quis nostrum rogo azyma, quæ apud Iudæos sunt, comedit? Quamuis enim etiam reliqua capituli huius obseruemus, illud tamē super omnia de azymis obseruamus. Sed quid dices? Nonne Magnus Basilus à Ioseph Iudæolo medicinam multoties accepit? Tu autem, sicut diabolus Psalmum, ita exponendo capitulum subiunxisti: *Qui ergo azymum conficit & comedit, quamuis hoc non acceperit à Iudæis, imitator tamen Iudæorum est, sicut & qui circumciditur.* Perdes Domine omnes qui loquuntur mendacium. Nunquid omnibus omninō Christianis interdicitur, ne aliquando alicubi azyma comedant, sicut interdicitur, ne se aliquando circumcidant? Quare hoc? quia in his imitatur Iudæos. Concedimus quidem circumcisionem tantum fuisse Iudæorū; veruntamen azyma esse omnium Gentium: quæ tu maniosè non solum à diuina, sed ab humana mensa omninō repellis. Sed quid facies o fermentate? Iudæi, cœu superius asseruisti, exceptis septem diebus toto anno fermentatum comedebant, & aliquando offerebant, nunquid & hoc tolles hominibus?

Hinc videamus si non estis Sabbatiani, quos cōmemorant Patres S. Quintæ Synodi. Reprehendens enim nos, cur ieiunemus sabbatis, dicit: *Quarta & sexta feriis iugiter ieiunadum, vna propter traditionem, altera propter passionem Domini: Sabbato autem nunquam nisi vno.* Et hoc asserere conaris ex apocryphis libris & canonibus pari sententia sanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis librum, id est, Petri Apostoli itinerarium, & canones Apostolorum numerauerunt inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreuerunt regulis orthodoxiæ adiungenda. Vnde nos quoque omnem apocryphum abijcientes, dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt vt lex Domini. Quapropter his omisissis, in altera Epistola vide quid senserint de sabbato B. & antiqui Pontifices Romani Siluester, & Innocentius; quorū sententiæ sententia Agathonis quamvis sanctissimi nullatenus præfertur. Sed absit, vt aliquando contraria eis beatus Agatho sensisset. Et tamen in hoc, sicut & in alijs falleris, quod eum præfessorem illius Synodi fuisse dicit, cum tantum Legatus eius eidem Synodo præfederit. Cuius gesta hic summatim placuit inferi. Tempore Constantini filij Constantini Imperatoris, anno Imperij eius septimodecimo, Agatho Papa ex rogatu Constantini Heraclij, & Tiberij principum pijsimorum misit in regiam urbem Legatos suos, in quibus erat Ioannes Romanæ Ecclesiæ tunc diaconus, longè post Episcopus, pro adunatione facienda sanctorum Dei ecclesiarum. Qui benignissimè suscepti à reuerendissimo Fidei Catholice defensore Constantino, iussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de Fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum Patrum, quos petebant, libellis. Assuerunt autem & Episcopi centum quinquaginta, præsidente Georgio Præsule regie urbis, & Antiochiæ Macario. Et conuicti sunt qui vnam voluntatem & operationem asseruebant in Christo, falsasse Patrum Catholicorum dicta per plurima.

Finito autem conflictu ea hora tantę araneorum telę ceciderunt, vt omnes mirarentur, ac per hoc significatū est, quod sordes hæreticæ prauitatis depulsæ essent. Et Georgius quidem correctus est; Macarius verò cum suis sequacibus simul & prædecessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo & Petro anathematizatus, & in loco eius Theophanius Abbas de Sicilia Episcopus factus. Tantaq; gratia Legatos Catholice pacis comitata est, vt Ioannes Portuenis Episcopus, qui erat vnus ex ipsis, Dominica octauis Paschæ Missas publicas in Ecclesia sanctæ Sophiæ coram Principe & Episcopo ipsius urbis Latine celebraret. Eo tempore Damianus Ticinensis Ecclesiæ Episcopus sub nomine Mansueti Episcopi Ecclesiæ sancti Michaelis satis vtilem rectæque Fidei Epistolam composuit, quæ in prædicta Synodo non mediocre suffragium tulit. *Recta autem & vera Fides hæc est: Vt in Domino nostro Iesu Christo sicut dua sunt natura, hoc est Dei & hominis, sic etiam dua credantur esse voluntates, siue operationes. Vt audire quod Deus atis*

DE SABBATII  
IN VNIO  
RVRVSVM.

VERVS CA  
NONIS  
SENSVS.

QVOD VE  
REIVDA  
ORVM PA  
SCHA  
CHRIS  
TVS CE  
LEBRA  
VIT.

RESPON  
SIO A D  
OBIECTOS  
CANONES

a Ioan. 10  
b Ibid. 14  
c Mat. 8.

est? Ego, inquit, & Pater vnus sumus. Vis audire quod humanitati? b Pater maior me est. Certe secundum humanitatem eum in nauis dormientem: cerne eius diuinitatem, cum Euangelista ait: Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Hæc est Sexta Synodus vniuersalis Constantino- poli celebrata, & Græco sermone conscripta temporibus Agathonis Papæ, exequente ac residente pijsimo Principe Constantino intra palatium suum, simulq; Legatis Apostolicæ Sedis, & Episcopis CL. residentibus, qui omnes eandem hæresim damnauerunt.

Tunc pijsimus Princeps Constantinus interrogauit eos, qualiter Romana Ecclesia de sacrificio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi ordinem teneret. Illi responderunt. In calice Domini non debet offerri solum vinum, sed aqua mixtum. Nam si solum vinum offertur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Et si aqua pura offeratur, sola plebs incipit esse sine Christo. Quando vtrūque admiscetur, id est vinum & aqua, tunc sacramentum spirituale perficitur. Oblatio verò quæ in sacrificium altaris offertur, nullam commixtionem, aut corruptionem fermenti debet habere, sicut B. Virgo Maria absque omni corruptione Christum cœcepit & peperit. Hinc in Ecclesia mos obtinuit, vt sacrificium altaris non in serico, aut in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus Domini fuit in sindone munda sepultum. Sic & oblatio munda debet esse à fermento, iuxta quod in gestis Pontificalibus à beato Siluestro legimus esse statutum. Tunc placuit pijsimo Principi Constantino hæc traditio Apostolicæ Sedis. Ecce istius, & cæterarum sex Synodorum omnibus sanctis Patribus & orthodoxis Imperatoribus per omnia placuit fides & traditio Apostolicæ Sedis. Et tu quis es, cui displicent?

Sed volumus dicas: Videtur tibi congruum, vt omni quarta & sexta feria ieiunes propter traditionem, seu passionem Christi, & propter sepulturam nullo sabbato nisi vno? Cum ergo omni Dominica celebres Resurrectionem, omniq; iij. & vj. feria ieiunes propter traditionem, & crucem: cur non & omni sabbato propter sepulturam, & cum de celebrando sabbatum nullam rationem teneas, nisi quæ Iudæi, scilicet, quia in eo requieuit Deus? Qui utiq; fatigatus non est, verbo creans quidquid voluit, sed in hoc nostram futuram requiem præfigurauit. Quod si vno sabbato in toto anno ieiunandum est propter sepulturam Christi, ergo & vna iij. feria propter traditionem, & vna feria vj. propter passionem in toto anno est ieiunanda, vna quocumque Dominica propter Resurrectionem celebranda. Nō autem mirum, si Agathonis Papæ, & sanctis Patribus Sextæ Synodi vestra impuratis deliramenta, & quæ aut corruptissimis, aut finxistis capitula, cum etiam ipsi Domino Iesu & Apostolis eius imputetis figmenta.

Vnde nos scientes vj. Synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non aut ad tradendum Romanis nouas institutiones congregatam, capitula quæ nobis sub eius auctoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima & Apostolica Sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hæc tenens, & quia aut sunt nulla, aut vt vobis libuit, deprauata, sicut deprauastis Ioannis Chrysostomi, atq; Gregorij Theologi aliorumq; orthodoxorum Patrum dicta, & exhibuistis in eadē Synodo sexta. Nempè à prima Synodo Nicæna vsq; ad hanc vj. trecenti & amplius anni dicuntur euoluti, & quomodo in Nicæna & reliquis iij. Synodis vniuersalibus nulla mentio fit de tam necessarijs rebus? Nunquid vsq; ad Sextam Synodum Græci & Latini rationem Missæ ac ieiuniorum ignorauerūt, & per sexcentos & amplius à passione Christi annos in talibus errauerunt? An forsitan Græci hæc nouerunt, & Romani ignorauerunt? Sed ex Missalibus Romanorum libris ab omni Ecclesia Occidentali antiquitus receptis euidenter cognoscitur, quæ rationem ieiunij & Missæ habuerint sub reuerendis suis Pontificibus, Siluestro scilicet auctore Nicæne Synodi, Gelasio damnatore vestri Acacij, maximeq; Gregorio Dialogo cōpatre Imperatoris Mauritij. In cuius libris Missalibus oēs dies Quadragesimæ habent specialis Missæ plenarium officium; & excepta Dominica, nullus dies eis

solutus susceptum ieiunium. Quam traditionem si tentasset Papa Agatho aliquatenus remouere Romanis, non audiretur ab eis: quia licet ipse magnus extiterit, præfatis tamē decessoribus suis, sicut tempore, ita scientia & ætate minor fuit. Quamobrem capitulum, quo asseritis eum promulgasse, vt si quis clericus ieiunaret sabbatum præter vnum, deponeretur: magis dicendum esset Nazarenorum esse; quæ Apostolorum, Cherinthi & Ebionis, quam Sextæ Synodi & Papæ Agathonis. Cui sanè capitulo Epistola Pauli aperte contradicit, vbi ait: *Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte dici festi, & Neomenia & sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum.* Vnde Romani proprio auctori & magistro Gentium in fide & veritate obedientes, nulli sabbato festum vel otium depēdunt, sicut nec Neomenia, quia profectō Iudaica sunt, & vtraq; vmbra futurorum.

Porro vnde acceperimus omni die ieiuniorum perfectam Missam facere, supra curauimus ostendere. Nectimemus cap. quod dicitis Apostolorum de his qui ieiunauerint in Quadragesima quoque & sexta feria? quia excepta grauissima infirmitate, cuncti sollicitè ieiunamus diebus Quadragesimæ, adeo vt interdum decennes pueros nobiscum faciamus ieiunare. Nec solumus per sabbata Quadragesimalem abstinentiam, quam Dominus noster non soluit in quadraginta ieiunij sui diebus. Nec solueremus etiam in die Dominica, quemadmodum nec ipse, nisi pro gaudio Resurrectionis eius hoc interdixisset ab initio omnium Catholicorum Patrum sententia, etiam cū anathemate. Quos secuti sancti Patres Gangrensis Concilij, dixerunt: *Si quis non diiudicans diem Dominicam ieiunauerit tanquam in eius contemptum, anathema sit.* Vbi certè, sicut eis attestantur omnes authentici libri, non contradicunt ieiunio sabbati, sed Dominicæ diei.

Sed o perfide Stercorianista, qui putas fideli participatione corporis & sanguinis Domini Quadragesimalia atque Ecclesiastica dissolui ieiunia, omnino credens celestem escam velut terrenam per aqualiculi scæditam & fordidam egestionem in secessum demitti; planè sentis cum Arrio, qui cum pro alijs blasphemijs in Filium Dei, tum etiam pro ista foueam delapsus in atram visceribus suis vacuus quoque ventre remansit. Et vbi est Saluator, qui dans Discipulis panem à se benedictum & fractum, dixit:

*Accipite & comedite: Hoc est corpus meum?* In quo quid traderet, alibi dicit: *Panis quem ego dederō, caro mea est pro mundi vita.* Et f: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Quomodo verus? Quia qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Et quæ est vita æterna? nempè Christus Iesus, sicut ipse dicit g: *Ego sum via veritas & vita.* Qui ergo panem Dei manducat, carnem Dei Christi manducat. Qui autem carnem eius manducat, Christum manducat. Qui Christum manducat, proculdubio vitam æternam manducat. Ergo, o pestifer leno antiqui serpentis, qui conaris astutia tua corrumpere sensus Sponsæ Christi, quæ est Ecclesia, vt excidatur à charitate tanti & talis sponsi, credis nos vitam incorruptibilem comedentes, corrumpere integritatem ieiuniorum, velut aliquo cibo corruptibili? Horremus quidem dicere, sed compellimur à tua impudenti improbitate. Conaris Christum, imò ipsam Vitam, per digestionem, sicut cœnum olidum demittere in latrinam. Et vbi est quod dixit: *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo?* Sine qua refectione, quia non haberetur vita ipsa, quæ est Christus, quasi quodam iure iurando protestatur, dicens h: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Nunquid hic dixit: *Si manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, dissoluetis ieiunium?* Et vtinam hoc solo sacramento non ad iudicium nostrum omni hora reficeremur. Sed quia corpore corruptibili & nimia miseria conscientia nostræ grauari etiam bonum nostrum nequimus sufferre: à sanctis Patribus certè ad percipiendum tantum sacramentum præfixæ sunt horæ.

Quod ne vilescat carnalibus, & in percipiendo escam spiritus submurmuret aliquis canis appetitum, cum sum-

d Mat. 26  
e Ioan. 6.  
f Ibid.

g Ioan. 14.

h Ibid. 6.

ma parcitate prægultamus, videre tantummodo cupientes quã suavis est Dominus, cuius panis non det sicuti tum manna fastidium. Nec dubitandum in quantulacunque portione eius Fideles manducare sibi totam vitam, id est Christum, Infideles autẽ mortem, id est, iudicium suum, ut potẽ qui rei fuerint corporis & sanguinis Domini. Deinde quotidie siue tertia, siue nona, siue quacunque hora fiat à nobis Missa, nõ sit nisi perfecta, nec referatur ex oblatione eius pars aliqua, ut per dies quinque agatur inde Missa imperfecta: quia nec sancti Apostoli leguntur quidquam ex illo primo corporis & sanguinis Christi mysterio sub ipsa cœna distributo referuasse, nec Actus eorum indicat, eos aliquando tale quid egisse, aut præcepisse, quinimodò sicut Lucas a narrat, *erant Fideles perseverantes in doctrina Apostolorum & communicatione fractione panis. Quæ communicatio qualiter & quibus diebus fieret, post pauca demonstrat dicens: Quotidie perseverantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panes sumebant.* Ecce verax Evangelista testatur, sub Apostolis Fideles quotidie orasse, & panem fregisse. Et vos qui estis, qui dicitis, duobus tantum diebus Missam perfectam fieri debere, reliquis verò quinque imperfectam? Nempẽ hic in panis fractione & communicatione, non nisi perfectam actionem Missæ debemus accipere, quemadmodum & ipsum Dominum legitimus non imperfectam, sed perfectam commemorationem sui Discipulis tradidisse in pane à se benedicto, & mox ab eo distributo. Non enim benedixit tantum, & servavit frangendum in crastinum, nec fregit tantum, & reposuit, sed fractum statim distribuit. Vnde beatus Alexander martyr & Papa quintus ab Apostolo Petro passionem Domini inferens canonis Missæ, non ait: Hoc quotiescunque feceritis, id est, benedixeritis, fregeritis, & distribueritis, in mei memoriã faciatis, quia quodlibet horum triũ sine reliquis fiat, scilicet aut benedictio sine distributione, aut fractio sine benedictione, & distributione, perfectam memoriam Christi nõ representat, sicut distributio nulla sine benedictione & fractione.

